112
H
9

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
166
K
8
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

OPERA OMNIA.

Digitized by Google

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

OPERA OMNIA

Quæ multa adhibita diligentia colligi potuerunt.

Volumen Octavum

QUO

Antiquitatum Romanarum Hispanarumque in nummis veterum dialogi hispanice, et latine ex interpretatione Andreæ Schotti

De familiis Romanorum liber singularis


Ant. Augustini musei antiquiora numismata, nunquam antehac edita

De insignibus et familiis nobilitatis Hispanæ dialogi hispano sermone

Opuscula, et fragmenta, magnam partem inedita

Ex consiliis multorum codicis interpretatio. Ex bibliotheca Ant. Augustini

Continentur.



L U C Æ MDCCLXXIV.

TYPIS JOSEPHI ROCCHII

CENSORIBUS APPROBANTIBUS.

Digitized by Google

JOSEPHI ROCCHII TYPOGRAPHI

PRÆFATIO.

INſtituentibus nobis omnia ANTONII AUGUSTINI Tarraconenſis Pontificis ſcripta colligere, atque in publicum proferre magna cura, ac ſollicitudo, magnoſque omnino motus animum, ſenſuſque occupabat. Illud enim etiam atque etiam verebamur, ne forte nobis, qui neque ingenio, neque eruditione ſatis poſſemus, tum in Italiæ abdita parte, ac prope angulo viveremus, liceret Hiſpani Hominis doctiſſimi omnia ſcripta, quæ diſperſa eſſent, atque in Hiſpaniæ Bibliothecis laterent, reperire atque adipiſci; adeo ut noſtra hæc editio omnibus ſuis numeris ac partibus perfecta & abſoluta putanda eſſet. Videbamus enim ſi pleraque Viri ſummi ſcripta, eaque majora ac potiora (quod fortaſſe non difficile factu fuiſſet) in noſtras perveniſſent manus; quædam verò, etſi levioris illa quidem ponderis, noſtram fefelliſſent induſtriam, multum decoris, multum laudis labori huic noſtro defuturum. Enimverò hac moleſtia omnino liberavit nos eruditorum hominum, inprimiſque doctiſſimi Viri Gregorii Mayanſii Siſcarii, Nobilis Valentini, ſumma humanitas, atque liberalitas: Homo enim planè litteratus, quive in ANTONII AUGUSTINI ſcriptis legendis, pervolutandis, perveſtigandis multos annos tantum operæ poſuit, ut vix, ac ne vix quidem fieri poſſit, quidquam eſſe, quod egregiam ejus diligentiam effugerit, ita mihi in omnibus & conſilio, & opera, & ipſis nonnunquam ſuppeditatis libris præſtò ſemper fuit, ut ſi ipſe ANTONII AUGUSTINI ſcripta edidiſſet opus magis abſolutum haud potuiſſet haberi. Norunt certe viri omnes eruditi; novit univerſa Hiſpania quid exſpectandum fuiſſet ab Mayanſio, ſi optatiſſimam horum ſcriptorum editionem ipſe propoſuiſſet, paraſſet, perfeciſſet. Noſtras ſingulorum voluminum Præfationes legat quis; quanta Mayanſius beneficia contulerit in nos, vel potius in rem litterariam facilè cognoſcet. Lubenti quidem animo illa nunc omnia ego rurſus ſumerem, ac pluribus etiam verbis perſequerer: Verumtamen ea me deterret cogitatio, ne hominis ineruditi oratio inelegans, eademque non neceſſaria accidat ſubmoleſta legentibus. Illud autem prætermittere non poſſum antequam de hoc poſtremo volumine ad dicendum aggredior, eas Notationes, quæ ANTONII AUGUSTINI epiſtolas latinas ſuperiori volumine comprehenſas illuſtrant, deberi viro inſigni Petro Datio Valerio; Nam quum ego in illius voluminis Præfatione eas Notationes Mayanſio attribuerim, monuit me Vir plane modeſtus non ſibi ejuſmodi laudem, ſed Valerio referendam eſſe. Aliorum etiam hominum doctiſſimorum, ac præſertim Gerardi Meermani Roterodamenſis [qui dudùm extinctus doctrinæ & eruditionis ſuæ triſte nobis deſiderium reliquit] auxilia egregiamque in me liberalitatem comme-

me-

memorarem; niſi (quòd idem alibi ſcripſerim) jam potius habendas, quam agendas gratias viris clariſſimis putarem. Quamobrem his miſſis veniam ad ea, quæ mihi in præſens dicenda ſunt.

Primùm itaque hoc volumine continentur Antonii Augustini Antiquitatum Romanarum Hispanarumque in nummis veterum dialogi xi. De his Mayanſius fusè egit in ſuo de Augustini Vitâ * Commentario. Eos Dialogos Antonius Augustinus hiſpanicè conſcripſit, Andreas Schottus Antuerpienſis latinè reddidit. Addidit etiam illis idem Schottus Dialogum Duodecimum, quo de Priſca Religione Diiſque Gentium agitur. Ego & hiſpanicos Dialogos, & latinos typis deſcribendos mihi eſſe cenſui, tum Duodecimum Schotti Dialogum adiiciendum. Unâ igitur eâdemque paginâ bifariàm diviſâ hiſpanus, & latinus ſermo hîc, & illic conſpicitur. Ut autem id fecerim ea ratio mihi fuit, quod hiſpani ab ipſo Augustino conſcripti Dialogi nullo modo prætermitti poterant; latina autem Schotti interpretatio iis omnibus debebatur, quibus hiſpanienſis lingua haud innoteſcit. Exemplari, quoad hiſpanos, uſus ſum Madriti edito typis Joſephi Franciſci Martinetii an. MDCCXLIV. quoad latinos autem uſus exemplari ſum edito Antuerpiæ typis Henrici Ætſſii an. MDCXVII. Quoniam autem hos Dialogos etiam hetruſcè Octavianus Sada reddidit, iiſque nonnulla, prout occaſio ferebat, adjecit; ego hetruſcam Sadæ interpretationem cum hiſpanis Dialogis diligenter contuli, eaque omnia, quæ ab illo addita fuiſſe animadverti, paginis, quibus oportebat, ſubjeci; tum pauca quædam, quæ Schottus etiam addiderat, eodem ſubjeci modo. Nil ſane mihi vel gloriæ, vel laudis ex hac deſcribendi diligentia deberi profiteor. Si quid autem gloriolæ induſtria, & ſedulitas noſtra aucupari poteſt, id omne in Nummorum tabulis proferendis reponam. Nam in ea re omnes illos, qui hoſce Antonii Augustini Dialogos vel hiſpano ſermone, vel latinè ab Schotto, vel hetruſcè ab Octaviano Sada redditos typis ediderunt, longè nos viciſſe fidenter confirmamus. Nam ea omnia exempla ſimul diligentiſſimè contulimus, atque ſi qua in re unumquodque eorum præcelleret cæteris, id nobis præſtandum ſumpſimus. Sunt quidem in exemplari hiſpano, quod editum fuit Madriti, uti dictum ſupra eſt, an. MDCCXLIV. perpauci Nummi, iique tantùm, qui ad duos ſpectant Dialogos priores. Latinum autem exemplar nullos habet ſuos peculiares Nummos; ſed jungitur cum quadam veterum Nummorum ſerie, quæ ipſis Dialogis haud eſt referenda; neque enim illis ſingillatim reſpondet. Probatiſſimum itaque omnium, quoad Nummos, hetruſcum eſt exemplar; eoque nos uſi ſumus Romæ edito typis Hieronymi Mainardi an. MDCCXXXVI. quod idem prorſus eſt atque illud Romæ editum typis Philippi Rubei an. * MDCL. Quoniam autem in Augustini Dialogis utplurimum unius modò ſingulorum Nummorum partis ratio habetur, acciderat hactenus, ut in tabulis quoque ea tantum pars appareret; ut ſi de adversâ parte ſermo fuiſſet, averſa deeſſet, ac viciſſim ſi de aversâ ageretur, deſideraretur adverſa. Id verò eruditis oculis placere non poterat. Itaque ſingulorum ferè Nummorum vel adverſæ, vel averſæ partes conquirendæ fuerunt non ſine multâ hominum litteratiſſimorum, qui meis favere rebus conſueverunt, induſtriâ, diligentiâ, labore. Excerptæ illæ fuerunt ex Vaillantii, Morelli, Bizi, Spanhemii, & Majeri libris.

* Vol. II. Pag. LVII. & ſeqq. XCII. & ſeqq.

* V. Mayanſ. Comm. de Auguſt. Vitâ Vol. II. Pag. LXI.

Egre-

Egregiam nobis in ea re juvabat operam Carolus Julianius Lucenſis, qui & philoſophus erat doctiſſimus, & univerſam antiquitatem planè callebat. Sed eo magnâ ſcientiarum, ac litterarum jacturâ vitâ functo laborioſam moleſtamque provinciam humaniſſimè ſuſcepit multo ingenio, maximâque eruditione Vir Bernardinus Baronius Patricius Lucenſis. Cæterùm ipſi ſunt Nummi ita ære expreſſi, ut non copiâ ſolùm, adjectiſque vel adverſis, vel averſis partibus, ſed etiam nitore ipſo editio hæc noſtra reliquis omnibus præſtet. Tabulis autem exhibeatur omninò LX. quæ in extremo volumine locum habent.

Antiquitatum Dialogos conſequitur De Familiis Romanorum Liber Singularis, quem nos exſcripſimus ex eo volumine, quod ita inſcribitur: *Familiæ Romanæ, quæ reperiuntur in Antiquis Numiſmatibus ab Urbe condita ad tempora Divi Auguſti. Ex Bibliotheca Fulvii Urſini, adjunctis familiis XXX. ex libro Antonii Auguſtini Epiſcopi Ilerdenſis. Romæ cum Privilegio curantibus Heredibus Franciſci Tramezini apud Joſephum de Angelis MDLXXVII.* Id porro exemplum, illudque, quod habetur in Grævii & Gronovii Theſauro Antiquitatum diligenter invicèm contulimus, atque Romanas Augustini Familias edidimus numero auctas; nam in Urſiniano Volumine ſunt XXXVI. in Volumine autem Græviano ſunt XLVIII.

Librum de Familiis ſequuntur Antiquiora Numismata Musei Antonii Augustini, quæ deſcripta apparent in quodam Commentariolo hactenus nunquam typis edito. Illud ad me miſit optimus Mayanſius manu quidem ſcriptum. Erat verò inchoatum modò planèque rude, ut extremam manum omninò deſideraret. Itaque illud non ſine multo labore Bernardinus Baronius, de quo ſupra dixi, cum plurimis libris contulit, quibus de Veterum Nummis agitur, confirmatâque ſingulorum Nummorum verâ imagine inſcriptioneque, tum additis, ubi oportebat, vel adverſis, vel averſis partibus, quas etiam litteris A. & P. indicavit, Nummis etiam omnibus in ſeries, perfectumque ordinem redactis in commodiorem, atque adeò probatiorem ſtatum reſtituit.

Poſtèa habentur Dialogi de Insignibus et Familiis Nobilitatis Hispanæ, quos jampridem Mayanſius meus emendavit, typiſque edendos curavit, qui etiam de his ipſis Dialogis fusè egit in ſuo de Augustini Vitâ * Commentario. Peculiarem hi Dialogi habent * Vol. II. Pagg. cv. & ſeqq.
Indicem rerum, quæ in ipſis notari merentur, a Mayanſio confectum. Ad horum etiam Dialogorum explicationem pertinent Inſignia quædam, quæ ære exprimenda curavi, atque unicâ exhibentur Tabulâ, quæ Nummorum Antiquorum Tabulas conſequitur.

Inde locum obtinent Antonii Augustini Opuscula et Fragmenta, de quibus ſingulis videnda ſunt quæ ſcripſit Mayanſius in Commentario de Augustini Vitâ.

Demùm liber editus a nobis eſt, qui ita inſcribitur: Ex Consiliis multorum Codicis interpretatio. Ex Bibliotheca Antonii Augustini. Librum hunc non ipſe ſcripſit Augustinus, ſed quidam Columbettus, qui fortè in Augustini Bibliotheca litteris operam dabat, non tamen ſine ipſius Augustini conſilio atque ope. Ad me hunc librum miſit Gerardus Meermanus, qui etiam mihi auctor præcipuus fuit, ut illum typis ederem.

Non

Non deeſt tandem pleniſſimus rerum & verborum Index, quæ in Octavo hoc Volumine notari debent, ſummâ cum diligentiâ comparatus, in quem conjectus fuit Index Antiquitatum Romanarum Hiſpanarumque.

Finem facio illud iterum monens, quod ab initio dixi, omnia me Antonii Augustini ſcripta edidiſſe, quæ inveniri potuerunt. Si tamen ſorte accidat, ut aliud quidpiam è tenebris aliquandò eruatur, id etiam typis ſtatim deſcribam hiſque Voluminibus adiiciam. Cæterum magni ego laboris, multæ induſtriæ, plurimique ſumptus rem ſuſcepi, ſuſtinui, confeci. Decem ampliùs annos in opere me vehementiſſime exercui. Tantorum vero laborum ſatis me præmii conſecutum eſſe putabo, ſi eruditis viris (Hiſpanis præſertim, quorum maxime res agitur) curas, ſollicitudines, vigilias meas gratas accidiſſe cognovero.

DIA-

DIALOGOS DE MEDALLAS

INSCRICIONES Y OTRAS ANTIGUEDADES

DE DON ANTONIO AGUSTIN

ARÇOBISPO DE TARRAGONA

CON LA INTERPRETACION LATINA

DE DON ANDRES SCOTTO.

Digitized by Google

Digitized by Google

DIALOGOS DE MEDALLAS

INSCRICIONES Y OTRAS ANTIGUEDADES

DE DON ANTONIO AGUSTIN

ARÇOBISPO DE TARRAGONA

CON LA INTERPRETACION LATINA

DE DON ANDRES SCOTTO.

DIALOGO PRIMERO.

Què coſa ſon las Medallas, y ſi ſon Monedas, y què provecho ſe ſaca de ellas.

B. MUcho deſeo tengo de vèr las Medallas, y otras antiguallas de V. S. y en algunos ratos deſocupados entender lo que ſon, y el provecho que de tenellas, y poner grau eſtudio en ellas, reſulta: y por conocer la miſma gana en el Señor C. nos havemos concertado los dos de proponer eſto à V. Señoria.

A. Eſſe deſeo no lo reprebendo, ſi todas eſſas coſas ſe juntan: porque el vèr medallas, y antiguallas ſin quererlas entender, es coſa de hombres curioſos, y vanos. Ahunque muchas coſas ai, que ſe comiençan con un ſiu, que deſpues reſulta de ellas otra coſa: como del Alquimia ſale el provecho de ſaber eſtilar aguas: yo he viſto muchas perſonas deleitarſe de tener muchas antiguallas, y gaſtar en comprarlas muchos reales, y entender muy poco dellas: pero ſeguiaſe cierto provecho de ſu curioſidad, que los hombres dotos hallaban en aquellas caſas recogidas muchas medallas, y antiguallas, las quales ellos no pudieran juntar por ſu pobreça.

B. No haurà acahecido aſſi à V. S. pues tiene, ſegun veo, cuidado de entender con gran diligencia todas las coſas antiguas, y ha recogido muy muchas, y aſi deſeo ſaber què es cada coſa de quien tan bien me lo puede decir.

DIALOGUS (a) PRIMUS.

Quid Nomiſmata: & an Monetæ ſint annumeranda; deque fructibus quenque eu iis capiendis (b).

B. STudeo, ampliſſime Domine, Nomiſmata tua, ceteraque Auriquitatis monumenta, ſi modo tantum abs re tua otii eſt, inſpicere; eaque horis ſubſecivis, quæque ex hoc ſtudio utilitas dimanet, diligenter cognoſcere. Eadem quoque cupiditas cum item huuc inceſſit pro quo ipſe reſpondeo: quod inter nos nuper admodum, ut id abs te peteremus, convenerit.

A. Equidẽ non reprehendo ſtudium veſtrum, præſertim ſi hæc concurrant univerſa. Ceteroquiu *Nomiſmata* & Antiquitatis mouumenta inſpicere dumtaxat, nec cognoſcere ea accurate velle, hominum eſt curioſorum atque otioſorum, & pene dixerim vanorum. Tametſi ſunt in hoc genere, quæ diverſam ab ea, quæ propoſita eſt, utilitatem adferunt. Chemia enim, verbi gratia, licet quo collineat, non aſſequatur, hoc tameu commodi apportat, quod aquas furnacibus decoqui doceat. Sic & ipſe multos videre memini, qui incredibili ſtudio veterum Monumentorum ducti, magnos ſumptus in iis comparandis facereur, uec intelligerent tamen. Illud vero percommode accidebat, eo contemplandi cauſa homines eruditos convenire frequeuter ſolere, quod tamquam in penu, magna apud eos Antiquitatis copia eſſet recondita, quam docti viri, anguſtia rei familiaris, parare non poſſent.

B. Ne idem tibi uſu veniret, caviſti tu quidem diligenter, quod magnum jam inde a puero in omni Antiquitate cognoſcenda ſtudium poſueris, multaque collegeris, omnia in numeraro habens. Quare ex te harum rerum tam intelligente aveo ſingula audire.

(a) Personæ:
- A. Antonius Auguſtinus Archiepiſcopus.
- B. Rodericus Zapata, ſororis Archiepiſcopi filius.
- C. Joannes Auguſtinus, Antonii Archiepiſcopi frater.

(b) 1. *A Pictoribus, Sculptoribus, ac Monetariis.* 2. *Ut Imperatorum Vett. cognoſcantur effigies.* 3. *Ut Urbium, ædium, fluminum.* 4. *Ut Virtutum, Deorumque.* 5. *Ut Ortographia ediſcatur.*

A. Vellem vero id dici poſſe. Sed, ut quod res eſt dicam, plura ſunt quæ non aſſequor; nec a me plene cognoſcuntur, quamvis ſtudioſe ea inveſtigarim: & cum pleriſque, quibus abundat Italia, eruditiſſimis hominibus ea de re ſæpe diſſeruerim, omneſque Urbis Romæ Antiquitates diligenter inſpexerim; verum gravioribus negotiis impeditus unus cum eſſem e Duodecim viris Romæ Sacri Palatii Ap. litium judicandarum, & aliis in negotiis occupatus, vix ſatis otii huic ſtudio ſuppeditare potui, ut verear ne ei, quam ſuſtineo, intelligentiæ omnis Antiquitatis opinioni non reſpondere queam.

B. De his, quæ tu modica modeſte nimis vocas, partem aliquam decidi velim, quæ nobis tamquam in tenebris verſantibus, lumen præferat, denſamque ab oculis ignorantiæ caliginem diſpellat. Equidem vix plura (fatebor enim) quam qui jam primis labiis litteras guſtare cœpit, intelligo. Sed ne in his tempus teram, ſi modo eſt otium, & ſi vis, ſtudeo primum ex te audire, cur *Medallias* vulgo vocent lingua Italica, Hiſpanica, & Gallica, quæque earum vis & natura ſit, & quæ hinc redeat utilitas: poſt, pace tua, reliqua, quæ nos fugiunt, ſciſcitaturus.

A. Quod a Latina, tanquam ab uberrimo fonte linguæ illæ fluxerint, veri mihi quidem ſimile eſt, nomen illud formatum ab ea voce *Metalla*: tametſi non eadem utrique notio eſt. Verum quod earum materia fere ex his metallis *Auro*, *Argento*, *Ære* conſtet, ab ea *Medalliæ* nomen veteribus Nummis a noſtris hominibus inditum.

B. Idem ne *νόμισμα* vel *Namiſma*, Græce, Latineque loquentibus, quod nobis Medallia?

A. Illud latius patere exiſtimo, ut & Latinis *Nummum*, & *Monetam*: quod licet in Monetis, olim Medalliæ numerarentur, cum nummi erant, pretiiſque ut hodie, in coemendo vendendoque pecunia ſerviebat, nunc tamen Nomiſmata, quæ uſu valeant, eſſe deſierint.

B. Arqui aliter in veteri Juriſprudentia cenſuit Pomponius J. C. *Nomiſmatum*, inquit, *aurearum vel argenteorum veterum, quibus pro gemmis uti ſolent, uſusfructus legari poteſt.*

Pompon. c. 28. de uſufruct.

A. Erras. Adjecta enim vox *veterum* nodum omnem diſſolvit: conſtat namque monetam veterem eſſe.

Lib. 2. Ep. 1. v. 234.

B. Horatius Flaccus alicubi *Nomiſma* vocat monetam Philippi Regis Macedoniæ ejus, qui Alexandri Magni parens fuit:

Retulit acceptos, regale Nomiſma, Philippos.

Quod meo quidem ſenſu tamquam de Medallis (utar enim tua venia propter ſermonis Latini inopiam hac voce) intelligi nihil vetat.

A. Non infitior id quidem, verius tamen de certo monetæ & pecuniæ genere. Nam & *Nomiſmatis* etymon apud Ariſtotelem l. V. * Ethicorum ad Nicomachum a lege, quæ Græcis *νόμος*, argumento eſt pro quavis moneta accipi, & nova & vetere, quæ in emptionibus venditionibuſque ſolvitur, vi legis, qua nummi valent. Horatii vero carmen de nomiſmate, quod Alexander Magnus Chærilo Poetæ pro paucis verſibus bo-

* *Cap. 5.*

nis

A. Bien holgaria yo que fueſſe eſſo aſſi: pero mucho mas es lo que yo no entiendo en eſtas coſas; ahunque no me ha faltado deſeo de aprenderlas, y he comunicado con todos, y los mas doctos hombres de Italia, y he viſto las antiguallas de Roma con alguna diligencia, pero ocupado con mayores ocupaciones de la Rota, y de otras coſas, que por mi han paſſado, no eſtoi tan adelante en eſte eſtudio como v. m. pienſa.

B. Deſſo poco que V. S. ſabe de antiguallas, querria que me dieſſe una poca de lumbre para el chaos de tinieblas que tengo, quando veo tantas coſas antiguas, ſin conocer de ellas mas de lo que conoce qualquier eſtudiante que ſabe leer, y coſtruir, ò poco mas; pero por no perder tiempo querria lo primero ſaber de V. S. por què ſe dicen eſtas medallas, y què coſa fueron quando ſe hicieron, i què provecho ſe ſaca de ellas? deſpues, con licencia de V. S. demandarè otras coſas que no entiendo en ellas.

A. Como el Latin es origen de las Lenguas Italiana, y Eſpañola: bien ſe puede creer, que medalla ſe dice en eſtas dos lenguas de la palabra latina *Metalla*, ahunque no ſea una miſma coſa. Pero como la materia de las medallas ſean los metales de oro, plata, y cobre, no ha ſido mucho fingir un nombre deducido de aquel que ſignifica ſu materia.

B. Es lo miſmo Nomiſma en Latin, y en Griego que medalla?

A. Por mas general nombre tengo el Griego, y Latino *nomiſma*, y *nummus*, como el de Moneta, y moneda: que ahunque ſea verdad que las medallas fueron monedas, entonces fueron *nomiſmata*, y *nummos*, agora podria ſer que no lo fueſſen.

B. Pues como dice Pomponio Juriſconſulto: *Nomiſmatum aureorum, vel argenteorum veterum, quibus pro gemmis uti ſolent, uſufructus legari poteſt?*

Cap. 28. de uſufr.

A. La palabra *veterum* nos quita de duda, porque es cierto que ſon monedas viejas.

B. En Horacio hay un verſo, en que llama *nomiſma* cierta moneda del Rey Philipo, padre de Alexandro Magno.

Retulit acceptos, regale Namiſma, Philippos.

Y puedeſe decir, que lo dice como de medallas.

A. No lo niego, pero tambien como de dinero, ò moneda cierta: y la etymologia que dà Ariſtoteles en las Ethicas à eſta palabra *nomiſma*, que viene de la ley que en Griego dicen *νόμος*, mueſtra que ſe uſa propriamente en qualquier moneda vieja, y nueva con tal que corra, y ſe reciba por precio de lo que ſe compra, y vende, por la ley que dà fuerça à la moneda. El verſo de Horacio hablando de los dineros, que diò Ale-

Lib. 5. c. 5.

xan-

xandro Magno al Poeta Cherilo no puede entenderſe de medallas antiguas, pues Philipo ſue padre de Alexandro.

Ulp. c. 27. *Them. 4. de auro, & argent. leg.*

B. En otra parte dice Ulpiano, que ſi alguno dexa el oro ò plata ſeñalados, ò marcados, como ſe marca la moneda, què bien vendràn las monedas de Philipo y los que llama *nomiſmata.*

A. Con que palabras dice Ulpiano eſſo?

B. *Si autem aurum, vel argentum ſignatum, legatum eſt, id pater familias videtur teſtamento legaſſe, quod ejus aliqua forma eſt expreſſum: veluti quæ Philippi ſunt, itemque nomiſmata, & ſimilia.*

A. Por eſſas palabras parece que aſſi las medallas antiguas de Philipo, como las demàs, ſon monedas, y *aurum, vel argentum ſignatum*, y *nomiſmata.*

B. Lo que ſe dize en el Codigo *de veteris nomiſmatis poteſtate*, podràſe entender de las medallas?

A. Si las medallas ſon como deciamos, monedas viejas bien ſe podrà entender, ahunque no toda moneda vieja ſe dice medalla, ſino como dize Pomponio la que ſe tiene por joya, como tampoco las que ſe trahen en las gorras, y ſombreros, aunque ſe digan medallas no ſon monedas.

C. Yo querria ſaber de V. S. ſi todas eſtas medallas antiguas fueron monedas de Romanos, ò Griegos, ò de otras naciones?

A. No falta quien diga que no, porque les parece inconviniente, que unas medallas tambien labradas anduvieſſen por manos de todo el pueblo, eſpecialmente las que eſtiman mucho en Italia, unas de bronce grandes, de muchas figuras en el reverſo, con un berniz negro, ò verde, como ſon algunas de Neron, y de Adriano de ſingulares maeſtros, y tienen por increible que ellas valieſſen menos que las de oro, y plata pequeñas, de las quales no toman tanto guſto: ahunque parece, que en tiempo de Pomponio, el qual fue en el del miſmo Hadriano, las medallas de oro, y de plata eran tenidas por joyas, y de las de cobre, ò de vellon, como dicen en Caſtilla, no dize nada Pomponio en las palabras yà dichas.

C. Pues què ſerian eſtas ſi no fueſſen monedas; ò quales eran las monedas, ſino fueſſen eſtas?

A. Dizen, que como oy en dia hai moneda que ſe labra por moneda, y hai otras medallas labradas para dàr à Embaxadores, ò para arrojar al pueblo en una coronacion del Emperador, ò del Papa, que aſſimiſmo en aquel tiempo havia dos ſuertes de monedas, ò medallas, y que las buenas ſervian de dones, y de *largitiones*, ò *miſſilia*, que aſſi las llamavan en Latin, ò para tener entre ſus joyas, y ſacrarios; y las ruines ſervian de monedas, como oy ſirven las que ſe labran en las caſas de la moneda, yo no he viſto

nis appendit, de veteribus nomiſmatis intelligi non poteſt, cum Philippi Regis filius Alexander fuerit.

B. Alibi vero & Ulpianus Juriſconſultus, quantum memini, cenſuit, *Si quis aurum argentumve monetæ inſtar ſignatum legaverit, Philippos item & nomiſmata contineri.*

Ulp. c. 27. *Them. 4. de auro & argent. legat.*

A. Verba Ulpiani recita.

B. *Si autem aurum vel argentum ſignatum legatum eſt, id paterfamilias videtur teſtamento legaſſe, quod ejus aliqua forma eſt expreſſum, veluti quæ Philippi ſunt, itemque Nomiſmata & ſimilia.*

Vide Briſſonium lib. 1. Selector. Antiquit. c. 18.

A. Ex his verbis effici videtur Nomiſmata vetera, *Philippos*, ut & cetera in monetis numeranda, itemque aurum, vel argentum ſignatum, & Nomiſmata.

B. Quoniam in Codice Juſtinianeo *de veteris Nomiſmatis poteſtate* Titulus exſtat, rectene de Medallis explicabitur?

A. Recte quidem, ſi, ut diximus, hæc in vetere moneta numerentur: quamvis non retro commeant: Non enim quævis moneta vetus Medalla nominatur, ſed ea tantum, qua, ut Pompon. J. C. ait, pro gemmis uti ſolent: ut nec ea Nomiſmata, quibus pileos, galeros, aut galeas milites exornare ſolent, licet Medalliæ appellentur in vulgus, Moneta vocanda eſt.

C. Cupio & ipſe, niſi moleſtum id tibi, veterane iſthæc Nomiſmata olim Græcorum a Romanorum, aliarumve gentium monetæ fuerint, cognoſcere.

A. Non deſunt qui id negent, propterea quod incredibile illis videatur Nomiſmata quædã affabre adeo efficta vulgi manibus trita fuiſſe; ea præſertim, quę hodieque magni fiunt apud Italos, harum rerum peritos exiſtimatores, ut ſunt ærea quædam, majoris notæ, in quorum averſa parte ſigna multa viſuntur, ærugine ſplendentia tanquam ſandarache quæ vulgo *Verniz*, atri, viridiſve coloris: qualia ſunt Neronis nonnulla, vel Hadriani Impp. a ſummis, ut apparet, artificibus ſculpta: quæ idcirco minoris olim æſtimata, quam aurea vel argentea, minoris ponderis credere iidem abnuunt, quod illis hæc cum æreis comparata viteſcant; cum tamen Pomponii J. C. ætate, qui Hadriani illius Imperatoris æqualis fuit, Nomiſmata aurea, & argentea gemmarum loco ſint æſtimata; de æreis vero nulla mentio exſiſtat, in eo quod attulimus, Legis capite.

C. Sed quid erant, obſecro, Nomiſmata; & cui uſui, nili monetæ aut quæ moneta alia a Nomiſmatis valuit?

A. Affirmant, qui contra diſputant, ut hodie nummorum alii monetæ loco ſunt, quæ cuia circumfertur, uſuque valet: Alii vero conflata Nomiſmata ſunt, quæ Legatis Principum oblata, vel in vulgus ſparguntur in coronatione Pontificis Maximi, aut Imperatoris: ſic & olim duo Monetarum genera fuiſſe. Ex præſtantioribus Nomiſmatis dona largitioneſque conſtabant, & quæ *Miſſilia* Romani vocabant, & inter gemmas, reſque ſacras collocabant: Viliores vero Nummi, inquiunt, Monetæ vicem

ſto præ-

Digitized by Google

præbebant, ut ii qui hodie in ædibus Monetariorum cuduntur. Equidem quantum memoria teneo, niſi quæ monetæ uſum ſpeciemque haberent, Nomiſmata nulla videre memini, præter id
[*] Tab. I. 1. unũ (*) æris in cujus parte altera lauri ramus ſignatus, in averſa vero duæ armillæ & torques, quam duo angues efficiunt, hoc elogio: IO IO TRIVMP. qua inſcriptione cuſum eſſe, ut triumphi tempore in vulgus ſpargeretur, facile adducor ut credam: His enim vocibus militum triumphantis currum ſequentium, immo & vulgi acclamatio conſtabat; ut hodie Romæ recens creato Pontifici Maximo, *Vivat Paulus*, vel *Gregorius Papa*, acclamatur.

C. Nomiſma iſtud videre optarem. Sed ecquid hæ litteræ ſignificant?

A. IO IO TRIVMPHE ſeu *triumpe*, ut antiquiores illi, aſpirationem fugientes efferebant; ſic Io *Bacche* in Orgiis Bacchi, Io *Pæan* in Apollinis feſtis acclamari ſolet. Denique ab hac Io Interjectione, ut vocant, *Jubilare & Jubilum* quidam derivant, niſi potius ab Hebræorum *Jubileo* conformata vox eſt.

C. Lauri quidem ramis in triumphis uſos in vulgus notum: cetera, amabo, quæ hic conſpicio ſigna, ecquid demonſtrant.

A. Nimirum triumphandi morem. Ut enim triumphantis currum milites corollis laureis redimiti, & lauri etiam ramos præferentes ſequebantur; ſic ut fortiſſimi quique & præſtantiſſimi virtutis ergo, re præclare geſta, armillas & torques aureas dono conſecuti eas geſtabant in pompa, publicaque illa celebritate atque frequentia. Armillæ, manuum monilia. Torques vero catenæ aureæ collo appenſæ. Ab hac, quam hoſti detraxerat, T. Manlius *Torquati* cognomen, poſterique ejus adepti.

C. Suppetuntne alia rationum momenta, cur in monetis numeranda Nomiſmata videantur?

A. Suppetunt ſane quamplurima, ut hæ litteræ ſingulæ S.C. quæ in æreis nummis Romanorum, & in argenteis nonnullis leguntur EX S. C. quæ *Senatuſconſulti* auctoritate cuſos ſignificant,
Polyb. lib. VI. idque ad Senatum pertinuiſſe ex Polybio colligo.
(*) Tab. I. 2. 3. 4. 5. 6. 7. In argenteis (*) quibuſdam EX. A. P. obſervavi, hoc eſt *ex Argento Publico*. Clarius vero in aliis hæc legitur: AS. TRESSIS. OBOAOC. ACCAPIA. TRIA. SACRA. MONETA. AVGVSTI. NOSTRI. Et voce ſingulari MONETA. In aliis imagines Deæ Monetæ cum bilancæ. Sæpe tres matronæ, quibus triplex Monetæ ſpecies deſignatur, me-
(*) Tab. I. 8. 9. 10. 11. 12. 13. tallorum *Auri, Argenti, & Æris* *). Quibus autẽ id minus incumbebat *Monetales* dicti, vel *Treviri Monetales Auro, Argento, Ære flando, feriundo*. Unde manavit hæc inſcriptio in plurimis Nummis III. VIR. (*) In aliis ſingulares hæ
(*) Tab. I. 14. Tab. II. 15 16. 17. 18. 19. litteræ A. A. A. F. F. quæ ſic legendæ, ut dixi, fidem ſecutus Valerii Probi aliorumque. Qua de re Epiſtola elegans * circumfertur Petri Bembi
* Epiſt. 13. l. 7. ad Fam. Cardinalis, qua hunc Ciceronis locum accurata explanavit: *Treviros vites cenſeo; audio Capitales eſſe: mallem Auro, Argento, Ære eſſent.*

Il-

ſto deſtas que no fueſſen monedas, ò lo pareciesſen, ſi bien no me acuerdo, ſino una de metal, en la qual de la una parte hai un ramo de laurel, y de la otra dos armilas, y una torques hecha de dos culebras con letras que dicen IO IO TRIVMP. que tengo creìdo que ſe hizo para arrojar en algun triumpho, porque aquellas palabras eran de las que decian los ſoldados y ahun el Pueblo, como oy dicen en Roma al nuevo Papa, *Viva Papa Paulo*, ò Gregorio.

C. Mucho holgarè de vèr eſſa medalla. A. Bien toparemos con ella preſto. C. Como ſe han de entender eſtas Letras?

A. *Io Io Triumphe*, ò *Triumpe*, que es lo mas antiguos como ſe dixo *Io Bacche*, y tambien *Io Paean* en fieſtas de Baccho, y de Apolo, y deſta palabra Io, que es como dicen interjeccion, viene el verbo *Jubilare*, y *Jubilus*, ſino viene del Jubileo de los Judios.

C. Del ramo del laurèl, que ſirvieſſe en los triumphos, coſa clara es: pero las otras coſas, por què ſe ponen en la medalla?

A. Como los ſoldados acompañaban al que triumphaba con coronas de laurèl, y con ramos, aſsi los principales ſoldados, que havian alcançado armilas, y torques las trahian pueſtas, y ſalian aquel dia ſeñalados con ellas. Las armillas ſon como braçaletes, ò manillas, las torques como cadenas, ò argollas de oro, y por una de eſtas que ganò à ſu enemigo Tito Manlio ſe llamò Torquato èl, y ſus deſcendientes.

C. Hay otras razones para que eſtas otras fueſſen monedas?

A. Si hai, y muchas, y entre otras la S y la C que eſtà en las medallas de cobre hechas en Roma, y en algunas de plata EX S. C. que ſignifican el ſenatuſconſulto, por el qual ſe diò licencia que ſe labraſſen, y que al ſenado tocaſſe eſto, ſe prueba por ciertas palabras
de Polybio. En otras de plata hai EX A. P. que Lib. IX.
es *Ex Argento Publico*. Hai en algunas mas claramente AS. TRESSIS. OBOAOC. ACCAPIA. TRIA. SACRA. MONETA. AVGVSTI. NOSTRI. Tambien hai eſte vocablo MONETA ſolo, y las imagenes de la dioſa Moneta con una balança, y à las veces hai tres mugeres que repreſentan la moneda de tres ſuertes de metales, oro, plata, y cobre y los que tenian cargo de hacer moneda eran dichos Monetales, ò Treviros Monetales, *Auro, Argento, Ære Flando, Feriundo*, y por eſto en muchas medallas hai eſta palabra III. VIR. y en otras ſe añade A. A. A. F. F. que ſe han de leer como dixe, y Valerio Probo, y otros lo eſcriven, ſobre lo qual hai una carta del Car-
denal Pedro Bembo, el qual interpreta muy * Epiſt. 13. l. 7.
bien un paſſo de una epiſtola de Ciceron: *Trevi-*

ros

ros vites cenſeo, *audio Capitales eſſe*; *mallem Auro*, *Argento*, *Ære eſſent.* Solamente dexo de decir, que el miſmo Ciceron usò de eſte vocablo *Monetalis* en las epiſtolas *ad Atticum*, y Pomponio tratò mas largo de ſu oficio, y nombre en lo que tenemos en los Digeſtos en el titulo *de Origine juris.* Por ciertos verſos de Marcial ſe prueva, que uſavan los antiguos de eſta palabra *moneta*, por lo que deximos agora moneda, el uno es en el libro primero

Epist. 13. lib. 10.

Et centum dominos novæ Monetæ.

El otro en el libro poſtrero donde haze un diſticho con eſte titulo, *Loculi eburnei:*

Hos, niſi de flava loculos implere moneta,
Non decet, argentum vilia ligna ferant.

Aqui ſe llama *flava moneta* la moneda de oro, en el otro verſo à la moneda con las imagines, ò caras de los Emperadores, llama *dominos novæ monetæ*; y es de notar, que los antiguos uſavan de arquillas de madera, y de marfil para tener ſu moneda, y que los llamaban *loculos*, y *thecas*, y *arcas.*

B. Vueſſa Señoria me hace acordar de otro verſo del miſmo Poeta en el libro XII.

An de moneta Cæſaris decem flavos?

y tendrà la miſma interpretacion de diez monedas de oro con el geſto del Emperador: y quanto à lo de las bolſas, creo que tambien uſavan de ſacos, ſegun otro verſo de otro Poeta

—— Nam tui Catulli
Plenus ſacculus eſt aranearum.

A. Verdad es, y ahun de fiſcos, ò eſpuertas uſavan, ſegun dicen Ciceron, y Asconio en las Verrinas.

B. Porque en algunas medallas hay II. VIR, y no III. VIR, eſpecialmente en las de Eſpaña, y en otras IIII. VIR?

A. Fulvio Urſino dize que en tiempo de Cajo Julio Ceſar Dictador ſe batieron las medallas de plata de IIII. VIR. ſolamente, y antes dèl, y deſpues ſiempre fueron tres los Monetales. Las monedas en que hai II. VIR. ſon de colonias, y municipios fuera de Roma, y no ſignifican los Monetales ſino los Duumviros, que aquel año governavan aquella colonia, ò municipio.

B. Hallanſe algunas medallas con la ſeñal de la H y S que tantas veces eſtà en las obras de Ciceron, que me parece ſe llaman *ſeſtertio*, y es la quarta parte del denario?

A. La cifra antigua del denario es X. y del Quinario, ò Vitoriato V. y del ſeſtertio IIS. y puedo moſtrar eſtas miſmas cifras en mis medallas. La cauſa deſtas cifras es manifieſta, porque al principio el denario valia diez aſſes, el quinario cinco, el ſeſtertio dos y medio, que en Latin ſe dice *ſemis*, y aſſi eſtà la S deſpues de las dos II. los que hazen H y S eſcurecen la eſcritura. Ahunque algunos uſaron por X, la miſma letra con una virgula Ӿ y aſſi quiſieron hacer en el ſeſtertio HS. por IIS. El nombre de Vitoriato ſe dixo, ſegun Plinio por una Vitoria que ſue-

Lib. 33. c. 3.

le

Illud tamen prætermiſit, eundem M. Tullium uſum hac voce *Monetalis* in Epiſtolis * ad Atticum. Ad hæc Pomponius J. C. de officio eorum, & appellatione in Pandectis Tit. *De origine juris*, * agit.

* Epiſt. 13. l. 10. ad Attic.

* L. 2. Initium. D. de Orig. Juris.

Moneta vero eadem, qua hodie utimur, ſubjecta notione veteres uſos fuiſſe didici ea illo Martialis verſu lib. 1. Epigramm.

Et centum dominos novæ Monetæ.

Et item altero libri ultimi, cum hoc Epigrammatis titulo, *Loculi eburnei:*

Hos, niſi de flava loculos implere moneta,
Non decet, argentum vilia ligna ferant.

Flavam nimirum *monetam* in hoc Epigrammate vocat a colore eam quæ aurea pecunia eſt, ut in altero monetam Imperatorum, quos *dominos novæ monetæ* appellat, imaginibus ſignatam. In quo illud eſt obſervandum, arculis eam ligneis, vel eburneis ſervari ſolere, quas *thecas*, *arcas*, vel *loculos* appellabant.

B. Commodum mihi in memoriam revocas ejuſdem Celtiberi Poetæ & alium verſum lib. XII.

An de moneta Cæſaris decem flavos?

Quod itidem de aureis Nummis decem Imperat. ſpecie notatis exaudiendum. Ad *loculos* quod attinet, obſervare memini eos alteri Poetæ *ſacculos* eſſe:

—— Nam tui Catulli
Plenus ſacculus eſt aranearum.

A. Recte tu quidem: quin & fiſcellis, & ſportulis uſos ex Cicerone clarum, & Aſconio Pædiano in Verrinas.

B. Si, ut ais, Treſviri monetales, cur quæſo, in pleriſque nummis veteribus præſertim Hiſpanicis *II. vir* non *III. vir* in aliis *IIII. vir* legitur?

A. Fulvius Urſinus ſentit tantum in C. Julii Cæſaris Dictatura cuſos argenteos eos qui *IIII. vir* præferant: alias ſem per *III. viri monetales* exſtiterunt. Quæ vero Numiſmata *II. vir* habent, ea Coloniarum ſunt & Municipiorum extra urbem Romam, nec *Monetales*, ſed Duumviri, qui eo anno Coloniam, Municipiumve cum imperio regebant, deſignantur (*).

B. Exſtatne in Nummis nota illa HS, paſſim in Cicerone obvia, quæ *ſeſtertium*, quæ eſt Denarii quarta pars, ſignificat?

(*) Tab. II. 20. 21. 22. 23.

A. Denarii nota fere eſt X. Quinarii ſeu Victoriati V. Seſtertius vero his ſignis HS. exprimitur, quæ ſigna, & in Numiſmatis apparent (*). In promptu vero cauſa eſt. *Denarius* enim initio decē aſſibus pendebat: *Quinarius* quinque, Seſtertius vero duobus cum dimidio, ſeu, ut Latini vocant, *ſemiſſe*: Hoc enim hæ litteræ H-S loquuntur: nam, qui ſic depingunt H-S, rem obſcurant. Quamquā nonnulli Denarii notam X tranſverſa virgula pinxerunt Ӿ *), licet in Seſtertio H-S pro IIS. *Victoriati* dicti, auctore Plinio, quod victoriæ ſignum præferrent: ut *Bigati*, vel

(*) Tab. II. 24. 25. 26. 27.

(*) Tab. II. 28. Tab. III. 29. 30. Plinius lib. 33. cap. 3.

Qua-

Quadrigati dicti denarii qui bigas, vel quadrigas, hoc eſt, currus bijugis, vel quadrijugis equis oſtendunt: & *Ratiti aſſes*, ratibus inſignitis.

B. Videor legiſſe denarios, non decem tantum, aliquando ſedecim aſſibus conſtitiſſe, & quidem, ſi recte memini, in tuis libris Emendationum Juris ad legem ultimam Cod. *de donationibus*. Quæ cum ita ſint cedo, cur non X. notam in XVI. mutavit.

Lib. 2. Emendat. c. 7. Juſt. Lipſius lib. 1. Elect. c. 2.

A. Non infitior id quidem; omnia poſt eſſe commutata, & XVI. notam in Denariis, ut VIII. in Quinariis aliquando videre memini; at in Seſtertiis IIII. nunquam: nec illam notarum varietatem diu duraſſe, ſed veteres notas ſtatim revocatas exiſtimo (*. Ut Bononiæ, exempli gratia, ex campano horologii tinnitu horæ audiri conſueverant XXIIII. moleſtiſſimum porro negotium erat crebra illa decimæoctavæ horæ, undevigeſimæ, vigeſimæ, & ceterarum inter numerandum prolatio. Sex igitur duntaxat horas in poſterum ſonare ſtatuerunt. Si qui vero hebetiores eſſent, in eorum gratiam, manu per certum hominem ad eas admota, horas curſu numerove non interrupto pulſari. Annis tamen aliquot elapſis, uſu & conſuetudine aurium hoc prætermiſſum eſt, ſatis jam omnibus intelligentibus primæ pulſu, vel primam, vel ſeptimam, vel tertiamdecimam, vel undevigeſimam horam ſignificari.

(*) *Tab. III.* 31. 32. 33.

B. Expreſſane alia ſigna, ut in argenteis, ita & in æreis nummis conſpiciuntur?

A. In aliis I littera vel L quæ libram ſignificat, aut aſſem, in quibuſdam S pro ſemiſſe, hoc eſt media libra, ſex unciis. In aliis quatuor puncta vel orbes pro quatuor unciis, quæ trientem efficiunt. Sunt quæ tribus punctis tres uncias, quæ quadrantem conſtituunt, deſignent, qua mercede in balneis olim lavabant, & *Quadrantal* dicebatur. Vidi & binis punctis duarum unciarum, quibus ſextans conſtat, ſignatos. Sunt id genus ſignorum complura, quibus vel pondus, vel pretium monetæ notatur. Ex quibus omnibus efficitur neceſſario, nomiſmata partim argentea, partim ærea, Romanis monetæ loco fuiſſe. Notarum vero, quibus inſigniri ſolent, diligens Interpres exſtat Voluſius Metianus, libro *de Aſſe*. Præter notarum hæc ſigna, exſtat & in pleriſque urbis *Romæ* nomen, & in quibuſdam *Jani bifrontis* imago, & in averſa parte novis prora *. Qua nota jam inde a Regibus veteres Romanorum nummos inſigniri ſolitos litterarum monumentis proditum accepimus.

(*) *Tab. III.* 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40.

B. Exſtant antiqui ponderis numiſmata, quæ *Æris gravis* dicebantur?

A. Exſtant nonnulli librıles nummi magni ponderis, qui in loculis geſtari non poterant, ſed arcis, vel ſaccis, & curribus: ut auctor eſt T. Livius. Quales & penes me nonnullos aſſervari deprehendas. Viſuntur & alia ſigna moneris indita. Qualia ſunt pugiones duo cum pileo (*), a M. Bruto edita, extraque urbem Romam, ut apparet, ſignata hoc elogio: EID. MART. diem tem-

Liv. lib. 4. extremo. (*) *Tab. II.* 41. *Dion. lib.* 47.

le eſtàr en eſtas monedas, como *Bigatos*, y *Quadrigatos* ſe dicen los denarios que tienen *bigas*, y *quadrigas*, que ſon carros de dos, ò quatro cavallos, y *Ratites aſſes* los que tienen *Rates*, ò Barcas, ò Armadias.

B. Pareceme haver leido, que eſtos denarios no valieron ſiempre diez aſſes, ſino dezileis, y creo que V. S. ha eſcrito ſobre ello en ſus Emendaciones, interpretando la ley ultima *de donationibus*: querria ſaber porquè no mudaron la cifra de X. en XVI.

A. Verdad es, que todo ſe mudò, y puedo moſtrar el numero XVI. en denarios, y el de VIII. en quinarios: mas el de IIII. en ſeſtertios nunca lo he viſto. Ni eſta variedad de cifras durò mucho tiempo, porque ſe tornaron en las cifras à lo viejo: como en Boloña ſolia tañer la campana del relox las veyntiquatro horas a la larga ſin faltar ninguna y era gran peſadumbre contar dezincho, dezinueve, veynte &c. acordaron que el relox dieſſe ſeis horas no mas, y para los menos agudos, que à mano tocaſſe un hombre las horas a la larga: pero paſſados algunos años dexaron ello, ya que tenia la gente hechos los oidos a entender, que la una eran las ſiete, ò las treze, ò las dezinueve.

B. En las medallas de cobre hai algunas otras ſeñales como en las de plata?

A. En algunas hai una I, o una L que ſignifica una libra, ò un *as*, en otras un S por *ſemis* que es media libra, o ſeis onças, en otras quatro puntos, ò roeles por quatro onças, que es el triente, en otras tres puntos por tres onças, que es el quadrante, por el qual precio ſe lavavan en los baños, en otras hai dos puntos por el ſextante, que es dos onças, y aſſi hai algunas otras ſeñales del peſo, ò del valor de las monedas. Lo qual todo es clara ſeñal que aſſi las medallas de plata, como las de cobre eran monedas de Romanos, y de la interpretacion dellas cifras es buen autor Voluſio Meciano en el libro *de Aſſe*. A'lende de las cifras hai en las mas dellas el nombre de Roma, y en muchas de una parte la cabeça de Jano con dos caras, y de la otra una proa de una nave: lo qual dizen muchos autores que ſe hacia en las monedas antiguas de Roma deſde el tiempo de los Reyes.

B. Hallanſe algunas del peſo antiguo quando ſe decian aes grave?

A. Todavia ſe hallan deſtas libriles muy peſadas, que no podian traherſe con bolſas ſino con arcas, ò ſacos, y con carretones, ſegun lo cuenta Tito Livio en cierta parte: y entre mis antiguallas ſe hallaràn algunas dellas. Hai tambien memoria de algunas otras coſas, que ſe puſieron en algunas monedas, como es de las dos dagas con un pileo, que Marco Bruto puſo en ſus monedas, las quales

Liv. lib. 4. in fin. *Dion. lib. 47.*

les fueron hechas fuera de Roma con letras EID. MART. ſignificando el dia en que matò con los otros conjurados a Ceſar: porque los antiguos eſcrivian EIDVS, por lo que otros eſcrivieron IDVS:

B. El pileo ſignifica la libertad alcançada con las dos dagas de Marco Bruto, y Decimo Bruto?

A. Aſſi es de creer. En Suetonio ſe lee, que Auguſto Ceſar ſe preciava de tener por aſcendiente a Capricornio, y por eſto Zurita en la emblema de ſu Añales puſo el Capricornio ſobre el Rio Ebro para denotar que Cartagena es fundacion de Auguſto Ceſar, tanto que lo publicò poniendolo en ſus monedas. Puedo yo deſtas moſtrar algunas, aſſi en plata, como en cobre, y es muy alabada una de metal Corinthio con dos capricornios, y un mundo, y una corona de encion con una letra OB. CIVES. SER. ò SERVATOS. Es verdad que eſta medalla la hizo Tiberio Ceſar deſpues de la muerte de Auguſto, pero otras tengo de plata hechas viviendo èl con el Capricornio. El miſmo autor dice, quel el Emperador Neron ſe preciò tanto de buen cantor, y citharedo, que puſo por reverſo en ſus medallas un retrato de ſu locura: y de eſtas monedas ſe hallan oy dia, y de muy buena mano, y toparèmos con algunas entre mis medallas.

B. Pareceme à mi, que el que niega eſto que tan claramente ſe vee, à ninguna otra prueba ſe rendirà, aunque ſea la del Evangelio de aquella moneda, que moſtraron à Chriſto nueſtro Señor, cuya imagen, y letrero era de Ceſar, ò Tiberio Ceſar, yo creo que aſſi fueſſen las medallas de los otros Emperadores.

A. Quien bien mirare las conſtituciones de los Titulos *De falſa moneta*, y *ſi quis ſolidi circulũ exteriorem inciderit*, y *de veteris nomiſmatis poteſtate* en el Codigo Theodoſiano, y en el de Juſtiniano, bien hallarà como uſavan los Emperadores de poner el retrato de ſus caras en ſus monedas: y lo primero que hacian en ſiendo hechos Emperadores, era batir moneda con ſus retratos, y deſpues los de ſus mugeres, y de ſus hijos. Eſto que he probado con exemplos de las monedas de Roma, puedo provar con un *ſiclo* de Judea, y con muchas *drachmas*, y *didrachmas*, y *tetradrachmas* de Griegos. Hai memoria en Julio Pollux de las monedas de muchos Pueblos, que con diverſas coſas ſeñalaban ſus *drachmas*, y eſtas miſmas eſtàn en las medallas Griegas que tenemos. Pondrè un exemplo muy claro de las *noctuas*, ò lechuzas de Athenas, las quales, y Minerva ſe veen en muchas medallas con letras del principio del nombre de aquella ciudad. En Africa havia una colonia antigua de Griegos, que ſe decia Cyrene, de donde ſe trahia à Roma, y à Grecia el laſerpicio dicho por los Griegos *ſilphio*, dize Ariſtotil en la Republica de los de
Interpres Ariſtophanis in Pluto, & in Equitib. Cyrene, ſegun refiere el interprete de Ariſtophanes, que eſte *ſilphio* ponian en ſus monedas los deſta ciudad. Puedo moſtrar ſemejantes medallas de las quales ſe aprende la figura de eſta hierva

tempuſque deſignans, quo cum ceteris conjuratis *Feſtus, & in ſu. Dial. IX.*
tribus & viginti vulneribus Cæſarem confodit. Ceterum vetus ſcribendi ea ratio eſt EIDVS, pro quo vulgo IDVS. *Ang. Polit. Miſcell. c. 70. ex Oronus lib. 47.*

B. Quid pileus, libertatemne ſignificat, quam his pugionibus Marcus & Decimus Bruti conſtituerunt?

A. Opinor ſane. Porro Capricorni natalis ſui ſigno Auguſtum Cæſarem delectatum auctor eſt Suetonius, ut & nummis publicandum curarit. Quod genus nummos reperies cum æreos, tum argenteos, & maxime inſignem (*) ex ære Corinthio, duobus Capricornis mundique globo, (*) *Tab. III. 42.*
& quernea corona inſignitum cum hoc elogio: OB. CIVES. SER. vel SERVATORES. Equidem Tiberium Cæſarem ab Auguſti exceſſu hos edidiſſe opinor. Verum argentei aliquot exſtant, Capricorni ſigno (*), ipſo adhuc ſuperſtite in vulgus editi. (*) *Tab. IV. 43.*
Refert ad hæc idem Tranquillus, Neronem Cæſarem fidibus canere frequenter ſolitum, ut & citharœdi nomen affectaris, eoque habitu nummos, amentiæ ſuæ teſtes, ſignandos curarit (*). Quales etiam nunc reperiuntur affabre facti. (*) *Tab. IV. 44.*

B. Qui hæc, luce meridiana clariora, inficiari audet, eum ego quidvis negare auſurum affirmo, *Matth. 22. 20.*
imo & Evangelio fidem derogaturum, quod CHRISTO oblatam monetam refert Cæſaris, ſive Auguſti ſive Tiberii imagine ac titulo inſcriptam. Quæ res argumento ſit, ceterorum etiam Impp. imagines monetam omnem prætuliſſe.

A. Sane, qui Conſtitutionum Titulos Codicum Theodoſii, & Juſtiniani Impp. *De falſa moneta*, &, *ſi quis ſolidi circulum exteriorem inciderit*, &, *de veteris numiſmatis poteſtate*, diligenter inſpexerit dicet priſcos illos Imperatores imagine ac ſpecie ſua notaſſe monetam (*). Et vero ſimul imperii ſummam adepti [*] *Tab. IV. 45. 46. 47.*
erant, prima hæc cura fuit nummos ſua, mox conjugum, denique & liberorum effigie inſignire. Quod ut Romanorum Nomiſmatis verum eſſe docui, ita & Hebræorum ſiclo, Græcorumque drachmis, didrachmis, & tetradrachmis confirmari facile poteſt. Exſtant apud Julium Pollucem in Onomaſtico ad Commodum Imperat. variorum gentium nomiſmata quæ variis ſignis drachmas notant: qualia in hunc uſque diem Græca pleraque viſuntur in *Magna Græcia & Sicilia* Hub. Goltzii, teruntur que Antiquariorum manibus. Tu, ne quis dubitandi poſthac (*) *Tab. IV. 48. 49. 50.*
locus relinquatur, nummum (*) inſpice cum noctua ave, quam Athenienſes cum Pallade religioſe coluerunt, primiſque litteris quibus urbis Athenarum nomen ſcribitur. Vetus quoque Græcorũ Colonia in Africam deducta, quæ Cyrene dicebatur, unde Romam, atque in ipſam Græciam *Laſerpicium*, quod Græci Σιλφιον vocant, deferebatur. Ariſtoteles ſane de Cyrenenſium Rep. Silphii nota monetam ſignaſſe auctor eſt, ſi mo-

Digitized by Google

Interpres Ariſtoph. in Pluto, & in Equitibus. Plautus in Rudente Cyren. acta. Inf. Dial. VI.

do Ariſtophanis Scholiaſtæ fides habenda. Quod genus nomiſmata oſtendere quamplurima poſſem, quæ herbæ hujus noſtris hominibus incognitæ formam repræſentant. Hinc recta doctiſſimus Poetarum Catullus:

Quam magnus numerus Libyſſæ arenæ
Laſerpiciferis jacet Cyrenis,
Oraclum Jovis inter æſtuoſi,
Et Batti veteris ſacrum ſepulcrum.

(*) Tab. IV. 51. 52. 53.
** Inf. Dial. V.*

Idem Tarentinorum nummis probari poteſt, in quibus Taras (*) Neptuni filius Delphino invectus conſpicitur: Aliiſque innumeris, de quibus alias * erit dicendi locus.

De Utilitatibus e Nummorum ſtudio capiendis.

Ceterum Silphii injecta mentio autem mihi vellit, monetque ut alteri quæſtionis tuæ parti reſpondeam, de utilitatis, quæ ex Nomiſmatum ſtudio capitur, fructu uberrimo. Illud in primis apud omnes conſtitutum eſt, pictores, ſculptores, aurifabros, ceteroſque id genus artifices, præcipua vero eos, qui aut Monetam ipſi feriunt, aut feriundam curant, magna in omnem partem ex veterum nomiſmatis utilitatem capere poſſe, & ſolere. Quod hæ artes mirifice degenerarint a priſtina illa elegantia, ut, vel me tacente, quivis non omnino hebes inſpectis operibus retro annis ab hinc centum elaboratis, deprehendet. Apertiſſime vero ex omnibus omnium ætatum Nomiſmatis jam inde ab Alexandro Magno: quo regnante in Græcia, & Aſia hæ artes ad ſummum perductæ viguerunt, uſque ad Gallienum Imperatorem; qua tempeſtate ſimul cum Imperio ceciderunt. Circumferuntur tamen nummi omnium fere Imperatorum Rom. in Juſtinianum uſque, ſed in quibus veterem illam elegantiam, artificiumque deſideres. Nam quæ ab ipſa Juſtiniani ætate conflata reperiuntur, adeo inepta ſunt, ut artis nitoris, atque elegantiæ vix vola, ut ajunt atque veſtigium appareat Hunnis, Vandalis, Alanis, Gothis, & Longobardis, qui in magna Europæ parte imperarunt acceptum id plerique referunt. At vero jam tum artes jacere cœperant, ab ipſis lutulentis & inquinatiſſimis pedibus porro conculcatæ, atque oppreſſæ, peneque extinctæ fuere. Quamquam non defuere ea tempeſtate præſtantiſſima ingenia, homineſque litterarum ſtudioſi, qui ſi in felicius ſæculum incidiſſent, majori hauddubie in pretio haberentur. Ceterum in antiquis, ut dixi, nummis, magna exſtant perfectæ picturæ ſigna, ad vivum delineatis hominibus, rebuſque tam affabre ad vivam imaginem expreſſis, ut ſupra nihil poſſit; quædam etiam nomiſmata ſic leviter exſtantia, ut in auro argentove puſtulato, alia altius exurgentia reperiantur; & quaquaverſum, ut non in plano impreſſa ſigna ac tabulæ, ſed integre ſculptæ ſtatuæ eſſe videantur. Sunt & alia artis perfectæ documenta, quæ non niſi a ſummis artificibus cognita, tam accurate expreſſa vulgo teruntur, væneuntque, ut ægre a veris diſcerni queant.

Adulterini veterum Nummi.

B. Optarim ſane hoc diſcrimen noſſe verorum atque adulterinorum Nomiſmatum ne quid poſthac errans fallar, jacturamqua pecuniæ in coemendo faciam; quod & dici ſolet, pro lepore

ſe-

Tullianar. Quæſt. lib. 4. cap. 6. *Ciceronis Imitatione reſtauranda* agerem. Hic Torrentius nos blande reſpiciens ac renidens: Age, inquit, Schotte, munus Ortelianum una inſpiciamus. Libelloque reſignato, cujus eſſet umbilicus inauratus, in limine præferebat DEORVM DEARVMQVE CAPITA. Argumentum, inquam ego, ſermonis noſtri eſto Eccleſiaſticis dignum viris, de Religione ſacriſque *veterum Rom. ac de Deorum multitudine*: qua cæcitate Gentium luce Evangelica ſumus Chriſtiani Dei benignitate liberati. Hanc enim idolomaniam Sancti Patres paſſim oppugnarunt, ac potiſſimum qui adulta jam Eccleſia, Martyrumque ſanguine irrigata, poſt Conſtantini etiam Magni ætatem, & antea, Apologiis pro Chriſtiana fide editis propugnarunt: Tertullianus, Cyprianus Martir, Arnobius, ejuſque auditor Lactantius, Minucius Felix: & de Græcis, Athenagoras, Juſtinus Martyr, ejuſque auditor Tatianus, & contra Celſum Origenes, & adverſus Julianum Cyrillus, ac denique Theophilus. Verum enim vero, non hic de *Deorum inventis* dici a me

Plin. lib. VII. c. 56. jubes, doctiſſime Levine, de quibus C. Plinius libro ſeptimo, idemque Tatianus, parentumque memoria Polydorus Urbinas conſcripſere. Neque de *Cognominibus* agere me vis, quæ Lilius Giraldus, eademque tempeſtate, ſed brevius, Julianus Aurelius, in Belgio Juriſconſultus, uno faſce colligarunt. Nec denique de Epithetis anquirendum exiſtimas, fabuloſiſque Deorum Gentilium narrationibus, de quibus Naſo in Transformationibus, ac de Græcis Palæphatus ac Phurnutus, noſtraque memoria Baſilius Zanchus erudite e Græcis fontibus pertractarunt. Quæ vero animantia, & arbores, quibus Diis, Deabuſque ſacræ eſſent, idem Ant. Auguſtinus Præſul, quem honoris cauſſa libenter appello, Dialogo II. & V. Antiquitatum abunde recenſuit. Hæc itaque mittimus, ſed de *urbibus* modo, quæque *artes* cuique ſacræ ſint breviter, quando ita jubes, exponam, ea tamen lege, ut majora ex Te, homine harum rerum peritiſſimo, audiamus, ut pro Ortelio id etiam efflagitem. Callimachus Cirenæus, Poëta elegans, Vulcano quidem fabros addictos, ut Marti milites, & Dianæ venatores, Apollini poetas, Jovi denique Reges eſſe ſacros prædicat, verſibus, quos e memoria, ſed Latine tantum, proferam: Callim. Hymno in Jovem.

Quin & Mulcibero fabros ſacrare ſolemus:
Milite Mars gaudet, celeri tunicata Diana
Venatore, lyra Phœbus, doctiſque Poetis.
Ex Jove ſunt Reges, quo nil divinius uſquam.

Deo Opt. Max. Reges ait ſacros, quod & ſacræ Prov. XXI. verſ. 1.
teſtantur litteræ: *In manu Dei cor Regis eſſe* teſtantes. Adhæc Horatius olim abs Te illuſtratus feliciter, in Odis canit:

Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipſos imperium eſt Jovis,
Clari giganteo triumpho,
Cuncta ſupercilio moventis.

De *urbibus* vero *Diis Deabuſque* conſecratis, ſibique in paucis caris, ſic Poeta vetus:

Dodona eſt tibi, Juppiter, ſacrata;
Junoni Samos, & Mycæna Divi:
Undæ Tænaros, æquoriſque Regi;
Pallas Cecropias tuetur arces:
Delphos Pythius orbis umbilicum:
Cretem Delia, Cynthioſque colles:
Faunus Mænalon, Arcadumque ſylvas,
Eſt tutela Rhodos beata Solis:
Gades Herculis humidumque Tibur,
Cyllene celeri Deo nivoſa:
Tardo gratior æſtuoſa Lemnos:
Ennææ Cererem nurus frequentant:
Raptam Cyzicos oſtreoſa Divam:
Formoſam Venerem Gnidos, Paphoſque.

Adhæc Torrentius: Recte tu quidem; nunc de priſca Romanorum Religione, quam a Græcis cum diſciplinis armorumque uſu acceperunt, qui maxime armis ac legibus bellique artibus viguerunt, agamus. Lex enim fuit a M. Tullio conformata in ea, quæ interdicit Reipub. lib. de Legibus ſecundo ex Platonis potiſſimum Legib. & Epinomide. Nam ceteræ partim e Solonis legibus partim e Decemviralibus ſeu *Duodecim Tabularum* factæ eſſe videantur. Ad Deos vero pertinens bis tere verbis eſt concepta lex: SEPARATIM NEMO HABESSIT DEOS. NEVE NOVOS. Cic. Tuſc. 1. Plut. in Catone. Plato in Apologia.
SEO NEC ADVENAS, NISI PVBLICE ADSCITOS, PRIVATIM COLVNTO. Socratem vero Athenis, cicutam bibere coactum ferunt, ob invectam aliam religionem. Pythagoras adhæc in Aureis

car-

carminibus, & ad Nicoclem Iſocrates Orator, & in Areopagitico, Deos colendos, ſed lege tantum, uſuque receptos affirmant. Lex itaque ſacra externa, ritus, cæremoniaſque ſacrorum privatim fieri vetat. Vaticines quoque civitate pulſos, libroſque Romæ exuſtos Livius commemorat. De Romanis autem hic in præſens potiſſimum dicam. Nam, ut Poeta, neſcio quis, vetus tamen, cecinit:

Liv. lib. V. & XXXIX.

Cive Romano per orbem nemo vivit rectius:
Sperne majores peregrinos, mille habens offucias.

Cato itaque in Re Ruſtica villico præcipit, rem divinam niſi *Compitalibus*, in compito, aut *Laribus* in foco ne faciant. Plutarchus in Marcelli vita, Romanos ait, patriæ Religionis morem a majoribus traditum conſtanter ſic obſervaſſe, ut ne latum quidem unguem ab ea deflecterent. Et Auguſtum Tranquillus noſter, ſupra duo librorum millia externæ fatidicæque Religionis, Græci Latinique generis cremaſſe auctor eſt. Martianus quoque Jureconſultus noſter: *Si quis privatim ſacrum ſibi conſtituerit, non ſacrum ſed profanum eſt.* Quid? Nonne ſacræ literæ id clamant, majorum mordicus retinendam religionem? Deuteron. VI. capitul. & turſum XXXII. *Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: majores tuos & dicent tibi.* Et vates Regius: *Deus auribus noſtris audivimus: patres noſtri annunciaverunt nobis.*

Sueton. in Aug. c. 31.

Pſalm. 43. 1.

Ordire itaque, Schotte, hanc telam prior. Equidem cum Deo, & Ortelius noſter, & ſi quis commodus intervenerit amicus, una pertexemus. Cum ecce puer nuntiat, fores pulſari, moxque adeſſe officii & honoris gratia Nicolaum Roccoxium, Senatorem, & Antiquitatis omnis ut peritiſſimum, ſic & abundantem Romanorum nummis, ſignis, gemmis, ac ſtatuis, juſſus introduci, ſalutatis utrimque omnibus: Ego vero, inquit, veritus ne moleſtus interveniam, ſemel negotium cum Epiſcopo expediam, aut res meæ procraſtinentur. Procraſtinari placet, ait Torrentius: Teque veniſſe delectat in Schotti adventu, quem & domo evocare, ea gratia ſtatueram. Sermonem interventu tuo non abrumpes, ſed augebis, vel arbitrum potius te præſtato, quando liberales ſunt hi noſtri ſermones.

De Diis, inquit Ortelius, ſermo eſt inſtitutus ex iconum libello, quem excidere mihi Saturnalibus ſum paſſus, dum in brumæ productioribus hiſce noctibus domi Nomiſmatum Romanorum κειμήλια attentius conſidero, meque in Bibliothecam abdo. Vocationes interim amicorum, conviviaque & intempeſtivas cenas fugiens ipſe, nec præbens aliis. Verum quantum alii tribuunt aleæ, poculis, otio, atque ignaviæ, id omne tempus ſi Geographicis illuſtrandis impertiar, quis civium merito reprehendat? Nemo jure reprehendat, ait Torrentius. Imo uno ore laudamus omnes, teque hoc ſæculo in ſtudiis beatum prædicare ſoleo, quod foras edens Orbis terrarum Theatrum, rem familiarem mirifice auxeris, ut opus augere indies, ſpartamque ornare atque amplificare tuo ære poſſis nihili pendens ſordes operatum, atque hujus ſæculi Typographorum, qui uni lucro, non famæ, pauci publico ſtudent commodo. Adnæc Ortelius: Partiamur agedum Deos, qui in manibus ſunt in *Majorum gentium, & Minorum*, ut poſt Romæ Senatores diviſos memini. De Minoribus autem Diis, quando id infinitum ſit negotium ac lentum, aliis mandabo: nunc Majorum gentium ſex Deos, totidemque Deas hoc Q. Ennii verſu apud Appulejum comprehenſos, pertractemus:

Juno, Veſta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars:
Mercurius, Jovi, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Marium hic ſequamur ordinem, qui ſexus ſequiori præſtat, ducto a *Marte* initio, qui Belgium hoc, pace quondam florens, merito ſuo quadraginta ipſos annos afflixit, nondum tamen evertit: cum *& toto ſævit Mars impius orbe.* *Martem* itaque bellorum Deum, galeata forma ex Conſtantini æreo nummo exhibeo, mirandumque adeo raro reperiri, cum ſæpe *Roma* galeata appareat in nummis: An quia Deus ille Romani auctor imperii putatur, oppreſſa Rhea Silvia, e qua gemini ſint nati *Romulus & Remus*, in ſylva poſt a lupa lactati? An potius quod duabus potiſſimum rebus regna, Reſque publicæ, *pacis bellique* temporibus contineantur *Armis* nimirum ac *Legibus*? unde *Togati*, ac *Sagati*, qui hæc tractent, nominari ſolent. Sic enim maſcula illa Poetria *Sulpicia*, in Satyra quadam ſub Domitiano Imp. ſcripta luſit:

MARS.

—— Duo ſunt, quibus extulit ingens
ROMA *caput, virtus* BELLI, *& ſapientia* PACIS.

Et certe Romani poſt Græcos armis imperium & dilatarunt ad Taurum uſque Ciliciæ montem, & partum auctumque tenuerunt. Quo minus mirandum *Patrem* eſſe cognominatum, ut e Jove *Jupiter*, quaſi *juvans Pater* dictus, ſic Marſpiter nuncupatus *Mars*: quod etſi ſundi calamitas labeſque ſit Bellum, pacis tamen temporibus, Juſtitiam quietemque armis excubando tuetur. Verum & Thurii præter Romanos nummum cum *Martis* imagine cuderunt, unde & *Thurius Mars* dictus ab Orpheo, Homero, & Anacreonte Poetis. Hic Roccoxius obſtupeſcens interpellat. Hui, a *Marte* ducis, Orteli, initium? Quin potius omnis Antiquitas a Jove ſolet auſpicari, a quo Opt. Max. *rerum agendarum*, inquit Cicero, *nobis ſint capienda primordia.* Et æqualis ejus Maro ex Arati Phænomenis, ut e Theocriti Encomio in Ptolemæum Regem:

A. Gellius lib. 5. c. 12.

A Jove principium Muſæ: Jovis omnia plena.

Et Gregorius, Theologi cognomento: *Primum*, inquit, *poſtremumque rerum omnium* DEUS *eſt.* Hic Lævinus excepit: Recte tu quidem, Nicolæ. Cum ne igitur hujus veluti Sympoſii Philologici hodie Magiſtrum aut arbitrum, ut Catonem olim Magiſteria delectabant, creaſtis, non bibendi ſed dicendi, age, Roccoxi, tuas eſſe dicendi partes exiſtima. Præfa-

Cic. in Cat. Majore.

fatus jam ille de more veniam, ſic de *Jove* non protinus eſt auſpicatus, libello interim Deorum in manus arrepto, ut laurum in conviviis σκολιὰ carmina canentes ſolebant. Occurrit, inquit,

IVPITER.

primo *Jupiter Opt. Max.* Deum atque hominum Rex vana Gentium habitus ſuperſtitione, hirſutus, hiſpidus in nummo Ptolemæi regis Ægypti, in qua Provincia mire idololatria viguit, ut & in Creta, ejus oſtenſum, tanquam mortalis, ſepulcrum, quo etiam nomine mendaces potiſſimum Cretenſes ſunt habiti. Iiſdem Ægyptiis & Afris *Jupiter Ammon* ab arena, arietinis cornibus, in Trajani Auguſti nummis ſpectatur, auctoribus Ovidio, Lucano, Silio, & Statio. Hujus ſe filium Alexander ille Magnus aſſentando deluſus

Q. Curt. lib. IV.

gloriabatur, teſte Curtio. Indignante interim

A. Gell. lib. XIII. c. 4.

Olympiade matre, datis ad filium, quæ apud A. Gellium ſunt, litteris. *Anxurus* vero, ſive, ut Fulvio Urſino magis placet. *Axurus*, ἀπὸ τοῦ

In lib. I. ſerm. Sat. 5.

ξυροῦ, allato Porphyrionis in Horatium loco ſic emendato: *Terracina, Campaniæ opidum, & Axur olim dicebatur, unde Jovem Axurem colebant, cujus & Virgilius meminit:*

Virg. VII. Æneid. 799. & X. 545.

> *Circæumque jugum, queis Jupiter Anxurus arvis*
> *Præſidet, & viridi gaudent Feronia luco.*

Impoſitum ſaxis, quoniam illis temporibus adhuc Terracinenſis urbs in altiſſimo monte erat. Unde poſtea in æquiorem locum poſita eſt, ut non ſint ſolum adhuc veſtigia ædificiorum in monte, ſed & murorum. Hæc ille. Adhæc *Vejovem* hic cerno cum ſagittis a tergo manu contortis, quod noxius fuerit Deus, qua forma idem

Lib. V. c. 12.

Gellius depinxit, ſpectaturque in L. Cæſii nummis: *Simulacrum*, inquit, *Vejovis, quod eſt in æde ſita inter arcem & Capitolium, ſagittas tenet, quæ ſunt videlicet paratæ ad nocendum. Quapropter eum Deum plerique Apollinem eſſe dixerunt, immolatumque illi ritu humano capra; ejuſque animalis figmentum juxta ſimulacrum ſtat.* Hic igitur non tam *juvans Pater* ut *Jupiter*, quàm noxius habebatur. *Ve* enim, ut augendæ, ſic minuendæ rei gratia frequentius adhibitum. *Statori* vero Jovi a *ſiſtendo* potius quam a *ſtando* datum nomen Litteratores opinantur: cui ædem Romulus cum Sabinis pugnans, ſuis in pugnæ diſcrimine ſugientibus vovit. Itemque Samnitico bello M. Atilius Regu-

Livius lib. I. & X.

lus cos. anno poſt Rom. cond. CDLIX. ut Livius refert, manus in cælum tendens, templum eidem *Statori* vovit, ſi a fuga ſtitiſſet Romanas acies, redintegratoque prælio cecidiſſet, viciſſetque Samnitum legiones. *Fulminatorem* autem *Jovem*, & *Dium fidium* in nummis reperias, quem *Fidei præſidem* in Dionyſio Halicarnaſ-

Lib. 4. Antiquit. Rom.

ſeo convertit Galenius. Lapus enim antea *ſponſorem*, quaſi ἐγγυητὴς eſſet, non recte: Portus vero *Jovem Fidium* Latine reddidit. In aureis Gordiani Imp. nummis ſtat *Jupiter* dextra haſtam, ſiniſtra ſulmen tenens, quaſi ſulmen minitans, niſi ab Imp. revocatus ſtaret exercitus. *Tonantis* etiam *Jovis* cum ſulmine, quod tonitru ſubſequitur, in Auguſti aureis cernas. His Schottus ſubjecit: Stephanus Pighius noſter ad annum V. C. CDLXXXIV. in aureis quoque *Jovem Cuſtodem*, & *Conſervatorem*, *Victorem* item ac *Triumphatorem*; *Elicium* quoque ac *Feretrium*, cui trophæa & ſpolia ſint conſecrata, celebrat; quorum hic a Plutarcho in Parallelis Σκυλοφόρος, καὶ Τροπαιοῦχος nominetur.

NEPTVNVS.

Hujus frater *Neptunus*, maris potens Deus, ut & inferorum præſes *Pluto*, Illum a *nubendo* derivat, ut a monendo *Monetam Junonem* Cice-

Cic. I. de Divinat.

ro. In Cn. Pompeii, cognomento Magni, nomiſmate *Neptunum* conſidero, barba promiſſa, a tergo tridentem geſtantem, cum & ipſe *Pompejus Alexandro Regi æmulum ſe factis fingeret*, teſte Salluſtio. Sextum quoque Pompejum

Salluſt. lib. 3. Hiſtoriar.

hujus filium, *Neptunum* ſe arroganter appellaſſe auctor eſt his verbis Dion: *Sicilia occupata*

Dion lib. XLVIII.

naves plures extruxit, mare circum inſulam obtinuit. Auctus ea gloria ac faſtu, quaſi Neptuni eſſet filius, quod pater quondam mari univerſo imperium tenuiſſet. Et poſt non longe: *Sex. Pompeius, magis tum elatus animo, vere Neptuni ſe filium credidit, veſtemque induit cæruleam, hæc eſt marini coloris.* Verum longe bis antiquior C. *Marius Arpinas* belli arte manuque promptus, in nummis cuſum caput edidit *Neptuni*, capillis barbaque promiſſis, undarumque fluentium modo compoſitis, quaſi a *mari Marii* nomen derivaret ſuum, eum delphino ac tridenti, inſcriptumque C. MARIVS C. F. At a tergo in biga habenis regentem cernas hippocampos, ſub quibus delphinus eſt, circumplexam cuſtodiens ancoram. Significabat nimirum (quantum conjicio e Plutarcho, ejuſque

Plut. in Mario.

magnam partem æmulo Appiano, Vellejo Paterculo, ceteriſque Hiſtoricis) poſt Conſulatum

Appian. de bello Civili. Vell. lib. 2.

ſextum urbe pulſi ac proſcripti Marii ſugam in navibus ad Africam, & Numidiam Qui a Sulla Roma bello pulſus civili, in Minturnenſi deliteſcens palude, itemque in Africa ad Carthaginis ruinas de Fortunæ inconſtantia, rerumque adeo humanarum viciſſitudine graviter expoſtulans vitæ mortalium miſeriam calamitatemque repræſentabat. A Fannia etenim C. Titinii conjuge (quam dotis judicio rebus integris juverat) tecto acceptus, &, Valerio Maximo teſtante, a

Val. Max. lib. I. c. 5. & lib. 2. c. 10. & lib. 8. cap. 2.

ſuga collectus, reſpiravit. Ad quem in palude deliteſcentis caſum C. Marii Maronem in Sinonis verſipellis perſona reſpexiſſe equidem eruditis hominibus cur non aſſentiar? Sic enim Poetarum Latinorum princeps:

Æneid. 2. verſ. 135.

> *Limoſoque lacu per noctem obſcurus in ulva*
> *Delitui dum vela darent, ſi forte dediſſent.*
> *Nec mihi jam patriam antiquam ſpes ulla videndi,*
> *Nec dulces natos, exoptatumque parentem.*

Sed mirum profecto, ait Rocoxius, majorum gentium Diis Vulcanum, qui in Valeriani Imp. nummo VOLKANVS cuditur, adnumerari, etſi Junonis filium, cælo tamen delapſum in Lemnum inſulam, atque hinc claudum, ac fuliginoſum, igni aſſidue aſſidentem, armiſque cu-

deu-

dendis occupatum, ut ibidem ſoculo in ædicula etiam ſacra aſtantem contemplaris. Hinc pro Ignis Deo eſt cultus; ut aeris Juno, aquæ Neptunus, terræ denique Cybele, & cæli Jupiter, Dit habiti. Hæc Gentium deliria cum audis, Chriſtiane, aut legis, riſum tenere potes? non magis quam ſi aruſpex aruſpici occurreret, ut M. Cato dicere ſolebat. Romulus autem Urbis conditor ſecundum agens de Camerinis triumphum *Vulcano* dedicavit quadrigas æreas ex manubiis, teſtante Dionyſio Halicarnaſſeo: appoſita & effigie ſua, cum Græco rerum a ſe geſtarum elogio. *Vulcani* autem fornax credebatur apud Liparas inſulam eſſe, quod Ætna Siciliæ mons incenſus ignes circumcirca effuderit, & mara inibi incenſum, rupes navaſque æſtu diſſolverit, piſceſque excoxerit, quæ a Liparenſibus etſi peſte conflictatos necarint, ut in Prodigiis memorat ad annum V. C. DCXXVII. Julius Obſequens, & Paulus Oroſius. In L. Aurelii Cottæ nummo *Vulcani* caput eſt barbatum, ac pileatum, ut Arnobius lib. VI. *Vulcanus*, inquit, *cum pileo & malleo.* Qualem hic in nomiſmate contemplorum at in L. Cæſii nummi tergo cum *Vejove* ſpectatur cum forcipe, & *Larius*, quos *Præſtites* vocabant, nudis, & ſedentis habitu, & cum cane, cujus canit rationem Plutarchus in Quæſtionibus Romanis reddidit. Laudatus & Athenis, ait Cicero, *Vulcanus* ab Alcamene factus, in quo ſtante atque veſtito leviter claudicatio non deformis appareret: Sed cur apud Homerum Juno mater κυλλοποδίωνα hoc eſt claudum blandiens appellarit ὑποκοριστικῶς, quæri a doctis hominibus video ad XXI. Iliados librum, itemque a Criticis Victorio, ac Mureto in Variis, ſed recte Plutarchus Philoſophus idem & Hiſtoricus excellens, quod non corporis morbi, ſed animi vitia, probri loco obiici ſoleant. Auguſtus adhæc Imp. anno ineunte ex ſtipe a populo Rom. abſenti collata *Larum*, & *Vulcani* ſigna Romæ dedicavit, ut e duplici Inſcriptione, quæ in ædibus amplis Card. Farneſii ſpectantur, apparet, leguntque hodie in antiquis Inſcriptionibus, quarum una poſita Coſſ. Druſo, & Criſpino, anno conditæ Urbis DCCXLIV altera vero quinto poſt anno Sabino, & Ruſo Coſſ. Nunc, tibi amiciſſime Ortelii de *Mercurio* dicendi, velut in curſu lampada trado. Tum ille: In C. Mamilii Limetani argenteo nummo hunc reperi Deum, cum petaſo & alis in capite. Deum interpres dictus eſt, præſeſque Eloquentiæ, Mercatorum adhæc & furum Deus, Majæ ſoboles. Dictus autem a mercibus, ut negotiorum merciumque antiſtes, qui & litteras invenerit. Manibus virgam tenebat, & talaria in pedibus, ut pingit Maro:

> *Tum virgam capit: hac animas ille evocat Orco,*
> *Pallenteis alias ſub triſtia Tartara mittit.*

Dictus & *Nomius*, a legibus, nomenque cum Pallade jungens, *Hermathenæ* bifidæ illæ ſtatuæ dictæ, ut & *Hermeracles*, ſi cum Hercule jungeretur. *Hermæque* a Græcis dictæ ſtatuæ indices viæ in bivio aut trivio, quas capite truncaſſe, aliudve caput impoſuiſſe Athenis capital fuit: accuſatuſque hoc nomine *Alcibiades*, teſte Plutarcho, & in decem Græciæ Oratoribus *Andocides*, in Oratione de Myſteriis habita. Dictus *Hermes* quoque Tetrageonus, quaſi quadratus, cui Julianus Cæſar parabates noctu clam ſupplicabat, teſte Ammiano Marcellino. Dignum nimirum patella operculum, utpote dæmonum cultui deſerta jam Chriſtiana Religione ſic addictus, ut Chriſtianis Græcorum ſcriptorum lectione ac ſtudio temere Decreto interdiceret. Hic jam omnes velut in ſermonis arbitrum Torrentium Præſulem oculos conjicere, utque de Muſagete, hoc eſt Muſarum chorago, ſacer ipſe Poeta, qui *De partu Virginis* poſt Jac. Sannazarii Epica Lyricis cecinisſet, de *Apolline* nunc verba facere ne gravaretur comiter orare. Ego vero, inquit, ac lubenter, quando jubetis amici, liceatque:

> *Nunc calamos inflare leves, ac dicere Phœbum.*

Uſurparem alioqui Paulini Epiſcopi Nolani illud ad Auſonium magiſtrum verius:

> *Quid abdicatas in meam curam, Pater,*
> *Redire Muſas præcipis?*
> *Negant Camenis, nec patent Apollini,*
> *Dicata* CHRISTO *pectora.*

Dicemus tamen obiter de multis pauca, ne hinc a ſymbolis abeamus. In Rom. nummis, quibus ſatis abundo, M. Platorii, & Clodii *Appollo* cernitur imberbis, atque intonſus. At in M. Bruti Conſularibus denariis apud Fulvium in gente *Junia* videmus Q. Cæpionis, & L. Seſtii Proquæſtoris *Apollinem* in antica parte laurum & citharam, ac tripodem, quæ ſacra ſunt Apollini. Inſtrumenta adhæc, quibus victimas in ſacrificiis mactabant (nam & Livius majores hic hoſtias dandas eſſe decretum refert:) puta ſimpulum, ſimpuvium, ſeu capedo, ſeceſpita, ſeu ſecuris, & culter etiam viſuntur. Item in L. & C. Piſonum Frugi Prætorum Urbanorum antiquis Calpurniæ gentis denariis incilum ſpectamus. *Apollinares* autem *ludi*, qui Apollini ſacri fiebant Romæ, quantum e vetere Kalendario Rom. colligo, pridie Nonas Quinctiles, ſeptemque continentur diebus, & quidem victoriæ cauſa, non, ut quidam opinati, valetudinis ergo, inquit Livius. A *ſæcularibus* tamen *ludis*, ne quis forte erret, tametſi eidem fuerunt Deo conſecrati, re & nomine diverſi erant. Illi enim a Prætore Urbano Romæ ex S. C. facti, ut idem Livius tribus in libris docet, & a Bruto datos, vel ab urbe illo abſente, per ſuos, magnificentiſſime, auctor eſt Plutarchus, & M. Tullius Philippicarum prima, & decima: itemque ſecunda (quam *divinam*, ob elegantiam vimque dicendi Satyricus appellare non dubitat) his innuit verbis: *Cur ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati?* M. quoque Vipſanii Agrippæ Prætoris ludos Apollinares commemorat Dion Caſſius lib. XLVIII. *Sæcularibus* autem *Ludis* hymnos Catullus, ac ſæpius Horatius cecinere, deque ludorum illorum origine ac progreſſu ſingulari com-

Cic. 2. de Divinat.

Lib. 2. Antiquit. Rom.

Oroſ. lib. 5. cap. 10.

Plut. Quæſt. 51.

Lib. I. de Nat. Deor.

Hom. Iliad. verſ. 331.

Vict. lib. 29. c. 19. Muret. lib. XI. c. 10. Plutarch. de ſacie in orbe Lunæ.

MERCURIUS.

Æneid. IV. v. 242.

Amm. lib. 16.

APOLLO.

Liv. lib. XXV.

Liv. lib. 25. 26. & 27.

Plut. in Bruto.

Juvenal. Sat. X. v. 124.

Catull. Epig. 35. Horat. lib. 1. Oda 21. & lib. 4. Oda 6. & in Epodis.

Digitized by Google

Polit. Miſc. c. 58. Sigon. lib. 1. Emendat.

commentario Onuphrius, ac Politianus in Miſcellaneis, atque Sigonius diſſernere. Angelus enim in Laur. Medicis V. Cl. nummis ſtelographiam ſe vidiſſe affirmat, Domitiani, opinor, Cæſaris XIIII. Conſulatu cum L. Minucio Rufo cuſam, inſcriptumque: LVD. SAEC. FEC. COS. XIV. Septimos nimirum ab Urb. cond. Acclamatum ab omnibus Torrentio, ceteras tamen, ut Deas totidem feminas recenſeret induci non potuit. Quin, ait, Roecoxius id munus non repugnanti demandaris, qui conjugem habet, feminam lectiſſimam. Nam & cælibatum perpetuo coluiſſe video Ortelium. Ad hæc juſſa Nicolaus primum tergiverſari, cedere tandem manuſque dare viſus Quid ni, inquit, quando ita vultis, *Junoni* quoque primas hic, ut antea *Jovi*, concedamus? Sic enim apud Maronem ipſa ſeſe oſtentans:

Juno Regina.

En ego quæ Divum incedo Regina, Joviſque
Et ſoror, & conjux ——

Hinc & *Reginam Junonem* in nummis haberi *P. Crepuſii* (ſic enim ſculpitur; malim *Cremutii*) & C. Mamilii Limetani Triumvirorum forte Monetalium, capite vittato Reginarum propetitu auctor eſt Fulvius: item *Soſpitam Junonem*, aut, ut in Antonini Pii nummis eſt, *Siſpitam*: quæ Lanuvii culta pingebatur, ut Cicero ſcribit, & hic ſpectamus, cum pelle caprina, haſta, ſcutulo, & repandis calceolis. Quid mirum? Ammoni Jovi in Africa conjugi cornibus arietinis non diſſimilis *Juno* eſt, cujus etiam Junonis filium dici ſe Alexander ille Magnus vane concupivit. Ædes *Reginæ Junonis* in XIII. regione urbis Romæ collocat Pub. Victor, quam a Camillo Dictatore Veiis captis dedicatam Livius refert, quod Lactantius tamen *Junoni Monetæ* attribuit, cujus & ipſum caput pariter vittarum in T. Cariſii eſt nummo. At vero *Junonis Feroniæ* facies coronata viſitur in nomiſmate argenteo P. Turpiliani. *Monetæ* templum, quam a monendo Tullius I. de Divinatione derivat, Naſo in Faſtis ædificatum in Manlii Capitolini domo everſa canit: dedicatum Juniis Kal. Macrobius ait. Livius vero lib. VII. L. Furium Dictatorem æde eidem vota Auruncos ſuperaſſe. Illud vero ſilentio non involvam, quod Plinius refert: M. Lydium Ætolia oriundum Ardeæ pictorem templi Junonis Reginæ, civitate Rom. idcirco donatum, verſibus id teſtantibus, qui, ut rudia illa tempora ferebant, ſimplices ſunt. Principium eorum, ſi ridere libet, proferam:

Soſpita Juno.

Cic. 1. de Nat. Deor. & 1. de Divinat.

Liv. lib. V. ab V. C. Lact. lib. 2. Inſtit.

Feronia Juno.

Juno Moneta.

Plin. lib. XXXV. Nat. Hiſt. c. 10.

Dignis digna loco picturis condecoravit
REGINAE JUNONI *ſupremæ conjugi templum.*

In altero verſu bis Selidi cernas, ut priſco illo & raucido Q. Ennii ſæculo ſolet: *Sophiſtæ* vero Junonis delubrum juxta Matris Deum in X. Regione, hoc eſt, in Palatio idem Victor ponit, & Lanuvii, non autem (ne quis cum vulgo erret) Lavinii cultam, auctor eſt lib. II. Faſtorum Ovidius, Kalendis Februariis. Silius quoque Italicus Punici belli lib. XIII. Milonem Lanuvinum celebrat Dictatorem, cujus & in Miloniana M. Tullius meminit, idemque in Muræniana Conſules ait *Soſpitæ Junoni* ſacrificare ſolitos. *Feroniam* autem Deam nominibus variaſſe Dionyſius refert. Ab aliis ἀνθηφόρον quaſi *Floram* dicas, aut *Floriferam*, a nonnullis φιλοστέφανον. Ab aliis *Proſerpinam* nominatam, cujus in æde ſacra prunis inambulari ſolitum fabulatur Strabo, quod Maro Apollinis (a) delubro tribuit. Hic etiam *Feroniæ* meminit, ut & Flaccus Horatius. De *Moneta* rurſum longe alia, ſed ſine auctore, Suidas commemorat, & qui *Ajum Locutejum* eundem opinantur Deum, ii a Giraldo Lilio facile refelluntur. JUNO adhæc MARTIALIS cognomine cuſa apparet in C. Vibii Treboniani Galli Imp. nummo æreo, ſedens in delubro, & ad pedes pavo, facta illi avis. Equidem ratus nihil illi Deæ cum Marte eſſe commune (ſic enim *Martia* dicenda erat) ſed nuptiis præfectam, *cui ſine vincla jugalia curæ* reſcribendum arbitrabar, una trajecta littera, ut *Maritalis* eſſet. Niſi forte *Monetalis* placet, ſed longius ſic a *Martialis* diſcedas: vel denique, niſi nummis veterum cuſis, fuſis, ſculptiſque omnino peccari non poſſe temere aſteras; cum in lapidibus atque Inſcriptionibus antiquis a lapicidis, itaque a librariis in calamo exaratis libris multa peccari deprehendas. Redito, Schotte, dixit Torrentius veluti Medimperator, ad intermiſſum, ſi placet, ſermonem. Ergo, inquam, antiquo me vis includere ludo, Præſul? Parebo, ea lege tamen, ut Ortelius noſter, cælebs & ipſe, de *Minerva* ordine excipiat. De VESTA jubes dicere? atqui decus & ocellus Belgii Lipſius noſter ſingulari de ea commentario nuper diſſeruit, poſt Agellium. An analecta legere & ſpicas a tergo comportare imperas? Mos tibi geratur. De etymo primo: a viſtando *Veſtam*, quaſi *viſtans* fuerit, Naſo tertio Faſtorum derivat:

Lib. 1. Antiquit. Rom.

VESTA.

A. Gell. lib. 1. cap. 50.

Stat vi terra ſua: vi ſtando veſta vocatur.

Et quia ignis æternus aſſervabatur ad Veſtæ, ideo ſedentis forma Virgo in Imperatorum nummis repræſentatur, & fere Auguſtarum in nummis obſerves, iiſque aureis, qui ceteris ſunt ſculptis politius. In Claudii Cæſaris nummo velata ſedet Veſtalis, deſtra lucernam ignis perpetui & inextincti præferens. Cum Palladio in deſtra Veſtam præferunt nomiſmata Sabinæ Auguſtæ, Hadriani Imperat. conjugis. Templum autem *Veſtæ* rotundum in aureis Neronis video, ut & in Titi Veſpaſiani cum gradibus. Alibi cum ancili *Veſta* ſedens, & Romæ pone ſimulacrum, adſcriptumque: ROMAE AETERNITAS. Qualis autem *caperetur* (hac enim voce veteres ſunt uſi) a Pontifice, utque *Amata* inter capiendum a Pontif. Max. appellaretur, quia prima quæ capta fuit hoc fuiſſe nomine traditum eſt, quaſi manu prehenſa ab eo parente, in cujus erat poteſtate, velu-

A. Gell. lib. 1. Noct. Attic. c. XII.

a Lib. V. Geogr. Virg. VII. Æneid. & XI. & ibi Servius Horat. lib. I. Sat. 5. ibidemque Porphyrio. Girald. Syntagm. I. & III. Juno Martialis, an Maritalis.

luti bellò capta abduceretur; hac fere formula utendo, teſte Fabio Pictore: SACERDOTEM. VESTALEM. QVAE. SACRA. FACIAT. QVAE. IOVIS. SIET. SACERDOTEM. VESTALEM. FACERE. PRO. POPOLO. ROMANO. QVIRITIBVSQ. VTEI. QVAE. OPTVMA. LEGE. FVAT. ITA. TE. AMATA. CAPIO. Legem quoqoe M. Tullii, non

Lib. 2. de Legib. e duodecim Tabulis, ſed e Sacrorum potius Legibus Græcorum, utinam memoria ſuggerat. Hic Lævinus, dato nolæ ſigno. Heus, puer, inquit, expedi e Bibliotheca Ciceronem de Legibus. Advolat ille, juſſuſque e libro legit ſecundo: VIRGINES VESTALES IN VRBE CVSTODIVNTO. IGNEM FOCI PVBLICI SEMPITERNVM. Mox volutis pagellis ejus interpretationem e tertio recitare jubeo libro: *Cum Veſta quaſi focum Urbis complexa ſit, ei colendæ virgines præſint, ut advigiletur facilius ad cuſtodiam ignis, & ſentiant mulieres in natura feminarum omnem caſtitatem pati.* Finem legendi puer fecerat. Græcæ, inquam, originis vox Tullio, ut & altero libro de Natura Deorum aſſerit. Hebræis etiam, qui omnium ſunt ſapientum antiquiſſimi, *Eſh* ignem ſignificat, & unum eſt e primoribus Dei nominibus, onde Græcorum ἑστία, & Romanorum *Veſta* manarit. Veſtalis autem virgo ante decimum capta annum triginta ipſos annos virginitatem illibatam perpetuoque ignem ſervare cogebatur. Si corrupta antea fuiſſet, ſandapilæ impoſita veluti funere efferebatur, vivaque terra obruebatur: ait Dionyſius Halic. lib. II Antiq. Rom. & quidem juxta Collinam portam, unde & Sceleratus ibi campus dictus, Feſto, & Plutarcho auctoribus. Si vero exſtingui ignem paſſa eſſet, flagris cædebatur. Earum an-

Val. Max. lib. 1. c. 1. Cic. pro domo ſua. tiſtes *Maxima* quoque dicta. *Mater* etiam Veſta habita, etſi innupta, niſi poſt tricesimum officii annum. Sic enim nominat præter Tullium, Maro extremo lib. I. rei Ruſticæ:

Dii patrii Indigetes, & Romule, Veſtaque Mater,
Quæ Tuſcum Tiberim, & Romana palatia ſervas.

Verum ſuſtineo me, neve aliena compilaſſe videar ſcrinia, ad Lipſium, qui ſitim exuleat, allegabo. Nunc de MINERVA ordine Ortelium noſtrum non invita, quod ajunt, Minerva diſſerere cupio, ac de *Cerere* Dea atque *Diana*: ſi quod in his votum eſt meum, Roccoxium exopto. Intulit ille:

Alternis dicemus, amant alterna Camenæ

PALLAS. Minerva. —— *Pallas, quas condidit arces.*
Ipſa colat.

Id ego Lovanii in Studiis Philoſophici Gymnaſii foribus, quod adoleſcens Schottus hic frequentabat, inſcriptum memini. Eſt enim ſcientiarum Dea credita *Pallas*, utpote e Jovis cerebro nata, findente Vulcano caput bipenni, ut lepide nugatur Samoſatenſis ſophiſta. Video hic in æneo Domitiani Auguſti nummo caput *Minervæ* galeatum ut armiſonæ Deæ, & coronatum. Domi-

Suet. in Domit. c. 15. verſ. 5. tianum autem tyrannum Minervam ſuperſtitioſe coluiſſe refert Suetonius, & e Dione Xiphilinus, & morti vicinum, ſe ultra Deam tueri non poſſe, quod eſſet a Jove exarmata, jactabat. Viſitur & in Antonini Caracallæ aureo numiſmate ſtans armata, dextra Victoriam, a qua coronetur, geſtans: læva conto innixa, & pone trophæa ſunt inſcriptis litteris: MINER. VICTRIX. Ceterum apud Græcos innumerabiles apparent, tamquam Græcæ Deæ, nummi cum Pallade, noctua, & Gorgone, ut me copia ipſa hujus * flaviſſæ, hoc eſt, e flata ſignataque pecunia theſauri deterreat. *Minervam* autem con- ** Agell. lib. 2. Noct. Attic. c. 10.*
ciſe, quaſi *Meminervam*, dictam autumant. Oleæ inventrix eſt habita, ideoque Oleæ foliis coronatam in galea cerno. Et pacem expoſcentes Oleam præferebant. Sic enim Maro:

Jamque oratores aderant ex urbe Latina,
Velati ramis oleæ, pacemque petentes.

Et in M. Aurelii, & M. Commodi Impp. nummis titulus eſt: MINERVÆ. PACIFERÆ. Noctuæ autem oculi cæſii eidem a Poetis attributi, & Demoſthenis eſt Græciæ Oratorum principis lepide dictum, teſte Plutarcho, cum Athenis exulatum abiret, urbemque reſpectaret; Tribus Deam Palladem feris delectari, *noctua, dracone, & plebe*. Hanc etiam feris adnumerans, ut eſt multorum bellua capitum: &

Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.

Nunc, niſi quod vobis aliud placet, ad alias pergamus Deas. Excepit de *Cerere* Roccoxius: CERES.
Rei præeſt frumentariæ, quod fruges primum reppererit, arandique rationem excogitarit, cum primum rudes illi mortales, quales Oſcos Ennius nominabat, glandibus pecudum ritu veſcerentur. Hinc Sicilia eidem ſacra, & aratrum tributum in nummis, itemque facies cum tribus incurvis ſive cruribus, ſive brachiis, tritici ſpicas ſingulis tenentibus, queis tria fertilis Siciliæ promuntoria deſignabantur, ut ſeptimi libri Annalium Rom. proœmio Steph. Pigbius diſſeruit uberius. Eſt enim fuitque ſemper inſula illa fertilitatis gratia horreum populi Rom. ut hodieque Italiæ eſt, atque in anguſta annona etiam Hiſpaniæ. Currum ejus Deæ a ſerpentibus trahi, primus Orpheus commentus, a quo Latini ſumpſerint Poetæ, Naſo lib. V. Transformationum, & Claudianus lib. I. de raptu Proſerpinæ ejus filiæ, a Plutone inferorum Deo clam per vim adductæ: quam mater, tæda in Ætna monte accen- *Cic. Ver. IV.*
ſa, quæſierit diligenter: unde & *tædifera* dicta ab eodem Ovidio, ſpectaturque in nummis antiquis cum face, & ſerpentibus currum ejus trahentibus: quos nummos C. Vibius Panſa, itemque M. Voltejus M. F. ſuis etiam nominibus ſignarunt. Vidimus & C. Memmii C. F. Nomiſma, cujus in fronte QVIRINVS. ſeu *Romulus* Urbis conditor laureatus appareat; in averſa parte Ceres eſt ſedentis, habitu ſiniſtra facem, dextra ſpicas tenens, & ad pedes ſerpens exſtat, adſcriptumque: MEMMIVS. ÆD. CEREALIA. PREIMVS. FECIT. Hoc in titulo, ſi verbum tranſponas, ait interlocutus Torrentius, in metri ſic redegeris numeros:

Mem-

Memmius Ædilis fecit Cerealia primus.

In PREIMVS etiam priſcam agnoſcitis diphthongum. Adjecit & Torrentius, C. MEMMIVM, Cerealia ut Ædilem curantem, Ge nelli cognomento videri, & plebejum non Curulem fuiſſe Ædilem. Gens enim *Memmia* plebeja fuit. Prætorem vero Urbanum fuiſſe anno V. C. DCXCV. *Suet. in Cæſ. c. 23.* L. Piſone, & A. Gabinio Coſſ. cujus Præturæ in Julio Cæſare Tranquillus meminit. Inſequenti vero anno Prætorem peregrinum arbitror fuiſſe, & Bithyniam ac Pontum Provincias ſortitum, at in Conſulatus petitione repulſam cum M. Scauro tuliſſe, conſtat, creatis Coſſ. Cn. Domitio Calvino, & M. Valerio Meſſalla, anno Urbis DCC. tametſi Cæſar, (qui in gratiam poſt odium e convicio cum illo redierat, eodem *Suet. in Cæſ. c. 49. & 73.* teſtante Suetonio) ſuffragio juviſſet. Ambitus vero reum, exulatum Patras abiiciſſe ferunt, ad quem exulantem plures Ciceronis ſunt Epiſtolæ Famil. lib. XIII. Et in Bruto de claris Oratoribus, ac Salluſtius, *Oratorem* eum Memmium *artibus eruditum* prædicant: etſi Catullus carmine perſtringat, qui eum tamen in Bithyniam antea fuerat ſecutus. Meminit & in Epiſtolis (a) Cicero frequentius: Corn. Taciti locum lib. XV. Hiſt. Aug. & Dionis lib. LVIII. Ang. Politianus laudat Miſcellaneorum cap. LXXXV. Viderat enim hic ſimilem nummum apud Laurentium Medicem virum clariſſimum. Cæſar etiam Dictator Ædiles duos, qui frumento publico præeſſent, adjeciſſe fertur, teſte Pomponio Juriſconſulto lib. II. De Orig. Juris, & Dione extremo lib. XLIII. Ædiles vero ludos Romæ atque annonam curaſſe; vel me tacente omnes intelligitis, qui a Cerere *Cereales* ſunt dicti. Ex his autem *primum* fuiſſe hunc C. *Memmium Gemellum*, ex hoc nomiſmate, non alibi, lego: primum inquam fuiſſe de ſex Ædilibus, primo ſcilicet loco renunciatum, ut Veſpaſianum poſtea Cæſarem, ſexto renunciatum loco jam docuimus initio Commentarii noſtri ad *Suet. Veſp. cap. 2.* Veſpaſianum apud Tranquillum. Perrexit porro Roceoxius: Cereri etiam porca fiebat præ- *Gell. lib. IV. cap. 6. Ovid. IV. Faſt.* cidanea, teſtibus Gellio, & Ovidio, eaque ante fruges novas immolabatur, non bos, qui ad arandum utilis eſſet. Sic enim Naſo:

Bos aret, ignavam ſacrificate ſuem.

Cereales autem ludi erant Libero, Cereri item, & Liberæ ſeu Proſerpinæ communes plerumque. Sed heus, inquit Nicolaus, *Segetiam* Deam quaſi Cereris aſſeclam imprudentes omiſimus, quæ ſpectatur in nummo Saloninæ conjugis Gallieni Imperat. Segetum ea Dea eſt, teſte Auguſtino *Cap. 8. & 24. & 34.* lib. IV. de Civitate Dei. Plinius enim *Segeſtam*; a Segetibus uterque nominant, ut *Seiam*, a ſe- *Plin. lib. XVIII. c. 2.* rendo, quarum ſimulacra in Circo viderentur. Singulis enim rebus, ut Auguſtini verbis utar, *propria numinum officia diſtribuebant.* O ſtultitiam! o amentiam!

O curvæ in terras animæ, & cæleſtium inanes!

DIANA. None de *Diana* venationis Dea, quia Nobilium ea corporis exercitatio eſt, quando ita vultis, dicendum breviter. Sicula & hæc Dea, ut Ceres, cui canes ac cervi conſecrati, ut venatricis habito in nummis apparet, quæ & cornibus cervos teneat, quique currum ejus trahere finguntur, ut & Hymno Callimachus, & Apollonius Rhodius *Apoll. lib. 3. Claud. Paneg. 3. in Stilic.* Argonauticis, & Claudianus in Stiliconis laudatione prædicant. *Syracuſana* in primis celebratur, non in nummis modo, ſed & a Plutarcho in Marcello, qui Syracuſas cepit, & a T. Livio lib. XXXV. *Segeſtana* vero a M. Tullio Verrinarum III. Actione nominata L. Lollius Dianæ *Faſcelinæ*, atque Aricinæ ad lacum Nemorenſem cognomento, nummum cudit: quo de Pighius in Faſtis, & Giraldus Syntagmate XII. *Dianæ* vero *Epheſiæ* adeo litteris celebratæ nummos, Græce præſertim inſcriptos, Trajani & Commodi Impp. ſpectamus, & L. Hoſtilii Saſernæ, itemque L. Lentuli Marcellini. Ad Epheſios elegantem B. Pauli Epiſtolam habemus in manibus, & de notis ac litteris Epheſiis Heſychius: eodemque audiente Paulo Epheſi ſæpius *Act. 19. verſ. 28. & 35.* exclamatum: MAGNA DIANA EPHESIORVM, & *Magnam* etiam *Deam* Græcis habitam Dionyſius Afer de ſitu Orbis teſtatur hoc verſu:

Παῤῥαλίην Ἔφεσον μεγάλης πόλιν λοχεαίης.

Etſi quidam vulgo μεγάλην πόλιν legant. Παρθένου quoque ſeu *Virginis* illi adhæſiſſe Epitheton ajunt. Hujus etiam templum, incendente Heroſtrato, famæ per nefas parandæ gratia, conflagraſſe referunt, quo die natus eſt Alexander Magnus, cujus hanc fingit cauſſam Hegeſias Magneſius, quod eo nempe die & hora *Diana* (b) ut partus præſes, Olympiadi obſtetricaretur, templo abſens, & hinc ſuccurrere flammæ impotens. Quæ quidem adeo frigida doctis hominibus narratio viſa, ut incendium illud reſtinguere poſſe jactarent, Cicero, Plutarchus, Zonaras, ac Solinus in Polyhiſtore: duo item ævi noſtri magni Critici Victorius ac Turnebus. Partus autem præfuiſſe *Dianam* & *Lucinam* quoque dictam Poetæ referunt. Sic enim ad eam Flaccus:

Sive tu Lucina probas vocari,
Seu Genitalis.

Vidimus præterea Dialogo hujus operis quinto ſimul collocari *Cererem & Dianam*: Hanc etiam mammoſam & fere forma hermiarum ſimili, cum multis undique animantium figuris, quæ Naturam repræſentaret, in ſpectationibus Romanis nummiſque videas. Venio tandem, ut dicendi finem faciam, (Vos enim audiendo defeſſos video:) ad *Venerem*, ejuſque puerum *Cupidinem* telis, arcu, & pharetra armatum, oculiſque obvinctis, quod cæcus ſit Amor, ſui præſertim ipſius.

a Ad Atticum lib. I. epiſt. 16. & lib. IV. epiſt. 15. 16. 17. 18. atque ult. Item ad Familiares lib. VII. epiſt. 11. & toto lib. XIII. Item ad Q. fratrem lib. II. epiſt. 13. & ult. & lib. III. epiſt. 8.

b Pet. Faber. Semeſtrium lib. III. cap. 3. Cic. 2. de Nat. Deor. & 1. de Divinit. Plut. in Alex. Zonar. Tom. I. Annal. Solin. 53. cap. Victor. lib. 13. cap. 20. Turn. lib. 27. Averſ. cap. 4.

ipſius. Verum de his nugis quia dicere piget, vetatque meus pudor, ad Poetas allegabo, ſive ut in nummis cerno, *Victricem*, ſeu *Genetricem*, quam Lucretius poematis initio invocat, CYBELE *Deum matr.* ſive quo alio libet nomine appellare. Pro his *Cybelem*, Deum matrem ſubjiciam. Sic dicta m a cognomine monte Phrygiæ, nam Servius Honoratus (a): ἀπὸ τοῦ κύβεσθαι τὴν κεφαλήν, *a capitis rotatione*, ut Galli ejus ſacerdotes ſolebant, derivat. Martianus vero Capella a cubo eidem ſacro nomen deduxit. Templum autem ab Argonautis illi ædificatum in monte Dindymo, qui Cyzico imminet, unde ſit Dindymena appellata. Variis adhæc nominibus amplius XIV. appellata, ut *Deum mater*, *Dea Magna*, & *Bona Dea*; ſolis ut virginibus ſacra illius adire ſit datum. Unde Tibullus:

Sacra Bonæ maribus non adeunda Deæ.

Hinc P. Clodius Appii F. acer Ciceronis hoſtis, homo ſpurciſſimus, ſacra illa, dum Romæ veſte muliebri in opertum Deæ venit, violarat, Pompejæ Cæſaris conjugis amore captus, anno ab V. C. DCXCI. qui poſt ad plebem tranſiens
Cic. de Aruſp. Reſp. & 1. ad At. n. 10. & 11. Epiſt. in Tribunatu Ciceronem in exilium pepulit. Turrita autem ſemper ſpectatur in nummis Dea. An quia terram repræſentat? an

Quod primis turres urbibus ipſa dedit?

Plut. in Caſ. & Cicer. Curru autem invecta, quem leonum cicurum biga traheret, ſtipantibus ſacrificiis Gallis; cum Curetibus, qui tympana, ac cymbala, ut & in Bacchi ſacris, pulſabant. Sed cur a leonibus tracta? Diodorus Siculus cauſſam reddit, quod ab illis nutrita ſit. At M. Varro togatorum doctiſſimus: *Leonem*, inquit, *currui adjungunt ſolutum atque manſuetum, ut oſtendant nullum eſſe genus tam remotum, ferumque, quod ſubigi, & excoli non conveniat.* Hoc illud eſt, quod de Scientia a Poeta canit:

Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.

Poetæ etenim multa de hac Dea: Catullus in Aty, Ovidius, & Propertius. T. Lucretius lib. 2. *Ovid. lib. 4. Metam. & 4. Faſt. Prop. 3. Eleg. 17.*

Muralique caput ſummum cinxere corona;

Maro vero III. Æneidos:

Et juncti currum Dominæ ſubiere leonis;

Rurſum lib. VI.

Qualis Berecynthia mater
Invehitur curru Phrygias turrita per urbes.

Nummos nunc Romanos inſpiciamus. En hic C. Fabii Pictoris cuſum ab Ortelio: en alterum Juliæ Piæ Auguſtæ, Severi Imp. conjugis, ſedentis habitu, turrita, & pone leo eſt, cum litteris: MATER. DEVM. Et in Fauſtinæ Auguſtæ inſcriptum video: MAGNAE MATRI. At in nomiſmate M. Volteii bigæ inſidet, duos leones freno regens. Dixerat Roccoxius, applauſumque ab omnibus. Tum Schottus: Ex his, inquit, Magnorum Deorum Dearumque deliriis, hunc fructum referamus qui CHRISTO pridem in ſacro regenerationis lavacro nomen dedimus, nos ter quaterque beatos, ſi Dei modo erga nos beneficentiam grati agnoſcimus, eſſe prædicandos, qui luce Evangelica illuſtrati idola & ſtatuas æris, lapidis, lignorum ac fictiles Deos abdicavimus, unum verumque adorantes Deum, & Virginem Matrem patrocinio in dies in ſecundis, adverſiſque adhibentes, ſuperoſque precibus vocantes, qui in æterna illa beatitudine acquieſcentes gaudio fruantur ſempiterno, quo nobis curſus eſt, cum bono Deo, omnibus. Sic vobis, qui adeſtis, eveniat. *Omnes*, *Omnes*, acclamatum. Dein conſurreximus inclinato ad veſpetam die, & Torrentio Præſule ſalutato, manuſque de more oſculati invicem inter nos fauſta ominata, annique ineuntis felix auſpicium apprecati diſceſſimus.

Qui de Nomiſmatis ſcripſerint, & Icones exhibuerint ex Ant. Auguſtini Dialogo XI. & Lævino Hulſio. Utiliſſimi aſteriſco notantur.

JAC. SADOLETUS *Card. ſeu And. Fulvius*, Illuſtrium Imagines. *Romæ* 1517 CÆSAR. *Baronius Card. in Annalibus Eccleſiaſticis.*

JOANN. HUTTICHIUS, Impp Rom inor. *libellum*, *Argentor.* 1525. & 1534. & Conſulum Rom. Elenchum *cum averſis aliquot ann.* 1537. 1550. *Lugduni* 1551 1554

WOLFGANGUS LAZIUS, IN REP. ROM. *Viennæ* 1551. & *de rebus Græciæ lib. II.*

JAC. A STRADA *Mantuanus*, *Lugd.* 1553. *Theſauri Antiquitatum Epitome*: & *Tiguri* 1558. *Ejuſque F. Octavius a Strada*, *De vitis Impp. cum nummis averſis. Francof.* 1615.

* ÆNEAS VICUS *Parmenſis Impp. XII. cum averſis icones*, *Venetiis* 1553. *Ejuſdem diſcurſus Italice* 1555. *Item Auguſtarum Imagines* 1557. *Et Julii Cæſaris averſa*, *ann.* 1562. *Et reliquorum Impp. averſa uſque ad L. Verum*, *Venetiis* 1601.

* HUBERTUS GOLTZIUS *Venlonianus*, & *Civis Rom. auſpiciis Marci Laurini nobilis Brugenſis edidit* IMPP. IMAGINES *fol. ann.* 1557. & JULIUM CÆSAREM *cum Vita*, 1563. FASTOS CONSULARES *e nummis* 1566 AUGUSTUM *Cæſ. cum Vita & averſis ann.* 1574 SICILIAM & *Magnam Græciam e nummis*, *cum deſcriptione accurata* 1581. *Reliqua Græcia*

a Strabo lib. I. Geogr. Stephan. de Urbib. Servius in 3. & 10. Æneid. Strabo lib. XII. Plin. lib. 6. c. 32.

cum Inſulis apparebit propediem, curante Jac. Biæo Antuerp.

GABR. SIMEONIS *Florent. Epitaphia & Nomiſmata Ital. Lugd.* 1558.

SEB. ERIZI *Veneti Diſcurſus Nomiſmatum. Ital. Venet.* 1559.

ABR. ORTELIUS *Antuerp.* Deorum Dearumque capita, *cum Notis Franc. Suertii* 1573. & 1602.

Item in Theatro Orbis terrarum Nummi.

* FULVIUS URSINUS *Romanus Familias Roman. e Nomiſmatis, Romæ* 1577. *Item Imagines & Elogia Viror. Illuſtrium & eruditorum. Romæ* 1570. & *Antuerp. cum Notis eruditis. Theod. Gallæus excudit ann.* 1598.

LÆVINUS TORRENTIUS *Epiſc. Antuerp.* * *in* Suetonium *Comm. Nummos adhibet Rom. Plantin.* 1591.

ANDREAS SCHOTTUS *Antuerp. edidit* Aureliū Victorem, *cum iconib. Imperator. Rom. ann.* 1579.

ABRAH. GORLÆUS *Antuerp.* Dactyliothecam *annullorum ſigillariū Promptuarium inſculpt.* 1601. *Lugd. Bat.*

LÆVINUS HULSIUS, *Gandenſis, Impp. Rom. Nomiſmatum ſeriem, cum averſa parte Francof.* 1603. *Item. XII. Impp. primorum & LXXIV. parentum uxorumque effigies. Spiræ* 1599.

GUL. CHOUL. *Lugduni edidit Gall. de Religione Rom. e nummis. Et De re militari & Caſtris in* 4.

ANT. PISO, *al. Le Poin Diſcurſus Nomiſmatum Gall. Pariſiis* 1579.

JOANN. SAMBUCUS *Pannonius, in fine Emblematum, apud Plantinum.*

MAR. ROTÆ *XXIV. Impp. e nummis & marmoribus effigies, Venetiis* 1570. *fol.*

THOMÆ TRETERI *Canon. Romæ.* Effigies Impp. Rom. 1590.

* ANT. AUGUSTINI *Archiepiſc. Tarracon. Dialogi XI. Antiquitatum Rom. in nummis Hiſpane, Tarracone* 1578. *Italice, Venetiis* 1592. *æneis: & ligneis Romæ interprete Octaviano Sada, fol.* 1592. *Latine interprete And. Schotto, an.* 1617. *f. Antuerpiæ typis H. Ærtſii.*

MARQUARDUS FREHERUS *Auguſtanus de ac Nomiſmate Cenſus* 1599. & *de aliis nummis, ac de re Monetaria veterum Rom. apud Vogelinum.*

* ADOLPHUS OCCO *Impp. Nomiſmata a Pompejo ad Heraclium, abſque figuris, apud Plantinum & auctius Auguſtæ* 1601. *abſque figuris.*

GASS. WASERUS *de nummis Hebræorum, Chaldæorum & Syrorum. Tiguri, ann.* 1605.

* JAC. BIÆI *Antuerp. Impp. Rom. Nomiſmata aurea a Julio Cæſare uſque ad Heraclium, cum Notis* 1615. *Et* 1617. *aurea, argentea, & ærea, cum averſis partibus, & Dialogis XII. Ant. Auguſtini, ab And. Schotto Latine redditis.* *Omitto qui de re Nummaria ſcripſere complures.*

CONSTANTINUS LANDUS *Comes Explicationem quoque Nomiſmatum ſine figuris dedit. Lugduni* 1560.

STEPH. VINANDUS PIGHIUS *Annalium Rom. ſeu Faſtorum Tomis III. complures explicat nummos: typis exiit Plantinianis.*

JOANN. GLANDORPIUS *Monaſter. Onomaſticon Romanum edidit utiliſſ. de Familiis Rom. antiquis, ſine figuris. Omitto qui de re Nummaria, ac ponderibus eorum ſcripſere complures.*

Nationum ſeries, quæ hanc ornarunt Spartam.

ITALI.

ÆNEAS VICUS *Parmenſis.*
AND. FULVIUS.
CÆSAR BARONIUS, *Card.*
CONSTANTINUS LANDUS.
FULVIUS URSINUS.
GABR. SIMEON, *Florent.*
JACOB. SADOLETUS *Card.*
JAC. STRADA, *Mantuanus.*
SEBAST. ERIZUS, *Venetus.*
MARTINUS ROTA.

HISPANI.

ANT. AUGUSTINUS, *Archiep. Tarracon. princeps Antiquariorum.*

GALLI.

ANTONIUS LE POIX.
GULIELMUS CHOUL.

GERMANI.

GASP. WAIERUS.
HELISENS ROKLEYN.
JOANN. HUTLIERIUS.
JOANN. SAMBUCUS.
MARQUARDUS FREHERUS.
THOMAS TRETERUS, *Poſnanienſis.*
WOLFGANGUS LAZIUS.

BELGÆ.

ABR. GORLÆUS, *Antuerp.*
ABR. ORTELIUS, *Antuerp.*
ADOLPHUS OCCO *Friſius.*
AND. SCHOTTUS, *Antuerp.*
HUBERTUS GOLTZIUS, *Venlonianus*, C. Rom.
JAC. BIÆUS, *Antuerp.*
LÆVINUS TORRENTIUS, *Gandenſis.*
LÆVINUS HULSIUS *Gandenſis.*

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

DE FAMILIIS ROMANORUM

LIBER SINGULARIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

ANTONII AUGUSTINI
ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS
DE FAMILIIS ROMANORUM
LIBER SINGULARIS.

ACILIA.

ACILIA familia plebeja, ſed nobilis conſulatibus quinque, & triumpho uno ante Imperatores fuit, neque poſtea minus floruit. Vigente republica ejus ſtirpes duæ Glabrionum, & Balborum: conſulares ambæ fuerunt. Primus Glabrionum M. Acilius C. F. L. N. conſul fuit ann. DLXII. & Proconſule triumphavit de Ætolis, & rege Syriæ Antiocho anno proximo. Ejus filius Manius conſul ſuffectus L. Poſtumio Albino anno fere DC. Hic avus, vel proavus M. Glabrionis fuit, apud quem Prætorem de repetundis cognoſcentem Cicero C. Verrem accuſavit, eique in memoriam redigit legis paternæ Aciliæ, avique materni P. Scævolæ, ac Soceri M. Scauri. Aſconius in Verr. II. & pro Scauro. Hic M. Acil. M. F. M. N. conſul fuit an. DCLXXXVI. cum C. Piſone Frugi. Ea Æmilia uxore liberos procreavit. Balborum primus M. Acilius L. F. K. N. conſul fuit anno DCIII. cum T. Quinctio T. F. Flaminio. Ejus filius Manius poſt ſex, & triginta annos cum C. Catone. Sub Imperatoribus patricii Glabriones ſex conſules fuerunt, Aviolæ tres, Rufus, Fauſtinus, Severus ſingulares. Glabrionum primus ſub Domitiano conſulatum cum M. Ulpio Trajano, qui poſtea Imperat. dictus eſt, cepit, in eo occiſus eſt ann. DCCCLIII. Alter illius, ut creditur filius, cum paterno Manii prænomine Coſ. fuit cum C. Bellicio Torquato ann. XXXIII. poſt patrem ſub Hadriano Imperat. Tertius ſub Pio Antonino Sex. Acilius Glabrio cum C. Valerio Omollo Veriano Coſ. ann. DCCCCIV. Quartus Manius bis conſul fuit, ſed alterius anni tempus ignotum, atque ideo ſuffectum fuiſſe credendum eſt, iterū conſul fuit collega Commodi Imper. in quincto conſulatu ann. CCIↃXXXIIX. Hic ille eſt, quem Pertinax dignum imperio orbis terrarum judicabat, quem omnium patriciorum nobiliſſimum eſſe dicebat: originemque generis ab Ænea Veneris filio duxiſſe. Hunc quidem Manii filium, Manii nepotem eſſe credendum eſt; patrem vero fuiſſe Acilii Fauſtini conſulatus duo tituli duarum clariſſimarum feminarum ſignificant. Quinctus M. Glabrio conſul cum M. Valerio Maximo, iterum ſub Valeriano, & Galieno Impp. CIↃVIII. illius, ut arbitror nepos fuit. Ultimus Anicius Acilius Glabrio Fauſtus collega Theodoſii Jun. in XVI. conſulatu an. MCXXXIX. Chriſti CCCCXXXVII. Hic etiam ſub Honorio & Theodoſio præfectus urbis fuit: Hic videtur in Aniciorum nobilem quoque familiam inſertus utriuſque nomina uſurpaſſe. Aviolarum primus collega in conſulatu Q. Aſinii Marcelli, ſub quibus T. Claudius Imperat. mortuus eſt ann. DCCCVI. Hunc memoriæ proditum eſt in rogo poſitum ſe vivum comburi oſtendiſſe, ſed ſubveniri non potuiſſe, ut Plinius lib. VI. Val. Max. lib. I. referunt. Alter ejus, ut credibile eſt, nepos ſub Hadriano Imperat. conſul fuit cum C. Corellio Panſa ann. DCCCLXXIV. Tertius hujus fortaſſe filius cum M. Antonio Gordiano Imp. Coſ. ann. DCCCC. Quartus Rufus Acilius ante hos duos non ordinarius, ſed ſuffectus Coſ. fuit ex Kal. Jul. ſub Trajano Imperat. cum C. Cæcilio Claſſico, ut Plinius minor in epiſtola quadam refert, ann. DCCCLIV. Fortaſſe is eſt, cujus titulus extat Panormi L. ACILIO L. F. Q. N. RVFO. Fauſtinus Glabrionis bis conſulis filius, atque Glabrionis ſenioris nepos, ut diximus, conſul fuit ſub Severo cum Cajo Cælonio Macro Rufiniano ann. DCCCCLXII. Hujus filius C. Acilius, filia Acilia Manliola, neptis ex filio Acilia Gavinia Præſtana Severus Acilius Coſ. ſub Conſtantino Imperat. fuit cum Fl. Junio Rufino ann. CIↃLXXIV. & poſt alterum annum Præf. urbi. De Fauſto diximus, cum de Glabrione ultimo dictum eſt.

ÆLIA.

ÆLIA familia, ſive Ailia plebeja, ſed non ignobilis multis ex ea conſularibus viris, & duobus cenſoriis, ac duobus, qui Magiſtri Equitum fuere. Antiquiores cognomento Paiti, ſive Pæti dicti, deinde Cati, Tuberones, Ligures, Lamiæ vigente libertate. Poſtea ex eadem Imperatores fuerunt P. Ælius Hadrianus, T. Ælius Antoninus Pius, L. Ælius Aurelius Commodus, Cæſar vero tantum L. Ælius Hadriani filius L. Aurelii Veri Imper. pater. Pætos conſules quinque, cenſores duos, Magiſtros Equitum item duos ante C. Cæſaris Dictaturam fuiſſe video. Nam primus P. Ailius Paitus Coſ. fuit cum C. Sulpicio Longo ann. CDXVI. ejus filius P. Paitus Magiſter Equitum fuit Q. Fabio Ambuſto Dictatori comitiorum cauſſa, ſed vitio facti abdicarunt, & in eorum locum facti ſunt M. Æmilius Barbula Dict. L. Valerius Potitus Flaccus II. Mag. Eq. quo anno Caudina nota inuſta eſt T. Veturio Calv. II. Sp. Poſtumio Regillenſi Albino II. Cos. an. CDXXXII. Poſt annos XXXV. C. Paitus Cos. fuit cum M. Valerio Maximô Potito, quo anno plebs in Janiculum ſeceſſit: quam Q. Hortenſius Dictator placuit. Poſtea P. Ailius Q. F. Q. N. Paitus Magiſter Equitum fuit C. Servilio Dictatore an. DLI. Comitiorum habendorum cauſſa, quibus comitiis con-

conſules creati ſunt Cn. Cornelius Lentulus, & P. Ælius Q. F. P. N. Paitus. Fuit hic juriſperitus, & frater ejus Sextus, quam ſcientiam Tuberones quoque illuſtrarunt. Nec Mucia familia plures juriſconſultos habuit, quam Ælia. Cenſores quoque ambo fratres fuerunt, Publius collega P. Scipionis Africani poſt biennium, quam conſul ipſe fuerat, Sextus ſequenti luſtro cum C. Cornelio Cethego, luſtrumque fecere XLVI. & XLVII. Sextus conſul fuerat cum T. Quinctio Flaminio an. DLV. Hic ille eſt, qui primus Catus appellatus eſt, de quo Ennius,

Egregie cordatus homo Catus Ælius Sextus.

Catum Varro interpretatur acutum potius, quum ſapientem. Ab hoc actiones compoſitæ ſunt, quod jus Ælianum dicebatur & liber Tripartita inſcriptus, ut Pomponius refert. Publii filius Q. Paitus conſul fuit cum M. Junio Penno an. DXXCVI. Hunc ſunt, qui exiſtiment primum Tuberonem appellatum L. Æmilii Paulli, qui hoc anno triumphavit Proconſule ex Macedonia, & rege Perſa, generum. Memoriæque proditum eſt, ſexdecim Ælios in una domuncula habitaſſe, ubi poſtea Mariana monumenta fuerunt, unum eos in agro Vejente fundum aluiſſe, unum eis in circo ſpectaculi locum fuiſſe: nullum apud eos argenti ſcrupulum ante, quam Paullus genero ea præda quinque pondo donaſſet. Natus ex his eſt Publius Tubero, & Q. Tubero ille Stoicus, qui in Triumviratu judicavit contra avunculi ſui minoris Africani teſtimonium: quique rogatus a Q. Fabio Maximo conſobrino ſuo, cum epulum Africani mortui nomine populo daret, ut triclinium ſterneret, pelliculis hædinis lectulos punicanus ſtravit, & expoſuit vaſa Samia, ut Cicero auctor eſt. Quibus rebus vir integerrimus, atque erudiſſimus, & L. Paulli nepos in Præturæ petitione repulſam tulit. Hic juris quoque civiles peritiſſimus fuit, & alius Q. Tubero, qui Ligarium accuſavit, nec obtinuit apud C. Cæſarem. Nam cum pater ejus L. Tubero Africam ex Senatus decreto obtinere deberet, a P. Attio Varo, & Q. Ligario prohibitus eſt, qui nec aquam haurire, nec filium affectum valetudine in terram exponere paſſi ſunt. Exſtat ea de re Ciceronis Ligariana oratio, qui initio orationis propinquum Q. Tuberonem appellat. Hic doctiſſimus fuit non ſolum juris publici, & privati, ſed totius antiquitatis, libroſque plurimos reliquit, ſed propter antiquorum verborum uſurpationem parum gratos. Fuit autem patricius, ut Pomponius aſſerit, & ex Sulpicia Servii filia, qui princeps juris conſultorum eo tempore fuit, matrem Caii Caſſii Longini juris etiam conſulti doctiſſimi ſuſcepit. Sed hæc poſteriora ſunt. Redeo ad ſuperiora tempora libertatis reip. Romanæ.

Ligurem Conſularem unum reperio P. Ælium P. F. P. N. qui cum C. Popilio P. F. P. N. Lænate conſul fuit an. DXXCI. notatumque eſt tum primum ambos Cos. plebejos fuiſſe. Hæc de conſularibus Æliis. Apud Livium autem legi quendam P. Ælium Quæſtorem an. CCCXLIV. necnon apud Plinium Thurinos C. Ælium Tr. Pl. ſtatua, & corona aurea donaſſe, quod legem pertuliſſet in Stennium Statilium Lucanum, qui Thurinos bis infeſtaverat. Sub Imperatoribus quatuor ante Hadrianum Auguſtum conſules video cognominibus inter ſe diſtinctos. Q. Tuberonem, L. Lamiam, Sex. Catum, & L. Sejanum: tres primos ſub Auguſto, ultimum ſub Ti. Cæſare. Tubero, cum a Dione Q. F. dicatur, non is eſt, de quo antea diximus, Q. Tubero L. F. ſed ejus filius, quamvis Pomponius eundem eſſe videatur affirmare. Fuit quidem certe Cos. cum Paullo Fabio, Q. F. Maximo an. DCCXLII. At L. Lamia L. F. Cos. Fuit cum M. Servilio M. F. Gemino poſt XIII. annos, quam ſuperiores. Lamias a Lamo dictos, qui Formias condidit, Horatius auctor eſt, eoſque & vetuſtos, & nobiles appellat. Cicero L. Lamiam equitem Rom. prodidit in exilium miſſum a Gabinio Cos. quod Ciceroni faveret: eundem Ciceronis cadaver, vel cineres ſepulcro condidiſſe traditum eſt carminibus non ineruditis. Val. Max. lib. I. cap. VIII. & Plin. lib. VII. cap. LII. memoriæ prodiderunt L. Lamiam virum Prætorium vocem in rogo edidiſſe, & C. Ælium Tuberonem Prætura functum a rogo relatum. Sex. Ælius Q. F. Catus, ab illo cordato viro Cato Ælio, ut Ennius ſcripſit, ducens originem ſucceſſor Lamiæ fuit, cum C. Sentio C. F. Saturnino. Ab his lex Ælia Sentia perlata eſt auctore Auguſto. Ultimus L. Ælius Sejanus L. Seii Strabonis equitis Rom. filius temporibus T. Cæſaris plurimum potuit: natus Volſiniis, Præfectus prætorio fuit, & conſulatum adeptus eſt, quo anno Tiberius quinctum conſulatum ſolus cepit; ſed poſt menſem Sejanum collegam aſcivit, ann. DCCLXXXIII. ex uxore Apicata tres liberos habuit; ſed is cum liberis oppreſſus eſt, conjuraſſe adverſum Imperat. convictus. Avunculum habuit Junium Blæſum Procos. Africæ: P. Ælius T. F. T. N. Hadrianus Italicenſibus parentibus natus, qui ex Hadria Scipionum tempore in Hiſpaniam migrarunt. Ejus pater Hadrianus Afer conſobrinus Trajani Imperat. avus Marillinus primus in ejus familia ſenator, ut Ælius Spartianus refert. Ante imperium Coſ. ſuffectus ex Kalend. Jul. cum L. Publilio Celſo anno DCCCLXI. Iterum, ac tertio conſul initio principatus, quem adoptione vera, vel ficta moriente Trajano ſuſcepit, Ulpiæ familiæ nomen recuſaſſe videtur: Trajani cognomen uſurpaſſe: filios, atque libertos Ælios appellaviſſe. Exſtant plerique tituli libertorum Hadriani; qui P. ÆLII. AVG. LIB. notantur: ut Antonini Pii liberti, T. ÆLII. AVG. L. Colonias quoque Ælias dictas conſtat, aliaſque urbes reſtauratas, in quibus Hieroſolymorum urbs Ælia Capitolina dicta deinceps eſt. Tribuniciam poteſtatem ſemel, ac vicies ſuſcepit, Imperator bis appellatus eſt; cæteroſque titulos vivus obtinuit, & poſt mortem Divus Hadrianus dictus. Filios adoptavit L. Cejonium L. F. L. N. Commodum verum, qui poſtea L. Ælius Cæſar appellatus fuit, & T. Aurelium Fulvium Bojonium Antoninum, qui poſtea Imperat. Cæſar T. Ælius Antoninus Pius dictus eſt. L. Ælius ante adoptionem conſul fuit cum Sex. Vetuleno Civica Pompejano ann. DCCCXXCVII. eodemque anno adoptatus nomen

men

Digitized by Google

men mutavit, & Tribuniciam poteſtatem accepit,
& conſul iterum deſignatus in proximum annum
eſt. Ipſis vero Kalend. Januar. mortuus eſt cos. II.
TR. POT. II. Filium reliquit L. Cejonium Com-
modum, qui a T. Antonino adoptatus L. Aure-
lius Verus appellatus eſt, & cum fratre adoptivo
M. Aurelio Antonino, eodemque ſocero ſuo im-
perium obtinuit. Hi vero ſecuti ſunt Aurelii no-
men: propterea quod Pius ex ea familia fuerit;
quamvis adoptione Hadriani in Æliam translatus
ſit. Summo quidem certe jure omnes hi in Coccе-
jam familiam erant inferendi. Nam Coccejus Ner-
va Ulpium Trajanum, Ulpius Ælium Hadria-
num, Ælius Cejonium Commodum, & Aurelium
Antoninum, Aurelius Annium Verum, & Cejo-
nium Commodum adoptavit. T. Antoninus Pius
conſul quater fuit, tribuniciam poteſtatem quater
& vicies accepit, Imperator bis appellatus eſt.
Fauſtinam filiam Marco filio adoptivo conjunxit:
ex his L. Commodus natus eſt, qui patre vivo
Auguſtus appellatus, & poſt ejus mortem pater-
nas, & avitas virtutes non eſt imitatus. Hunc vi-
deo, & L. Ælium, & M. Aurelium, & L. Ælium
Aurelium dictum eſſe. Conſul ſepties fuit, Trib.
Pot. XVIIII. Imp. VIII. Poſt hos Imperatores
tres tantum Ælios conſules invenio: C. Ælium,
ſive Allium C. F. Fuſcianum, qui ſub eodem
Commodo conſul fuit cum Dullio Silano ann.
DCCCCXL. & Q. Ælium, vel Allium Maxi-
mum, collegam M. Flavii M. F. Apri poſt annos
XIX. ſub Severo, & Antonino, nec non Ælium
Scorpianum conſulem ſuffectum ex Kal. Jul. ann.
CIↃXXIIX. ſub Floriano Imp.

Æmilia.

Æmilia ſive Aimilia familia patricia clariſſima
fuit, ab ipſis initiis libertatis reip. Rom. ad Augu-
ſti tempora multis illuſtribus viris domi, militia-
IV. que decorata. Pontificatu maximo, Dictaturis,
Triumphis, Principatibus Senatus, Cenſuris,
Conſulatibus, Magiſteriis Equitum, & Tribuna-
tibus Militum conſulari poteſtate, & Triumviratu
reipublicæ conſtituendæ, ita ſæpe, ut paucæ eam
numero vincant, exornata eſt. Dividitur in has
quinque præcipuas ſtirpes, quæ cognominibus di-
ſtinguuntur, Mamercinorum, Barbularum, Paul-
lorum, Paporum, Lepidorum. Sunt etiam aliæ
ſingulares, aut raræ, ex quibus unus aut alter con-
ſul fuit, ut Regillorum, Scaurorum, de quibus po-
ſterius dicemus. Mamercini novem obtinuerunt
conſulatus XII. Dictaturas V. Tribunatus Milita-
res cum conſulari poteſtate IX. Magiſteria Equi-
I. tum III. Triumphos III. Nam primus L. Aimilius
Mamerci filius ter conſul fuit primo cum Kæſone
Fabio K. F. Vibulano ann. CCLXVIIII. deinde
ſexto anno cum C. Servilio Structo Ahala, tertio
II. poſt annos quinque cum Vopiſco Julio Julo. Hujus
Lucii filius Tiberius Mamercinus bis conſul fuit,
prius anno tertio poſt ultimum patris conſulatum
cum L. Valerio Voluſo Potito II. poſterius cum
III. Q. Fabio Vibulano anno CCXXCVI. Tertius
Mamercus fuit M. F. Lucii ter conſulis, ut ſuſpi-
cor, nepos. Hic ter Dictator fuit, ac bis trium-
phavit. Tribunus autem Militum fuerat ann.
CCCXV. cum L. Quinctio Cincinnato, & L. Ju-
lio Julo. Anno proximo Dictator de Fidenatibus
Idib. Sept. triumphavit. Ac tertio poſtea anno ite-
rum Dictator rei gerundæ cauſſa fuit. Poſt unde-
cim vero annos iterum triumphavit Dictator ter-
tium de Vejentibus & Fidenatibus. Quæſitor bien-
nio antea fuerat, hoc eſt anno CCCXXV. Ma- IV.
merci filius Manius ter Tribunus Militum fuit
poſt conſulatum, quem geſſit anno CCCXLIII.
cum C. Valerio Potito Voluſo. Namque quin-
quennio poſt cum aliis quinque patriciis & anno
CCCL. iterum cum totidem, ac biennio proxi-
mo, cum totidem collegis patriciis tertio Tribu-
natum geſſit. Hunc aperte Verrius Flaccus M.
Aimilium, Mam. F. M. N. Mamercinum in fa- V. VI.
ſtis nominat. At C. Mamercinus, qui bis Tribunus
Militum, & M. Mamercinus, qui ſemel creati
ſunt, ille annis CCCLIX. & CCCLII. hic hoc
eodem poſtremo relato anno: quibus parentibus
orti fuerint, nullum habemus auctorem. Mihi pro-
babile videtur Manii fratres fuiſſe. Septimus Ma- VII.
mercinus quinquies Tribunus Militum, bis con-
ſul, ſemel Magiſter Equitum creatus eſt. Hunc L.
Aimilium L. F. appellatum video, adderem libens
Mam. N. Primus Tribunatus actus eſt anno ſe-
quenti poſt captam urbem a Gallis, hoc eſt anno
CCCLXIV. Secundus biennio poſt primum, ter-
tius quadriennio poſt alterum, quartus continua-
tus eſt poſt tertium, inter quartum & quinctum
anni quattuor medii interfuerunt. Poſt hos magi-
ſtratus ob maximas contentiones plebis cum patri-
bus de plebejo conſule M. Furius Camillus IV.
Dictator dictus L. Aimilium Magiſtrum Equitum
fuit, ſed ambo re infecta abdicarunt, fuit is annus
CCCLXXXV. Tandem biennio poſt pacata ſedi-
tione primus L. Sextius plebejus, qui diu Tribu-
nus Plebis fuerat, conſul collegam habuit ex patri-
bus eundem L. Mamercinum. Iterum conſul fuit
poſt annos tres cum Cn. Genucio Aventinenſi.
Hujus filius L. Aimilius aperte a Verrio L. F. L. VIII.
N. Mamercinus Privernas appellatur. Bis Dicta-
tor, bis Magiſter Equitum, & bis Conſul fuit, &
in ſecundo conſulatu triumphavit de Privernati-
bus, unde cognomen accepit Kal. Mart. ann.
CDXXIV. cum collega C. Plautio P. F. Deciano
Hypſæo. Magiſter Equitum fuit C. Julio Julo
Dictatore in caſtris novo more dicto ann. CDI.
Iterum decennio poſt M. Valerio Corvo Dictato-
ri, & anno ſequenti conſulatum geſſit cum C.
Plautio C. F. Vennone II. Dictator comitiorum
habendorum cauſſa ann. CDXIIX. Magiſtrum
Equitum dixit Q. Publilium Philonem plebejum.
Iterum Dictator rei gerundæ cauſſa Magiſtrum
Equitum habuit L. Fulvium Curvum item plebe-
jum anno CDXXXVII. Poſtremus Mamercinus IX.
Tiberii prænomine, quo nemo alius uſus eſt,
quod meminerim, ex hac familia, Conſul fuit
cum Q. Publilio Philone ann. CDXIV. ejus pa-
rentes ignorantur. Poſſumus hunc ſuſpicari eſſe
Privernatis fratrem.

Barbulæ quattuor, totidem Conſulatus, Di- II.
ctaturam unam, triumphos duos conſecuti
ſunt. Primus M. Aimilius Q. F. L. N. Dicta- I.
tor fuit comitiorum habendorum cauſſa ann.
CDXXXII.

Digitized by Google

CDXXXII. quo anno turpis Caudina pax inita
fuit. Magiſtrum Equitum dixit L. Valerium Pon-
tirum Flaccum II. Hunc quidam M. F. appellant,
ſed ego titulum ſequor, & denarium, in quo M.
Aimilius Q. F. Barbula conſul fuiſſe dicitur: an-
num tamen conſulatus nondum reperi. Hujus fra-
II. ter Q. Aimilius a Verrio Q. F. L. N. appellatus.
Conſul fuit quadriennio poſt cum C. Junio Bubul-
co Bruto: eundem collegam habuit tertium con-
ſulem in ſecundo conſulatu anno CDXLII. Am-
boque eodem menſe triumpharunt, Brutus Nonis
III. Sextil. de Samnitibus, Barbula Idibus de Etruſceis.
Secutus eſt L. Barbula Q. F. Q. N. Cos. anno pri-
mo belli Tarentini, cujus collega fuit Q. Marcius
Philippus. Amboque triumpharunt: Philippus eo-
dem anno de Etruſceis, Barbula proximo anno
Proconſule de Tarentineis, Samnitibus, & Sallen-
tineis VI. Idus Quinctil. an. CDLXXIII. Quaſ-
IV. tus fuit M. Aimilius, quem Verrius L. F. Q. N.
notat conſulem cum M. Junio Pera an. DXXIII.
Hic fortaſſe eſt in denario Q. F. dictus, convenit
enim prænomen. Nec diſpliceret, ut hunc Q. F.
L. N. appellasemus, ut tempora conſulatuum
quadrarent aptius. Hæc de Barbulis.
III. Paullorum gens quattuor habuit veteres inſi-
gnes viros, qui conſulatum ſexies, Magiſterium
Equitum ſemel, Cenſorium honorem item ſemel,
& triumphos quinque ſunt conſecuti. Poſt annum
ſeptingenteſimum quattuor reperio Paullos Con-
ſulares, ex quibus unus cenſorius fuit. Sed hi in-
ter Lepidos erunt referendi, nam utrumque no-
men uſurparunt, uno excepto L. Æmilio M. F.
I. qui Conſul fuit cum C. Claudio C. F. Marcello
anno DCCIII. Primus igitur M. Aimilius L. F.
L. N. Paullus Conſul fuit cum M. Livio Dentre
an. CDLI. & ſequenti anno Magiſter Equitum
II. Q. Fabio Maximo Rulliano Dictatore iterum
sei gerundæ cauſſa. Hujus filius Marcus Conſula-
tum geſſit cum Ser. Fulvio Pætino Nobi-
liore: amboque anno proximo Proconſulibus de
Coſſurenſibus & Pœneis navales triumphos ege-
runt: Nobilior XIII. Kal. Febr. Paullus XII.
III. Kal. an. CDXCIX decimo anno belli Punici pri-
mi. Tertius fuit L. Paullus ſuperioris filius. Hic
Conſul fuit cum M. Livio Salinatore anno
DXXXIV. uterque in conſulatu de Illuricis tri-
umphavit. Sed ambo poſtea accuſati, Salinator-
que ſolus damnatus eſt. Iterum conſul triennio
poſt, qui tertius annus fuit belli Punici ſecundi
propter collegæ C. Terentii Varronis temeritatem
in Cannenſi pugna occiſus eſt. Filium reliquit L.
IV. Æmilium clariſſimum virum, qui ter triumpha-
vit, bis Conſul ex Cenſor, & Augur fuit. Nam-
que ante conſulatum Proprætore triumphavit ex
Hiſpania ann DLXIV. poſt ſeptem annos con-
ſul fuit cum Cn. Bæbio Pamphilo, & anno pro-
ximo iterum triumphavit de Liguribus Ingauneis.
Iterum conſul ann. DXXCV. cum C. Licinio
Craſſo fuit. Perſem ultimum Macedonum Regem
prœlio vicit, atque captivum cum liberis in trium-
pho duxit, quem triduo egit quarto, tertio, &
pridie Kal. Decembr. Proconſule anno proximo.
Eodem tempore duos filios amiſit, quos ſui nomi-
nis, & familiæ hæredes relinquere cogitabat. Nam
duos majores alterum P. Cornelio Scipioni Afri-
cani majoris, & Æmiliæ ſororis filio in adoptio-
nem dedit, qui poſtea Africanus minor, Cartha-
gine diruta, appellatus eſt; alterum Q. Fabio Ma-
ximo quinquies conſuli. Itaque alter dictus eſt P.
Cornelius P. F. Scipio Æmilianus, cujus liberos
nullos extitiſſe meminimus, alter. Q. Fabius Q. F.
Maximus Æmilianus, a quo plures Fabii extite-
runt. Filias reliquit tres, ex quibus una Q. Ælio
Tuberoni, altera M. Catoni Liciniano M. Cato-
nis Cenſorii filio nupſit, ex quibus liberi nati ſunt.
Mater horum omnium Papiria fuit C. Papirii Ma-
ſonis conſularis, & triumphalis viri filia. Cenſu-
ram denique Paullus obtinuit anno tertio poſt
triumphum cum Q. Marcio Philippo, luſtrumque
fecerunt LIII.
Paporum gens duos habuit clariſſimos viros, IV.
quorum alter conſul bis, & cenſor; alter etiam
cenſorius, & triumphalis, ac conſularis fuit. Ante
hos a Livio M. Æmilius Papus Dictator refertur,
quem nos Barbulam appellavimus, alios annales
ſecuti. Sed ſine controverſia Q. Aimilius Papus
conſul fuit cum C. Fabricio Luſcino anno proximo
ante bellum Tarentinum, quod L. Aimilio Barbu-
la, & Q. Marcio Philippo Coſ. inchoatum eſt an-
no CDLXXII. Secundum conſulatum, & cenſu-
ram cum eodem collega egit anno CDLXXV. &
CDLXXXVIII. luſtrum fecerunt XXXIII. Poſt
hunc L. Aimilius Q. F. L. N. poſt illius cenſuræ
annum I. conſul fuit cum C. Atilio Regulo anno
primo belli Gallici Ciſalpini, & de Galleis trium-
phum egit III. Nonas Mart. in conſulatu. Cenſor
fuit cum C. Flaminio anno DXXXIII. qui circo
Flaminio, & viæ Flaminiæ nomen reliquit. Papo-
rum cognomen videtur ex eo ſumptum, quod pa-
pi carduorum flores ſint, ut ait Feſtus, de quibus
Lucretius:

Veſtem, nec plumas avium, papoſque vo-
lantes.

Ad Lepidorum ſtirpem ventum eſt, ea qua de- V.
cem ad M. Lepidum Triumvirum, poſt eum ad
obitum Auguſti ſeptem inſignes magiſtratus, ho-
nores ac ſacerdotia obtinuerunt. Duo Pontifices
Maximi fuerant, unus ſemel, alter ſex luſtris Prin-
ceps Senatus, unus Triumvir bis reip. conſtituen-
dæ, unus Magiſter Equitum bis, Cenſores tres,
duo triumphales, ex quibus alter bis, unus trium-
phalia ornamenta accepit. Conſules XV. conſula-
tus obtinuere XVIII. ex quibus IV. tantum ſuffe-
ctorum fuerunt. Primus M. Lepidus Coſ. fuit cum I.
C. Claudio Canina anno CDLXVIII. Alter Mar- II.
cus Marci filius Marci nepos, quem Livius ait bis
conſulem, atque Augurem fuiſſe, ac patrem Mar-
ci, Lucii, & Quincti Lepidorum, conſul fuit cum
M. Publicio Malleolo, ann. DXXI. Iterum conſul
cum M. Valerio Lævino poſt duodecim annos,
quo anno L. Veturius Philo, & C. Lutatius Catu-
lus vitio facti abdicarunt, ut quidam ſcripſerunt.
Tertius Marcus ſuperioris filius indolis ſuæ ſpeci- III.
men prætextatus dedit, qui annos natus XV. ho-
ſtem occidit, civem ſervavit, quamobrem ſtatua
ei ſtatuta eſt in Capitolio, quod Valerius Maxi-
mus refert & de ea re denarius exſtat cum his litteris
M. LEPIDVS. AN. XV. PR. H. O. C. S. Alter quo-
que

que denarius inſignem honorem habitum eidem M.
Lepido ſignificat, cujus multi meminerunt, ut
cum Ptolemæus Rex tutorem filio ſuo populum
Rom. reliquiſſet, Lepidus hic, qui Pontifex Ma-
ximus, ac bis conſul fuit, ad Regis pueri tutelam
gerendam Alexandream miſſus ſit. Primum conſu-
latum geſſit cum C. Flaminio C. F. ann. DLXVI.
Pontifex Max. octavo poſtea anno in locum C.
Servilii Gemini factus eſt, item cenſor eodem anno
cum M. Fulvio Nobiliore, cum quo inimicitias
geſſerat, quas reip. cauſſa cenſor deſignatus depo-
ſuit, luſtrum fecerunt L. & ipſe Lepidus princeps ſe-
natus dictus eſt. Iterum conſul cum P. Mucio Scæ-
vola, de Liguribus triumphavit ann. DLXXVIII.
Hic ſex luſtris princeps ſenatus lectus eſt. Sexti
cenſores fuere M. Valerius Meſſalla, C. Caſſius
Longinus, qui luſtrum LV. fecerunt ann. DXCIX.
M Lepidus mortuus eſt anno poſtea tertio, aut quar-
IV. to. Quartus M. Lepidus M. F. M. N. fuit ac con-
V. ſul anno DXCV. cum C. Popillio Lænate II. Quin-
tus M. Lepidus, Porcina dictus eſt, principis Le-
pidi filius. Conſul autem fuit anno DCXVI. cum
VI. C. Hoſtilio Mancino. Sextus Mamerci prænomine
ſuperioris, ut creditur, frater undecimo poſtea an-
no conſul fuit cum L. Aurelio Oreſte, quo tempo-
re quarti ludi ſæcolares facti ſunt, ut plures ſcri-
VII. pſerunt. Septimus M. Aimilius Q. F. M. N. Lepi-
dus a Verrio appellatur, conſul autem fuit, cum
Q Lutatio Catulo, Sullæque & Catuli adverſarius
extitit in conſulatu ann. DCLXXV. Hunc eſſe ar-
bitror Triumviri patrem, quem pronepotem prin-
cipis ſenatus fuiſſe Cicero auctor eſt. Erit igitur
VIII. hic Porcinæ nepos. Octavus Mamercus Aimilus
Mam. F. M. N. Lepidus Livianus, qui D. Livii
Druſii filius fuiſſe dicitur, adoptatus a Mamerco
principis Lepidi filio. Conſul autem fuit anno poſt
ſuperiorem Cn. Octavio. Cenſor poſt conſulatum
ann. XVI. cum P Servilio Iſaurico fuit, luſtrum
fecerunt LXIX. & proximo luſtro princeps ſenatus
lectus eſt ann. DCXCVIII. Ad hunc, ejuſve li-
beros pertinet denarius ita inſcriptus M. MAMERC.
IX. LEPIDVS. LIVIANVS. Nonus M Lepidus qui cum
L. Voleatio Lullo conſul fuit ann. DCXXCVII.
Hujus parentes ignorantur. Veriſimile eſt ab eo,
quem quarto loco retulimus, originem traxiſſe.
X. Pervenimus ad M Lepidum Triumvirum, qui a
M. Verrio M F. Q. N. dicitur: hoc eſt ſeptimo
loco conſtituti filius. Hic prætor Cæſarem Dict.
dixit novo more, ceteros enim conſules dixerunt.
Proprætore ex Hiſpania triumphum egit anno
DCCVI. Sequenti anno conſul fuit cum C. Cæſa-
re III. conſule, & in tertia & quarta dictatura ma-
giſter equitum, eas geſſit Cæſar duobus proximis
annis. Occiſo Cæſare Eidibus Martiis, Pon-
tifex Maximus factus eſt ann. DCCIX. Sequenti
anno triumvir reip. conſtituendæ cum M. Anto-
nio, cujus filiam filio ſuo collocavit, & C. Cæſare
Octaviano, qui poſtea Auguſtus appellatus eſt.
Suſceperunt autem hoc genus imperii ex ante diem
quinctum Kalend. Decembr. ad Pridie Kalend.
Januar. ſextas, hoc eſt in quinquennium. Eodem
anno Pridie Kal. Januar. Procos. ex Hiſpania ite-
rum triumphavit. Kalendis ipſis conſul iterum fuit
cum L. Munatio Planco, qui IV. Kalend. Jan. de
Galleis triumphum egerat. Jactatus eſt in triumpho
ea licentia militari verſus:

*De Germaneis, non de Galleis duo trium-
phant conſules.*

propterea quod nomina duorum fratrum eorum-
dem in proſcriptorum tabulis legerentur. Fratrem
Lepidi arbitror fuiſſe Paullum Lepidum, qui ſer-
vatus eſt. Planci frater, L. Plotius dicebatur. Ite-
rum triumvir in alterum quinquennium cum eiſ-
dem collegis creatus anno ſecundo a C. Cæſare col-
lega abdicare coactus eſt: erat is annus DCCXVII.
vixit autem uſque ad DCCXL. annum Pontifex
Maximus. Uxor ejus Junia M. Bruti ſoror, ex qua
liberos ſuſcepit. Poſt hunc primus Paullus Aimi- I.
lius M. F. L. N. conſul ſuffectus ex Kal. Jul cum
C. Memmio ann. DCCXIX. Hic etiam cenſor
fuit cum L. Munatio Planco poſt annos XII. lu-
ſtrum tamen non fecerunt. Hunc quidam P. Æmi-
lium Paullum, alii M. F. Q. N. appellant: nos ve-
riſimiliora ſecuti ſumus. Hujus cenſoris filius L.
Paullus Juliam Juliæ, & M. Agrippæ filiam Augu-
ſti neptem duxit, Æmiliamque Lepidam ex ea ſu- II.
ſcepit, quæ fuit Ti. Cl. Imp. ſponſa. Alter Paullus
Triumviri frater conſul etiam ſuffectus fuit ex Kal.
Jul. cum L. Cornelio ann. DCCXXI. Hic porti-
cum Paulli ædificavit, & dedicavit. Tertius Q. III.
Lepidus eſt Manii filius, qui conſul cum M. Lol-
lio M. F. fuit ann. DCCXXII. ut ex titulo pontis
Fabricii conſtat. Quem enim L. Fabricius curator
viarum faciundum curaverat, hi conſules ex S. C. IV.
probaverunt. Quartus L. Aimilius L. F. Paullus.
Hunc putant filium fuiſſe L. Paulli M. F. qui Coſ.
fuit anno DCCIII. eſſeque inter Paullorum gen-
tem conſtituendum. Mihi magis placet, ut hoc lo-
co relinquatur. Conſul fuit ann. DCCLIII. cum
C. Cæſare Auguſti filio poſt Chriſtum natum anno V.
ſecundo Quinctus erit M. Lepidus L. F. qui cum
L. Arruntio conſul fuit, quincto poſt ſuperiorem
anno. Sextus Manius Aimilius Q F. M. N. Lepi- VI.
dus, qui conſul cum T. Statilio Tauro fuit ann.
DCCLXIII. Præter hos invenio M. Æmilium Q. VII.
F. M. N. Lepidum obtinuiſſe triumphalia orna-
menta legatum Auguſti ann. DCCLXI. ex Del-
matia. Ad extremum de Lepidi cognomine non
reticebo, videri eo voluiſſe exprimere, quid Aimi-
lii nomine ſignificaretur: ut cum Vergilius armiſo-
nam Palladem, Plemmyrion undoſum, clarum
Olympum dixit. Sic felix Sylla Fauſtum filium ap-
pellavit, & filiam Fauſtam; quòd uſurpari ſoleret:
(Quod felix, fauſtumque ſit) ac non multum ſi-
gnificatione differrent. Nunc de reliquis Æmiliis VI.
videamus. Regilli cognomine unum triumphalem
L. Aimilium M. F. reperio proprætore navalem
egiſſe de rege Antiocho Kal. Febr. ann. DLXIV.
Scaurum item unum inſignem virum M. Aimi-
lium M. F. L. N. qui conſul cum M. Cæcilio Q.
F. Metello anno DCCXXIIX. De Galleis karneis
triumphavit. Cenſor poſt ſex annos fuit cum M.
Livio C. F. M. Aimiliani Nepote Druſo, qui in
eo honore mortuus eſt, & Scaurus abdicavit more
majorum, ante tamen viam Æmiliam ſtravit,
pontemque refecit Æmilium. Proximo anno cen-
ſores creati Q. Fabius Max. Allobrogicus, & C.
Licinius Geta, hunc principem ſenatus legerunt,

& tribus aliis lnſtris alii cenſores, qnoad mortuus eſt. Augurem quoque fuiſſe proditum eſt. Hujus uxor fuit Cæcilia L. Metelli Delmatici filia, quæ poſtea L. Sullæ Felici Dictatori nupſit, neque ſatis pudica credita eſt. Filios ea ea reliquit M. Scaurum, qui inſignem Ædilitatem curulem obiit, ac prætor Sardiniam obtinuit, quem Cicero reum repetundarum defendit, & filiam Æmiliam, quæ prius ex M. Acilio Glabrione viro conſulari ejuſdem nominis filium procreavit, & poſtea Cn. Pompejo Magno nupſit. Tertiam vero Muciam ejuſdem Pompeii uxorem, quæ ſoror Q. Metelli Nepotis dicta eſt, duxit M. Scaurus filius, & ea ea filium procreavit, qui frater filiorum Pompeii fuit, ut ipſe frater filiorum L. Sullæ Fauſti, & Fauſtæ, de quibus paullo ante dictum eſt, fuit. Præter hos omnes, in faſtis Verrii Flacci tertiis ludis ſæcularibus, qui ann. DXVII. facti ſunt, M. Aimilius M. F. Magiſter Xvir cum M.
Livio Salinatore fuit. Hæc de his Æmiliis, qui an-
VII. te T. Cæſarem claruerunt. Poſt quæ tempora vix
quinque, aut ſex hujus tam illuſtris familiæ nomen
I. retinuere, qui conſulatus adepti ſint. Primus M.
Lepidus conſul cum L. Nonio fuit: hos exiſtimo
fuiſſe ann. DCCCXLVI. quo anno alii L. Nonium
Aſprenatem Torquatum, & Clementem, vel La-
II. teranum ſub Domitiano Imperat. produnt. Alter
eſt Æmilius Ælianus, qui cum L. Antiſtio vetere
Coſ. fuit ann. DCCCLXVIII. ſub Nerva Imper.
III. Tertius Æmilius Juncus, qui cum Julio, vel Ati-
IV. lio Severo conſul ſuffectus fuit ex Kalend. Jul. ſub
Commodo Imper. ann. DCCCCXXXIV. Quar-
tus Æmilius Lætus, qui bis conſul fuit, prioris con-
ſulatus tempus ignoratur, credendum eſt ſuffectum
fuiſſe. Iterum conſul cum Anicio Cereali fuit ann.
XXXIII. poſt ſuperioris conſulatum ſub M. Anto-
V. nino Severi Imperat. filio. Quinctus Æmilius Pa-
pus conſul fuit cum C. Julio Arriano ſub Gordia-
VI. no Imperat. ann. DCCCCXCV. Sextus Fl. Æmi-
lius Coſ. fuit cum Fl. Viatore ann. CIↃCCXLVI.
ſub Anaſtaſio Imperat. His Æmilius Papinianus
præfectus prætorio juriſconſultorum princeps, qui
a M. Antonino Severi filio occiſus eſt, addatur.
Is ſolus Æmiliæ familiæ gloriam ſeneſcentem retinuit, & decoravit.

Antonia.

Antonia familia in duas gentes diviſa patriciorum, & plebejorum paucos habuit, qui magiſtratus majores, & honores fuerint adepti. Patricii duo *Merendæ* cognomento dicti, quorum alter T. Antonius Decemvir legibus ſcribendis fuit anno orbis CCCIII. Iterum anno proximo factus, propter ſcelus Appii Claudii collegæ abdicavit. Leges tamen XII. tabularum ab his, & aliis Decemviris conſcriptæ ſunt. Alter Q. Antonius hujus, ut creditur, filius tribunus militum fuit conſulari poteſtate anno CCCXXXI. Collegæ ejus fuerunt L. Manlius Vulſo Capitolinus, L. Papirius Mugillanus, L. Servilius Structus. Secutus eſt magiſter equitum M. Antonius, P. Cornelio Rufino Dictatore ann. CCCCXIX. quem ſuperioribus patriciis connumeraſſem, niſi me cognominis defectus, & prænomen Marci retardaret; & quod jam tum plebeii magiſtri equitum fierent poſt C. Licinium Calvum, qui primus e plebe magiſter equitum fuit ann. CCCLXXXV. Hic quoque Antonius, & Rufinus Dictator vitio creati abdicarunt. Plebeii poſt hunc ſex, conſulatus obtinuerunt ſeptem, cenſuras duas, triumphos duos, ovationem unam, magiſterium equitum unum, triumviratus reip. conſtituendæ duos. Hæc ante obitum Auguſti. Poſtea tres Imperatores Antonii Gordiani fuerunt, una Antonia Auguſta T. Claudii Imperatoris mater. Antonini Imperatores plures, ſed hi Æliam, & Aureliam familias exornarunt. Princeps hujus familiæ florente rep. M. Antonius fuit vir diſertiſſimus, quem Cicero multis laudibus exornat: hic prætor de piratis triumphavit ann. DCLI. conſul triennio poſt cum A. Poſtumio Albino, cenſor biennio ſequenti cum L. Valerio Flacco, occiſus eſt a L. Cinna conſule ann. DCLXVI. duos filios reliquit Marcum Triumviri patrem, & C. Antonium M. Tullii Ciceronis in conſulatu collegam ann. DCXC. qui quamvis Catilinam detecta conjuratione armis eſt perſecutus; tamen, ut conjurationis conſcius, & particeps damnatus eſt. Hic duas filias reliquit, quarũ alterã duxit M. Antonius frater patruelis, alterã Caninius Gallus ejus accuſator. M. Antonius Quæſtor C. Cæſaris in Gallia, poſtea Augur creatus eſt, ac paullo poſt Tribunus plebis C. Claudio Marcello L. Lentulo Coſ. ann. DCCIV. partes Cæſaris acriter defendens confugit ad ejus exercitũ, quod initium fuit belli civilis: biennio poſt eidem Cæſari Dictatori magiſter equitum fuit, & in quincto conſulatu, tertio deinde anno collega diadema regium Lupercalibus eidem obtulit, Lupercus ipſe, & conſul, Cæſar recuſavit. Occiſo Cæſare Idibus Martiis P. Cornelio Dolabella ſuffecto præclara decreta de abolenda dictatura, de oblivione rerum præteritarum, de actis Cæſaris confirmandis per ſenatum obtinuit. Sed poſtea potentiæ C. Cæſaris, & tyrannidis ſucceſſor eſſe concupivit, ac provincias Gallias cum exercitu obtinere. Tandem triumvir reip. conſtituendæ in quinquennium cum M. Æmilio Lepido, & C Julio Cæſare herede Dictatoris factus eſt. Brutum, & Caſſium interfectores Cæſaris perſecutus. Ovans urbem ingreſſus eſt, hoc titulo, quod pacem cum C Cæſare feciſſet ann. DCCXIV. Iterum in quinquennium renovatus eſt ei triumviratus, mox conſul iterum factus cum L. Scribonio Libone ann. DCCXIX. ipſis Kal. Jan. abdicavit, & in ejus locum factus eſt Sempronius Atratinus. Deſignatus tertio conſul in annum DCCXXII. hoſtis a Cæſare judicatus, non iniit: tandem cum Cleopatra Ægypti regina, ex qua liberos ſuſceperat eodem anno apud Actium victus ſe ipſum interemit. Fratres habuit Cajum, & Lucium, Lucio ſoli Pietatis cognomen inditum. Conſul fuit cum P. Servilio Vatia Iſaurico II. ann. DCCXII. Kal. Jan. triumphum egit ex Alpibus. Cenſor fuerat anno proximo cum P. Sulpicio Quirino, luſtrum tamen non fecerunt. Fuit etiam Publius Antonius conſul ſuffectus C. Cæſari Octaviano in ſecundo conſulatu, cum Kal. Jan. abdicaſſet, poſt conſulatum Lucii anno VIII. Ejus collega fuit L. Volcatius Tullus. Hunc ſuſpicor Marci filium, ut etiam

iam Julus Antonius fuit, qui conſulatum adeptus eſt cum Q. Fabio Max. ann. DCCXLIII. & propter adulterium cum Julia Auguſti filia occiſus eſt. Uxores Marci fuerunt tres, Antonia C. Antonii conſularis patrui ſui filia, quæ parum pudica fuit: Fulvia ex qua liberos procreavit, P. Clodii Pulchri prius inimici Ciceronis uxor, deinde C. Curionis filii. Tertia uxor Octavia major ſoror Auguſti, quæ prius C. Marcello nupſit, & liberis ſuſceptis ex ea, nupſit Antonio. Duæ natæ filiæ Antonia major, quæ L. Domitio Ahenobarbo avo Neronis Imp. nupſit: & Antonia minor, uxor Neronis Claudii Druſi Auguſti privigni, ex quibus Ti. Claudius Imperator natus, qui matrem, ut diximus, Antoniam Auguſtam appellavit, & ejus nomine pleroſque nummos ſignari juſſit. Filiam quoque ſuam is eodem nomine appellavit uxorem Cn. Pompeii Magni, ac poſtea Fauſti Syllæ nobiliſſimorum adoleſcentium. Mater Marci, & fratrum Julia ſoror L. Cæſaris viri conſularis poſt mortem viri P. Cornelio Lentulo Suræ nupſit, quem prætorem Cicero conſul propter conjurationem Catilinæ ex SC. occidi juſſit. Hac de cauſſa Cicero eum malle dicit victrici ſui, quam avunculi ſimilem eſſe. Julus Antonius, de quo paullo ante diximus, is eſt, ad quem Horatius carmen illud miſit, cujus initium eſt,

Pindarum quiſquis ſtudes æmulari
Jule ceratis, &c.

Is vero, aut alius Marci filius, & Fulviæ, uxorem duxit Marcellam C. Marcelli, & Octaviæ majoris ſororis Auguſti filiam, quam M. Agrippa, ut Juliam duceret Auguſti filiam, poſt obitum Marcelli prioris viri repudiavit. Erat autem Marcellus ejuſdem Marcellæ frater germanus. Cleopatra quoque M. Antonii & Cleopatræ reginæ filia nupſit Jubæ regi Mauritaniæ, ex qua Ptolemæus natus eſt. Alia filia Marci occiſo Cæſare filio M Lepidi nupſit. Mortuus eſt Marcus annos natus LVI. ſive LIII. ut Plutarchus aſſerit. Julus filium reliquit L. Antonium. Poſt Auguſti mortem ante Gordianos Imperatores duos tantum conſules Antonios invenio *Rufinos* cognomento. Alter M. Antonius, qui conſul fuit cum Ser. Octavio Lænate Pontiano ſub Hadriano Imperat. anno DCCCLXXXIII. Alter collega fuit Bruttii Præſentis II. Cos. ann. DCCCCV. ſub Pio Auguſt. quem *Antonium* dictũ fuiſſe non poſſumus certos teſtes afferre. Gordiani Imperatores tres fuere Maximi Imp. ſucceſſores, vel potius ejus tyrannidis vindices. Ex his duos *Africanos* cognominatos ſcimus, patrem, & filium, pecuniamque eorum nominibus ſignatam, in qua M. ANT. GORDIANVS AFR. conſcriptum eſſe videmus. Seni pater fuit Mettius Marullus, mater Ulpia Gordiana, ex Gracchorum genere patrem, ex Trajani cognatione matrem eſſe dicebat. Uxor Fabia Oreſtilla Antonii proneptis eſſe dicebatur. Ipſe multis voluminibus Antoninorum Auguſtorum res geſtas verſibus, atque ſoluta oratione conſcripſit, ſeque & liberos ſuos modo *Antoninos*, modo *Antonios* appellabat. Conſulatus duos pater geſſit, filius unum, omnes ſuffectorum fuiſſe credimus. Neque enim aliud expreſſum eſt, quam patrem priore conſulato collegam Antonini Caracallæ, poſteriore Alexandri Imp. fuiſſe. Imperium paucis diebus in Africa tenuerunt, filiuſque in prælio occiſus, pater octogenarius ſeipſum laqueo ſuffocavit. Tertius Gordianus ſenioris Africani ex filia nepos cum D. Cælio Balbino, & M. Clodio Pupieno Max. Auguſtis *Cæſar* dictus, illis occiſis, & Maximino Aug. ac Julio Maximo Cæſare *M. Antonius Gordianus Auguſtus* appellatus eſt. Tribuniciam poteſtatem ſexies, conſulatum bis obtinuit. Poſt Gordianos duos ſolum conſulares invenimus Fl. Antonium Marcellinum, qui cum Cœlio Probino Coſ. fuit ann. CIↃXCII. ſub tribus filiis Conſtantini Imp. & Fl. Antonium, qui cum Poſtumo Syagrio II. Coſſ. fuit ann. CIↃCXXXIII. ſub Gratiano, Valentiniano, & Theodoſio, anno autem Chriſti CCCLXXXII. Addam ad extremum, *Antonius* ab *Antone*, quem Vergilius *Anторem*, *Antonem* videtur appellaſſe, Herculis filio, aut ſocio originem duxiſſe, jactatum illis temporibus eſſe. Is erat illorum temporum error, ut ſuæ nobilitatis principes aut in deos, aut in heroas deorum nothos filios referrent.

AQUILLIA.

AQUILLIA duplex familia patriciorum, & plebejorum paucos habuit conſulares, & triumphales, aut aliis maximis honoribus uſos. Patriciorum vetuſtiſſima memoria eſt, M. Aquillium Quartumvirum, vel potius Duumvirum ſacris faciundis a Tarquinio Superbo in ſui culleo juſſum ob libros Sibyllinos evulgatos, ut Dionyſius ſcribit. Poſt hanc Aquilliorum, & filiorum L. Junii Bruti primi conſulis conjuratio, ut reges reſtituerentur. Primus conſul C. Aquillius Tuſcus, cujus collega fuit T. Sicinius Sabinus anno CCLXVI. Ovans de Herniceis in urbem rediit. Poſt centum uno minus annos L. Aquillius Corvus tribunus militum fuit conſulari poteſtate cum aliis quinque patriciis. Plebei tres conſulares, & triumphales fuerunt. Primus C. Florus M. F. C. I.
N. Coſ. fuit cum L. Cornelio Scipione: amboque conſules de Pœnoeis triumpharunt Scipio Coſ. Florus Procoſ. IIII. Non Octobr. ann. CDXCV.
Poſt hunc M. Aquillius M. F. M. N. cum C. Sem- II.
pronio Tuditano ann. DCXXIV. conſul fuit. Ambo etiam triumpharunt, Sempronius in conſulatu de Japudibus, Aquillius ex Aſia III. Non. Novembr. ann. DCXXVII. proconſule. Hujus filius M. Aquillius conſul fuit cum C. Mario quinctum Coſ. ann. DCLI. Ovans rediit Procoſ. de ſerveis fugitiveis ex Sicilia poſt biennium M. Antonio Coſ. qui ejus patrocinium poſtea ſuſcepit, atque eum defenſione accurata a magnis criminibus liberavit. Pater hic fuit, ut Aſconius ait Cn. Cornelii Lentuli Suræ, qui conſul fuit cum P. Aufidio Oreſte ann. DCXXCII. Sed poſtea ſenatu a cenſoribus motus iterum prætor fuit Cicerone conſule, & a ſenatu abdicare coactus ob conjurationem Catilinæ occiſus eſt. Uxorem habuit Juliam L. Cæſaris ſororem M. Antonii Triumviri matrem. Sed de
hoc in Cornelia dicemus: inſertus enim eſt adoptio- III.
ne in eam familiam. Addendus eſt his C. Aquillius Gallus juris conſultus clariſſimus, qui prætorius

fuit,

ſuit, apud quem Cicero cauſas egit. Tempore Au-
guſtorum duos, treſve conſulares invenio M.
Aquilium C. F. Julianum, qui Coſ. fuit cum P.
Nonio Aipsenate Torquato ſub Caligula ann.
DCCXCI. & Q. Aquillium Sabinum, qui bis
conſul fuit ſub Caracalla, prioris, conſulatus colle-
ga fuit. Silius Meſſalla ann. DCCCCLXVI. po-
ſterioris Sex. Aurelius Anullinus poſt biennium.
Tertius eſt Aquillius Orfitus, qui cum Sex. Late-
rano Coſ. fuit anno .... Fuit etiam unica Au-
guſta Julia Aquillia Severa Elagabali Antonini
uxor, quam virginem Veſtalem fuiſſe Dion te-
ſtatur.

A t i l i a.

Atilia duplex familia patriciorũ, qui *Longi* dicti
ſunt; & plebejorũ, qui *Reguli*, & *Sarrani*, & *Calati-
ni*, & *Bulbi* ſunt appellati. *Longi* duo tantum ambo
eodem prænomine, tribuni militũ conſulari poteſta-
te, quorum alter primus creatus eſt in eo magiſtratu
cum collegis A. Sempronio Atratino, T. Clœlio
Siculo, ſed ut vitio facti abdicarunt, & pro eis con-
ſules facti L. Papirius Mugilanus, L. Sempronius
Atratinus ann. CCCIX. Alter L. Atilius K. F.
K. N. bis tribunus mil. fuit, ann. CCCLIV. &
I. CCCLVII. Reguli ſex, conſulatus obtinuerunt
novem, cenſuram unam, triumphos tres. Primus
M. Atilius M. F. conſul fuit cum M. Valerio Cor-
II. vo IV. anno CDXVIII. Hujus filius eſſe creditur
M. Atilius M. F. M. N. qui conſul fuit annô
CDLIX. cum L. Poſtumio Megello II. amboque
conſules triumpharunt, Poſtumius de Samnitibus,
Etruſceis VI. Kal. April. Regulus de Volſonibus, &
III. Samnitibus V. Kal. Tertius fuit princeps ille fa-
miliæ M. Atilius M. F. Lucii, vel Auli nepos;
Verrius enim inconſtans in hoc eſt: hunc bis con-
ſulem, & triumphalem Cicero appellat, qui ca-
ptus a Carthaginienſibus, & miſſus ab eis, ut ca-
ptivi redimerentur, aut permutarentur, ſuaſit ſe-
natui, ut neutrum facerent, & ad certam mortem,
atque cruciatus in Africam reverſus eſt. Primum
conſulatum geſſerat cum L. Julio Libone, & ambo
Coſſ. de Sallentineis triumpharunt VIII. Kalend.
Feb. ann. CDXXCVI. In ſecundo conſulatu ſuf-
fectus eſt Q. Cædicio in eo magiſtratu mortuo, cu-
jus collega fuit L. Manlius Vulſo Longus, unde-
cimo anno poſt priorem conſulatum, in quo inſi-
gnem victoriam, ſæpius in Sicilia, & Africa de
Pœneis reportaverat. Hujus uxor Marcia, filius
Serranus a Silio Italico appellantur, quos ait dure,
atque aſpere ab eo fuiſſe rejectos: veritus enim eſt,
ne eorum caritate fidem, ac jusjurandum violaret.
IV. Quartus eſt C. Atilius M. F. M. N. illius, ut cre-
ditur filius, quem etiam Serranum appellant, qui
Coſ. fuit anno proximo ante ſuperioris ſecundum
conſulatum, cum Cn. Cornelio Blaſione II. nava-
lemque egit de Pœneis triumphum in conſulatu.
Iterum conſul fuit ann. DIII. cum L. Manlio Vul-
V. ſone Longo II. Quintus M. Atilius M. F. M. N.
ſuperioris fortaſſe frater conſul fuit cum P. Valerio
Flacco ann. DXXVI. iterum conſul ſuffectus C.
Flaminio ab Hannibale occiſo anno ſecundo belli
Punici ſecundi, poſt alterum conſulatum anno X.
eorum collega fuit Cn. Servilius Geminus. Cen-
ſor triennio poſt cum P. Furio Philo, qui in hoc
honore mortuus eſt, Regulus abdicavit. M. Me-
tellum Quæſt. alioſque equites Romanos, qui de-
ſerere Italiam juraverant poſt Cannenſem pugnam
ærarios retulerunt. Sextus eſt C. Atilius M. F. VI.
M. N. quem ſuperioris filium fuiſſe arbitror. Hic
conſul fuit an. DXXVIII. qui primus fuit belli
Gallici Ciſalpini, cum L. Æmilio Papo. Serrano-
rum gens tres habuit conſulares, quos etiam in-
venio *Sarranos*, & *Saranos* appellatos, quaſi *Ty-
rios*, vel *Punicos* dixeris. Pœnos Sarra oriundos
Ennius dixit, hoc eſt Tyro. Inde *Sarranæ tibiæ*,
Sarranum oſtrum. Sic ortos a Regulo captivo, qui
apud Pœnos occidi maluit, quam apud ſuos vive-
re, *Sarranos* fortaſſe dixerunt. De Cajo filio in VII.
Regulis dictum eſt. Ejus, ut arbitror, nepos A.
Atilius C. F. C. N. conſul fuit cum A. Hoſtilio
Mancino an. DXXCIII. belli Perſici anno ſecun-
do. Poſt hunc Sex. Atilius, qui Cos. fuit anno
DCXVII. Cum P. Furio Philo. Sunt, qui putent
hunc M. F. quod titulus inveniatur cujuſdam Sex.
Serrani M. F. Procos. ſed quia incertum eſt eun- VIII.
dem eſſe, pro certo non accipio. Sequitur C. Ser-
ranus, qui Conſul fuit cum Q. Servilio Cæpione
ann. DCXLVII. quibus conſulibus M. Cicero na-
tus eſt III. Non. Jan. ut Gellius ſcribit. Calati-
num unum inſignem virum conſularem bis inve-
nio, & triumphalem: idem dictator, & cenſor fuit
tempore belli Punici primi. A. Atilius A. F. C. N.
a Verrio appellatur. Priorem conſulatum egit cum
Q. Sulpicio Paterculo ann. CCCCXCV. ambo tri-
umpharunt Sulpicius in conſulatu de Pœneis, &
Sardeis, Atilius Pr. vel Procos. ex Sicilia de Pœ-
neis XIV. Kal. Febr. poſt conſulatum. Iterum
Cos. fuit cum Cn. Cornelio Scipione Aſina ite-
rum Cos. ann. CDXCIX. & poſt quinquennium
dictator rei gerundæ cauſſa Magiſtrum equitum
dixit L. Cæcilium Metellum. Cenſor biennio
poſt factus eſt cum A. Manlio Torquato luſtrum
fecerunt XXXVIII. Uxor hujus exiſtimatur Fa-
bia Q. Fabii Max. Rulliani filia. Paupertas ejus
maxima; ex aratro ad honores vocatus eſt; unde
fortaſſe cognomen inditum, *Calare* enim *vocare*
eſt, ut ex kalendis, & calatis comitiis cognoſci-
mus. Huic poſitum fuiſſe elogium ad portam Ca-
penam Cicero refert: „ Uno ore cui plurimæ con-
„ ſentiunt gentes populi primarium fuiſſe virum “.
Balbus unus C. Atilius A. F. A. N. Coſ. fuit ann.
DVIII. cum M. Fabio Buteone. Iterum Coſ. de-
cennio poſt cum T. Manlio Torquato. Quibus con-
ſulibus populo Rom. ubique parta Janus iterũ clau-
ſus eſt. Primum vero Numa rege claudi cœpit. Ter-
tio Auguſto Imperatore V. Coſ. quarto Aug. IX.
Coſ. quincto Nerone Imperat. III. Coſ. ſexto Ve-
ſpaſiano Aug. III. Coſ. Sed nos ad Atilios reverta-
mur. Imperatorum temporibus quattuor tantum
reperio conſulares Atilios. Primus eſt M. Regulus
Coſ. ſuffectus ex Kal. Jul. cum C. Fontejo Capito-
ne ann. DCCXX. Secundo Auguſti conſulatu. Al-
ter eſt M. Atilius Metilius Bradua, qui Coſ.
fuit cum Appio Annio Trebonio Gallo anno
DCCCLX. ſub Trajano Imperat. Ejuſdem nomi-
nis alter Bradua cum Triario Materno Coſ. fuit
ann. DCCCCXXXVII. ſub Commodo Imperat.
Ite-

Iterumque poſt ſex annos cum Caſſio Aprouiano.
Quartus Atilius eſt, quem alii *Julium* appellant
Severi cognomento Coſ. ſuffectus fuit cum Æmi-
lio Juuco ann. DCCCCXXXIV. ſub eodem
Imp.

A u r e l i a.

Aurelia familia prius *Auſelia* dicta a Sole Sa-
bina origine, & plebeja tribus cognominibus di-
ſtincta eſt: Cottarum, Oreſtarum, & Scaurorum.
Cottæ ab anno D. urbis ad DCC. ſeptem habuit
conſulares, quorum unus bis conſul fuit, duo cen-
ſores, unus magiſter equitum, unus triumphalis,
Oreſtæ eiſdem temporibus tres conſulares; unus
etiam triumphalis. Scaurus unus conſularis. Hæc
florente republica. Poſtea multis Imperatoribus il-
luſtris reddita eſt. Nam propter adoptionem Ha-
driani T. Aurelius Antoninus, qui poſtea *Pius* ap-
pellatus eſt, *T. Ælius Antoninus* dictus, & quos
I. ipſe adoptavit, M Aonius, & L. Cejonius *Aure-
lii Antonini* appellati ſunt, & poſt eos Commo-
dus M. F. item Caracalla Septimii Severi filius, &
Elagabalus *M. Aurelii Antonini* dicti ſunt. Seve-
rus quoque Alexander, Valerianus, Claudius,
Quintillus, Aurelianus, Probus, Carus, Carinus,
Numerianus, Diocletianus, Maximianus, Con-
ſtantius, Severus, Maxentius, Conſtantinus Ma-
xim. & Licinius *Aurelii* fuerunt appellati. Primus
C. Cotta L. F. C. N. Coſ. fuit cum P. Servilio Ge-
mino, & ſolus triumphavit Idib. April. anno
DI. de Pœneis, & Siculeis. Iterum cum eodem col-
lega poſt quadriennium Coſ. fuit. Cenſor cum N.
Fabio Buteone ſeptimo deinde anno, luſtrum fe-
cerunt XXXIX. Magiſter equitum fuit C. Duilio
dictatore comitiorum habendorum cauſa anno
II. DXXII. Alter C. Cotta C. F. C. N. ſuperioris,
ut creditur, filius Coſ. fuit cum P. Sulpicio Galba
III. Max. II. anno primi belli Philippici hoc eſt anno
DLIII. Poſt hunc L. Cotta fuit cujus parentes
IV. ignoramus, Coſ. cum Ser. Sulpicio Galba ann.
DCIX. Quartus L. Cotta ſuperioris, ut creditur,
V. filius Coſ. fuit cum L. Cæcilio Metello Calvo
ann. DCXXXIV. Quinctus C. Aurelius M. F.
Coſ. cum L. Octavio ann. DCLXXVIII. Huic
triumphus decretus erat, ſed ob reſciſſam cicatri-
cem prius mortuus eſt. Laudatur, ut diſertus a
Cicerone, ejuſque leges aliquot fuerunt. Hujus
VI. mater Rutilia P. Rutilii conſularis viri ſoror et-
iam laudatur. Sextus Marcus ſuperioris frater Coſ.
VII. fuit anno ſequenti cum L. Licinio Lucullo Septi-
mus L. Cotta ſuperiorum duorum frater Coſ. ann.
DCXXCVIII. cum L. Manlio Torquato, da-
mnatis competitoribus jam deſignatis P. Cornelio
Sulla, & P. Autronio Pæto. Cenſor idem anno
proximo cum Q. Cæcilio Metello Pio, quo mor-
tuo, Catia abdicavit. Oreſtæ omnes eodem præ-
nomine uſi ſunt, ex quibus primus L. Oreſtes L.
F. L. N. Coſ. fuit ann. DXCVI cum Sex. Julio
Cæſare. Alter Coſ. ann. DCXXVII. cum M.
Æmilio Lepido, quibus Coſ. ludi ſæculares
quarti facti ſunt. Hic ſuperioris filius fuit,
triumphavit Procos. ex Sardinia VI. Iduum
Decembr. poſt triennium. Tertius ſuperioris
filius in conſulatu collega fuit C. Marii III.
Coſ. & in eo magiſtratu mortuus eſt anno
DCL. Scaurus unicus M. Aurelius Coſ. ſuffe-
ctus fuit ann. DCXLV. collegæ Ser. Sulpicii Gal-
bæ, quem quidam arbitrantur fuiſſe L. Horten-
ſium patrem Q. Hortenſii oratoris, eundemque
antequam iniret conſulatum, damnatum eſſe. Ha-
ctenus Aurelios conſulares retulimus, qui ante
Cæſarum imperium vixerunt. Nunc de iis, qui
ſub eis, aut de ipſis Aureliis Auguſtis paucis per-
ſtringam. Ante T. Antonini Pii tempora unum
tantum reperio, qui non fuerit ex ejus parentibus
M. Aurelium M. F. M N. Cottam Coſ. is conſul
fuit cum M. Valerio Meſſalla ann. DCCLXXII.
ſub Ti. Cæſare. Hunc Meſſallam matre Aurelia
fuiſſe ex Cottarum ſtirpe Ovidius auctor eſt. Au-
relia quoque matre natus eſt C. Julius Cæſar dicta-
tor C. Cottæ filia M. Cottæ avus M. Cotta con-
ſul, de quo ſupra diximus. Ceteri conſulares ex
Fulvorum familia, quæ in Gallia Tranſalpina in
Colonia Nemauſenſe fuerat, ex ea ortus T. Aure-
lius Fulvus avus Pii Antonini Imperatoris bis con-
ſul, & Præfectus Urbi fuit. Priore conſulatu colle-
ga Domitiani Imp. in undecimo ejus conſulatu
ann. DCCCXXXVII. poſteriore A Sempronii
Atratini poſt quadriennium ſub eodem Imp. Hu-
jus filius eodem nomine conſul etiam fuit, ſed quo
tempore incertum eſt, ſuffectus fortaſſe, aut ho-
noris titulo contentus homo, ut ait Capitolinus
triſtis & æger. Hic Arriam Fadillam duxit Arrii
Antonini bis conſulis, & Boviniæ, vel Bojoniæ
Procillæ filiam. Ex hac natus eſt T. Aurelius Ful-
vus Bojonius Antoninus, qui antequam adoptare-
tur ab Hadriano Imp. Coſ. fuit cum L. Catilio Se-
vero ann. DCCCLXXII. adoptatus eſt poſt obi-
tum L. Ælii Cæſaris ea conditione, ut filium Lu-
cii, & M. Annium Verum ſibi filios adoptaret: is
fuit ann. DCCCXC. ultimus Imp. Mater poſt pa-
tris obitum Julio Lupo conſulari viro nupſit, ex
ea Julia Fadilla nata eſt ſoror uterina Pii. Uxorem
habuit Anniam Fauſtinam, quæ poſtea *Auguſta*,
& poſt obitum *Diva Fauſtina* dicta eſt, filiam
Annii Veri avi Marci Imperatoris, qui etiam ge-
ner, & filius Pii fuit. Nam Fauſtina minor, quæ
etiam *Auguſta*, & *Diva Fauſtina Pia* appellata
eſt, Pii filia fuit, Marci uxor: major Pii filia La-
miæ Silano nupſit. De Tito, quod in Æliam fa-
miliam inſertus ſit, in Ælia diximus. Marcus ex
Annia familia in Aureliam tranſlatus, ſub Pio
Cæſar dictus tres conſulatus obtinuit, ac Tribuni-
ciam poteſtatem XV. Pontificatum, & Proconſu-
latum. Poſt obitum Pii cum L. Aurelio Vero fra-
tre adoptivo, eodemque genero ſuo Lucilla filia,
quæ poſtea *Auguſta* dicta eſt, ei collocata annos
VIII. & amplius imperavit; poſtea Commodum
filium *Cæſarem Auguſtum* appellavit, & cum fi-
lio, aut Cæſare, aut Auguſta ultra annos decem
imperavit. Imperator decies dictus eſt Trib. po-
teſt. XXXIIII. accepit. L. Verus vivo Pio Aug.
patre adoptivo bis conſul fuit, & *Cæſar* dictus
eſt. Poſt obitum Pii cum Marco *Auguſtus* dictus,
Pontifex fuit, Imperator quinquies, Tribuniciam
poteſt. novies accepit, conſulatumque tertium
obtinuit. Ambo fratres poſt obitum *Divi* appel-
lati ſunt. M. Aurelius Commodus Marci filius *Cæ-
ſar*.

ſar vivo L. Vero appellatus eſt. Poſt obitum Veri annis aliquot exactis Tribuniciam poteſtatem, ac deinde *Auguſti* nomen accepit: conſul bis fuit vivo patre, Pontifex, Imperator quater, Trib. poteſt. ſexies accepit. Poſt mortem patris Pont. Max. conſul VIII. Tribun. poteſt. XVIII. Imp. VIII. dictus occiſus eſt. Indignus tanto patre filius. His temporibus duos conſulares Aurelios invenio, quorum alter M. Aurelius Severus Cethegus Coſ. fuit cum L. Junio Claro ann. DCCCCXXII. poſt obitum L. Veri ſub Marco ſolo. Imp. alter M. Aurelius Claudius Pompejanus poſt annos tres Coſ. fuit cum Cn. Claudio Severo II. Hic gener Marci fuit. Non longe ab interitu Commodi L. Septimius Severus imperium obtinuit, hic ſe Marci filium mentitus eſt, & filium ſuum *M. Aurelium Antoninum* appellari voluit, ac Cæſarem, Pontificem, & mox Auguſtum fecit, Cos. III. Imp. II. Tr. Poſt. XIIII. vivo patre: eo defuncto cum fratre P. Septimio Geta menſes fere tredecim, & poſtea ſolus annis V. & amplius imperavit. Hoc tempore Pont. Max. Cos. IIII. Tr. Pot. XIX. Imp. III. appellatus eſt. Hic a multis ſcriptoribus *Caracalla* dicitur, ab aliquibus *Magnus Antoninus*. Hoc tempore duos conſulares fuiſſe Aurelios reperi, M. Aurelium Claudium M. F. Pompejanum, qui Cos. fuit cum Lolliano Avito ann. DCCCLXI. ſub Severo, & Antonino Impp. Hic nepos M. Aurelii philoſophi fuit ex Lucilla filia majore. De patris conſulatu ſupradictum eſt. Iterum conſul fuit, ſed tempus incertum eſt. Alterum Aurelium invenio Sex. Anullinum Cos. cum Q. Aquillio Sabino II. anno DCCCCLXIX. ſub eodem Antonino Imperatore. Occiſo Antonino, & paullo poſt Macrino Sacerdos dei Elagabali *Imperator M. Aurelius Antoninus* appellatus eſt: is ſe Antonini filium finxit. Pont. Max. Tr. Pot. IIII. Cos. IIII. occiſus eſt. Succeſſor ejus fuit M. Aurelius Severus Alexander frater conſobrinus ſuperioris, quamvis hic etiam ſe Antonini Magni filium diceret: mater huic Julia Mamæa Auguſta, vel Chriſtiana, vel Chriſtianorum patrona: matertera Julia Sœmias Auguſta mater Elagabali, avia Julia Mæſa Auguſta vivo fratre *Cæſar* appellatus eſt, & conſul fuit, poſtea Pont. Max. Tr. Pot. XIV. Cos. III. occiſus eſt, optimuſque Imp. fuit, ut frater omnium turpiſſimus. His temporibus, & ſequentibus uſque ad Valerianum Imp. hos conſulares invenio. Primus eſt M. Aurelius Aug. Lib. Eutychianus Comazon, qui ter conſul fuit: primo conſulatu ſuffectus cum Elagabalo Imp. ann. DCCCCLXX. Iterum Cos. cum eodem III. Cos. poſt biennium. Tertii conſulatus tempus incertum eſt. Alter M. Aurelius Claudius Pompejanus, ejus, ut creditur, de quo antea locuti ſumus, filius Cos. fuit anno DCCCCXXCIII. ſub Alex. Imp. Iterum Cos. decennio poſt collega Gordiani Tertii Imp. in ſecundo conſulatu. Valerianus Imp. multis nominibus appellatus eſt. *P. Aurelius Licinius Valerius Valerianus*, cenſor fuit ſub Decio Imp. ſine collega, luſtrum non fecit: cum Gallieno filio anno VII. imperavit. Pont. Max. Trib. Pot. VII. Cos. IIII. captus a Perſis eſt. Filios ſunt, qui etiam *Aurelios* appellent, ſed eos in Licinia, ut Licinios referemus. Eodem tempore M. Aurelius Memmius Fuſcus Cos. fuit cum Pomponio Baſſo ann. CIↃX. M. Aurelius Victorinus pater, & Victorinus filius Imperatores dicti tyrannis recenſentur. M. Aurelius Flavius Claudius Imperator in Claudia referendus. M. Aurelius Quintillus Imp. Claudii frater dies XVII. imperavit. L. Domitius Aurelius Valerius Aurelianus Imp. in Domitia collocandus. M. Aurelius Gordianus Cos. ſuff. ſine collega ex Kal. Febr. in interregno occiſo Aureliano Imp. ann. CIↃXXVII. M. Aurelius Valerius Probus, hic ſe Aurelium in ære ſignato aſſerit. Pont. Max. Trib. Pot. VI. Cos. V. occiſus eſt. M. Aurelius Carus Imp. a quibuſdam etiam *Manlius Aurelianus* dicitur Carinum, & Numerianum filios Cæſares fecit Cos. II. Trib. Pot. II. Pont. Max. mortuus eſt. Filii Imp. ann. I. eodem, quo pater, prænomine Aurelii Cos. II. Carinus Pont. Max. fuit, Numerianus Pontif. ambo Trib. Pot. ſemel obtinuerunt. C. Aurelius Valerius Diocletianus imperavit ſolus annos duos, & cum M. Aurelio Valerio Maximiano ann. XVIII. & Diocletianus Pont. Max. Trib. Pot. XX. Cos. IX. ac Maximianus Pontif. Trib. Pot. XIIX. Cos. VIII. abdicarunt relicto imperio M. Aurelio Flavio Valerio Conſtantio, & C. Galerio Valerio Maximiano, quos antea Cæſares creaverant. Conſtantius Pont. Max. Trib. Pot. XVI. Cos. VI. mortuus eſt. His temporibus duo conſulares fuerunt M. Aurelius Maximus, qui conſul fuit cum Pomponio Januario ann. CIↃXXXIX. ſub Diocletiano, & Maximiano Impp. & M. Aurelius Aſclepiodotus, qui cum Afranio Hannibaliano Cos. fuit anno CIↃXLIII. eiſdem Auguſtis. Hic præfectus Prætorio Britannias recuperavit. Conſtantii, & Maximiani Jun. tempore C. Galerius Maximinus & M. Aurelius Severus *Cæſares* appellati ſunt. Mortuo Conſtantio Conſtantinus filius cum Maximiano, & M. Aurelio Maxentio Maximiani Sen. filio imperium tenuerunt. Conſtantinum ſunt, qui *C. Aurelium Valerium Flavium Conſtantinum* appellent, ac Licinium ejus
collegam *C. Aurelium Valerium Licinianum Licinium*. I.
Hoc tempore L. Aurelius Symmachus Coſ.
fuit cum Ovinio Gallicano ann. CIↃXXCI. ſub
Conſtantino Imp. & M. Aurelius Xenophilus Coſ. II.
cum Fl. Valerio Delmatio, qui poſtea *Cæſar* ap-
pellatus eſt triennio poſt ſuperiorem. Poſt quem III.
Sex. Aurelius Victor, cujus exſtat epitome hiſto-
rica Cæſarum Coſ. fuit cum Julio Felice Valenti-
niano ann. CIↃCXX. ſub Valente Valentiniano & IV.
Gratiano Imperatorib. Secutus eſt L. Aurelius L.
F. Avianus Symmachus inſignis orator, cujus
exſtant epiſtolæ, & orationes aliquod illis tem-
poribus diſertiſſimæ, hoc tempore parum gra-
tæ. Coſ. fuit cum Ti. Fabio Titiano ann.
CIↃCXLIII. ſub Theodoſio, & Arcadio Impp.
Hic Præſ. Urbi, & annonæ; & Propræf. Præt.
Pontifex Major, & XV. Vir ſacris faciundis etiam
fuit. Hujus filius Q. Aurel. Symmachus Coſ. fuit V.
in Occidente cum Fl. Ætio magiſtro utriuſque
militiæ III. ann. CIↃCXCIIX. ſub Placidio Va-
lentiniano tempore Theodoſii Jun. Imp. Superio- VI.
ris

ris deinde filius Q. Symmachus Coſ. fuit in Occi-
dente ann. CIↃCCXXXVII. Sub Odovacre tem-
VII. pore Zenonis Imp. Secutus eſt M. Aurel. Caſſiodo-
rus Senator, cujus exſtant præclara monumenta
Coſ. fuit in occidente ſub rege Theodorico ann.
VIII. CIↃCCLXVI. hoc eſt Chriſti DXIV. tempore
Anaſtaſii Imp. Poſtremus Q. Aurelius Anicius
Symmachus ann. CIↃCCLXXIV. Coſ. fuit cum
genero Anicio Manlio Severino Boetio, viri ambo
doctiſſimi habiti ſunt tempore Juſtini Imp. in oc-
cidente ſub dicto Rege.

CÆCILIA.

Cæcilia gens plebeja, ſed nobilis, ex qua Me-
tellorum familia non ante CDLXX. fere annum
conſulatum adepta, intra annos CCXC. Pontifica-
tus Maximos quattuor, Dictaturas duas, Princi-
patus ſenatus tres, Cenſuras ſeptem, Triumphos
novem, Conſulatus XX. Magiſteria equitum
duo, viri XIX. adepti ſunt. Ante hæc tempora
Caja Cæcilia Tanaquil Tarquiniis cum Priſco De-
marati Corinthii filio Romam migravit, Etruſcæ
diſciplinæ perita viro regnum augurata eſt. Ab ea
boni ominis cauſſa mulieres omnes *Cajæ* dictæ
ſunt. Qua de cauſſa omnes liberti mulierum, ſe
Cajæ libertos in titulis monumentorum his notis
aſſerunt: Q. CÆCILIVS. Ↄ. L. EROS. Poſt Reges exa-
ctos Q. Cæcilius ann. CCCXIV. tribunus plebis
I. fuit. Primus conſul L. Metellus C. F. cum C. Ser-
vilio Gemino Tucca ante bellum Tarentinum an-
no tertio: in magiſtratu a Senonibus Gallis occiſus
eſt, & in ejus locum M. Curius Dentatus II. Coſ.
factus. Hunc *Dentonem*, vel *Dentricem* quidam
appellant, quod cognomen ab aliis Cæciliis ali-
II. quando uſurpatum eſt. Alter princeps familiæ ſine
ulla dubitatione L. Metellus L. F. C. N. bis con-
ſul, dictator, Pont. Max. magiſter equitum, de-
cemvir agris dandis, vir triumphalis clariſſimum
Metellorum nomen reddidit. Priori conſulatu,
quem cum C. Furio Pacilo egit, anno DII inſi-
gnem victoriam in Sicilia de Pœnis adeptus eſt,
ac de eis triumphavit Procoſ. VII. Idus Septembr.
anno proximo. Primus elephantos duxit in trium-
pho, neque quiſquam plures: erant autem CXL.
Biennio poſt magiſter equitum fuit A. Atilio Ca-
latino Dictatore. Tum primum dictator extra Ita-
liam profectus eſt. Iterum Coſ. fuit cum N. Fabio
Buteone anno DVI. poſt quadriennium Pontifex
Maximus factus eſt, eique ſacerdotio duos, & vi-
ginti annos præfuit. Dictator comitiorũ cauſſa ann.
DXXIX. Numerium Fabium collegam magiſtrũ
equitum dixit. Palladium ex incendio in templo
Veſtæ exorto eduxit, cæcuſque factus eſt. Curru
in ſenatum veniens utebatur. Centeſimum annum
III. agens moritur. Hujus filius Q. Cæcilius, qui pa-
trem in funere laudavit, & orator aliquo in nume-
ro fuit, ſed & L. Metellus, qui Quæſtor fuit ann.
DXXXIX. & anno proximo tribunus plebis, qui-
que poſt Cannenſem cladem auctor deſerendæ Ita-
liæ fuerat, niſi a Scipione Africano interpellatus
fuiſſet; nec non M. Metellus, qui prætor fuit ann.
DXLVII. ejuſdem filii eſſe creduntur. Quinctus
eodem anno Coſ. fuit cum L. Veturio Philone,
magiſter equitum fuerat M. Livio Salinatori eo-
rumdem comitiorum habendorum cauſſa. Proximo
anno poſt conſulatum dictator comitiorum cauſſa
dictus Philonem collegam magiſtrum equitum fe-
cit. Hujus filii duo major paterno prænomine poſt- IV.
ea *Macedonicus* dictus eſt, minor *L. Metellus*
Calvus. Fuit etiam iiſdem temporibus L. Cæcilius V.
Metellus Denter, qui prætor fuit ann. DLXX.
cujus parentes ignoramus, ſed potuit illius L. Me-
telli filius eſſe, qui Tr. Pl. fuit ante annos XXX.
Macedonici felicitatem multi laudarunt. Nam con-
ſul, cenſor, augur ac triumphalis, & duobus lu-
ſtris princeps ſenatus, filius, & nepos conſularium,
atque illuſtrium virorum filios, & nepotes habuit
conſulares, & triumphales multos. Ante conſulatum
proprætore triumphavit ex Macedonia de Andri-
ſco Pſeudophilippo ann. DCVII. quo anno Afri-
canus Æmilianus ex Africa Procos. conſulatum
triennio poſt adeptus eſt cum Ap. Claudio Pul-
chro: anno proximo Calvus frater cum Q. Fabio
Maximo Serviliano. Cenſuram ambo fratres obti-
nuerunt, Macedonicus cum Q. Pompejo Rufo,
plebejuſque tum primum uterque cenſor fuit ann.
DCXXII. Calvus poſt quinquennium cum L.
Calpurnio Piſone Frugi, qui luſtrum non fece-
runt: illi fecerunt LIX. unum in vita periculum
cenſor ſubiit Macedonicus, quod C. Atinium La-
beonem Tr. Pl. ſenatu moverit; ab eodem enim
comprehenſus eſt, & obtorto collo in capitolium
ducebatur, ut e ſaxo præcipitaretur, niſi collegæ
auxilium tuliſſent: uxores ducendas eſſe diſerte in
cenſura populum admonuit. Cum Africano mino-
re inimicitias geſſit. Princeps ſenatus duobus luſtris
lectus eſt ann. DCXXIII. Balearico filio Cenſo-
re, & quinquennio proximo L. Metello Calvi F. VI.
Cenſore. Hujus filii quattuor Quinctus, Lucius,
Marcus, Cajus: filiæ tres, quarum una P. Corne-
lio Scipioni Naſicæ nupſit, qui Coſ. bello Jugur-
thino in magiſtratu mortuus eſt. Horum nepos
fuit Q. Metellus Scipio, de quo paullo poſt dice-
mus. Alteram duxit C. Servilius, ex qua P. Servi-
lius Iſauricus princeps ſenatus, & bis triumphalis
natus eſt. Q. Metellus Q. Macedonici filius ex tri-
umpho, ut pater, cognomen *Baliarici* conſecutus
eſt, quem egit poſt conſulatum, in quo habuit col-
legam T. Quinctium Flamininum ann. DCXXX.
Cenſor triennio poſt fuit cum Q. Servilio Cæpio-
ne, & luſtrum fecerunt LXI. Hujus filii Q. Me-
tellus Nepos, de quo poſtea, & Cæcilia Appii
Claudii viri conſularis uxor, ex quibus orti ſunt
Ap. Claudius vir conſularis & cenſorius, & P.
Clodius Trib. plebis. Alter Macedonici filius Lu- VII.
cius cognomen ex triumpho *Delmatici* aſſecutus
eſt, patrem, & fratrem imitatus antea *Diadematus*
dictus, ut quidam aſſerunt, ob frontem diu vitta
vel diademate obligatam. Conſul fuit cum Q. Mu-
cio Scævula & Procos. triumphum egit de Delma-
teis ann. DCXXXVII. Pontifex Maximus fuit
ann. DCLXIII. poſt Cn. Domitium Ahenobar-
bum. Hujus filii fuerunt Q. Metellus Creticus, &
Cæcilia M. Æmilii Scauri, qui princeps ſenatus
quater lectus eſt, uxor, quæ mortuo viro, filio, &
filia prius ex eo ſuſceptis nupſit L. Cornelio
Sullæ Felici Dictatori: & ex eo etiam filios peperit.
Tertius Marcus Macedonici filius Coſ. fuit cum VIII.
M.

M. Aimilio M. F. Scauro, quem generum fuiſſe
diximus L. Delmatici ann. DCXXXIIX. Ambo
conſulares triumpharunt, Scaurus in conſulatu de
Galleis Karneis, M. Metellus poſt biennium ex
IX. Sardinia. Quartus frater horum fuit C. Metellus
Caprarius cognomento, quem non conſulem, ſed
deſignatum vidit moriens pater cum Cn. Papirio
Carbone: hic etiam triumphavit in conſulatu eo-
dem die, quo Marcus frater ex Træcia. Quod tum
primum accidit, idque ſolum defuit paternæ felici-
tati, ut id videre poſſet. Hic etiam cenſor fuit, ut
quibuſdam placet ann. DCLI. cum Q. Metello
Numidico fratre patruele, luſtrum fecerunt
LXIV. Nunc Calvi ejus fratris liberos perſequa-
X. mur, L. Metellus Calvus L. Calvi filius Pontifex
Max. cenſor, & conſul fuit: collegam in conſula-
tu habuit L. Aurelium Cottam ann. DCXXXIV.
in Cenſura, quam quadriennio poſt geſſit, Cn.
Domitium Ahenobarbum luſtrum fecerunt LXII.
in quo princeps ſenatus lectus eſt Macedonicus, ut
antea retulimus. Pontificatum obtinuit mortuo
P. Mucio Scævola anno DCXXXIX. Hujus fra-
XI. ter fuit Q. Metellus *Numidicus* poſt victoriam, &
triumphum dictus bello Jugurthino. Conſul hic
fuit quinquennio poſt eum annum, quem proxi-
me retulimus Pontificatus fratris, cum M. Junio
Silano: de Jugurtha, & Numideis Procoſ. biennio
poſt triumphavit. Clariſſimus vir domi, militiæque
Cenſor quinquennio poſt triumphum cum C. Ca-
prario fratre patruele, ut antea diximus. Jurare
in Appulei Saturnini Tr. Pl. leges noluit, ob quod
exilium fortiter tulit. Saturnino occiſo lacrymis
filii, qui *Pius* hac de cauſa dictus eſt, revocatus
eſt. Sororem habuit Cæciliam parum pudicam
matrem L. Liciuli Lucalli, qui de Mithridate
XII. triumphavit. Q. Metellus Pius clariſſimus etiam
vir conſul, cenſor, Pontifex Max. & princeps ſe-
natus, ac triumphalis fuit L. Sullæ Felicis in ſe-
cundo conſulatu collega ann. DCLXXIII. pro-
pter affinitatem ejus partes ſecutus, nam Sulla
Delmatici, aut L. Calvi filiam, & ex ea liberos
ſuſceperat. Q. Sertorium in Hiſpania perſecutus
eſt adjutore Cn. Pompejo Magno, mortuo Serto-
rio a ſuis, Romam reverſi ambo ex Hiſpania
triumpharunt ann. DCXXCII. Pontificatum ante
undecim annos aſſecutus fuerat mortuo Q. Mu-
cio Scævola Princeps ſenatus lectus eſt LXVIII.
luſtro. Septimo poſt triumphum anno ſine liberis
XIII. mortuus eſt. Adoptivum filium heredem nominis
& familiæ reliquit nobiliſſimum virum P. Corne-
lium Naſicam P. Scipionis Naſicæ viri conſularis,
& Cæciliæ Q. Macedonici filiæ nepotem, cujus
mater Licinia L. Craſſi oratoris conſularis, & cen-
ſorii filia fuit. Hic poſt adoptionem *Q. Cæcilius Q.
F. Metellus Pius Scipio* appellatus eſt. Uxor huic
Lepida, de qua cum M. Catone contendit. Filia
Cornelia ante adoptionem nata clariſſimis nuptiis
bis celebratis infelici exitu virorum ſuperſtes. Nam
P. Craſſo prius, qui cum patre M. Licinio Craſſo
Divite a Parthis occiſus eſt, poſtea Cn. Pompejo
Magno, qui patris in conſulatu tertio collega fuit,
nupſit. Hunc conſulatum Magnus ſine collega
iniit dilatis comitiis contentionibus candidatorum
T. Milonis, & Metelli Scipionis, & P. Plautii
Hypſæi, quique eorum partes non ſine ferro age-
bant. Tunc P. Clodius ſeditionum princeps a Mi-
lone occiſus eſt. Ab Interrege Ser. Sulpicio Pompe-
jus primus creatus conſul ſine collega V. Kal.
Mart. iniit: collegam ſocerum Scipionem habuit
Kal. Sextil. Milo damnatus eſt. Bellum paullo
poſt inter Cæſarem, & Pompejum exarſit. Metel-
lus generum ſecutus, eiqua ſuperſtes in Africa,
ne in manus inimici veniret, ſe ipſum interemit.
Moriens cum a militibus Imperator quæreretur,
dixit; *Imperator bene ſe habet.* Redeo nunc
ad Macedonici nepotes. Q. Metellus Nepos Ba- XIV.
liarici filius cognomen id retinuit, quod nepos eſ-
ſet Macedonici. Conſul is fuit cum T. Didio T.
F. ann. DCLV. ab his lex *Cæcilia*, & *Didia* ap- XV.
pellata eſt. Hujus filius Q. Metellus Nepos, qui
Tribunus Pl. Ciceronem conſulatu abeuntem con-
cionem habere prohibuit, jurare tantum veteri
more permiſit prid. Kal. Jan. ann. DCXC. con-
ſul poſtea fuit cum P. Cornelio Lentulo Spinthe-
ro quinquennio poſt atque æquiorem ſe M. Cice-
roni ab exilio redeunti præbuit. Hujus uterina
ſoror Mucia *Tertia* dicta eſt Cn. Pompei, & poſt-
ea M. Scauri uxor. L. Delmatici Q. Metellus XVI.
filius *Creticus* poſtea conſul fuit an. DCXXCIV.
cum Q. Hortenſio oratore, triumphum egit poſt
ſeptem annos Procos. ex Creta. Hujus, ut credi- XVII.
tur frater, & in conſulatu ſucceſſor L. Metellus
conſul deſignatus mortuus eſt, Q. Marcius Rex
ſolus conſulatum geſſit. In Prætura ſucceſſor C.
Verris in Sicilia fuit. Horum etiam frater M. Me-
tellus de repetundis Prætor cognovit Cretico fra-
tre conſule. His etiam temporibus Q. Metellus XVIII.
Celer frater poſterioris Nepotis fuit, ſed germa-
nus, an uterinus, an patruelis incertum eſt. Mihi
uterinus fuiſſe videtur, quod eo tempore duo ger-
mani non eiſdem prænominibus utebantur: tum
etiam, quod cognomen ob celeritatem ludorum
poſt mortem patris accepit: id magis Q. Nepoti
debebatur, qui paternum cognomen retinebat,
utpote heredi, aut unico, aut maximo. Patrue-
les non fuiſſe indicat; quod ambo Q. F. dicuntur.
Prætor hic fuit Cicerone conſule, & conjuratio-
nis vindex. Conſul triennio poſt cum L. Afranio
ann. DCXCIII. Sunt, qui putent hunc Q. Me-
telli Celeris filium fuiſſe, qui Tribunus Pl. fuit
cum Q. Vario, ut Cicero in Bruto ſignificat: i-
dem & Pontifex, & Augur fuit. Hujus uxor Clo-
dia, ſive Claudia Appii, & Publii ſoror, de cujus
impudicitia multa Cicero in oratione pro M. Cæ-
lio Ruſo. Eam Appulejus a Catullo *Leſbiam* ap-
pellari ait, Plutarchus *Quadrantariam* vulgo co-
gnominatam. Fuit eiſdem temporibus L. Metel-
lus, qui C. Cæſari pecuniam ex ærario publico
efferenti Tribunicia poteſtate impedire conatus
eſt. Cujus parentes ignoramus. Poſtremus Metel- XIX.
lus ſub Auguſto fuit Q. Creticus Silanus Q. F.
Q. N. Cos. cum A. Licinio Nerva Siliano ann.
DCCLIX. Hæc de Metellis, quorum cognomen
militaris miniſterii eſſe docet Feſtus Attii carmi-
ne:

*Calones, famulique, metellique, catulæ-
que.*

Alii Cæcilii non conſulates fuerunt, ut Q. Cæ-

Google

cilios Niger ſiculus Quæſtor C. Verris, de quo multa Cicero in Divinatione in Verrem: & Q. Cæcilius T. Pomponii Attici avunculus, ejuſque ex teſtamento pater: vir avarus, & populo odioſus, ob cujus hereditatem Atticus *Q. Cæcilius Pomponius Atticus* dictus eſt, & filia Attici poſtea nata *Cæcilia Attica*, uxor M. Agrippæ ter Cos. ex qua Agrippina nata eſt uxor Ti. Claudii Neronis, qui *Ti. Cæſar* paullo poſt dictus eſt, & poſtea C. Aſinii Galli. De Q. Cæcilio Baſſo *in Philippica* XI. Ciceronis fit mentio: fortis is vir fuit adverſus barbaros. His omnibus antiquior fuit Q. Cæcilius Statius poeta comicus, cui primas præſertim in argumentis veteres detulerunt. Servus is fuit Ennii, & Plauti tempore. Poſt Auguſti obitum conſulares Cæcilios tres reperio omnes ſuffectos. Nam Cn. Cæcilius ſimplex cum C. Quinctio Attico ex Kal. Novembr. Cos. ann. DCCCXXI. ſub Vitellio Imp. C. Cæcilius Plinius C. F. C. N. Secundus Cos. fuit cum Cornuto Tertullo ex Kal. Sept. ſub Trajano Imp. ann. DCCCLII. Hic eſt, cujus epiſtulæ, & Panegyricus ad eundem Imperat. exſtant: patria Novocomenſis fuit: ejus avunculus C. Plinius ſecundus, qui naturalem hiſtoriam conſcripſit. Tertius eſt C. Cæcilius Claſſicus, qui biennio poſt cum Acilio Ruſo ex Kal. Juliis Coſ. ſuffectus fuit ſub eodem Imp.

Calpurnia.

Calpurnia familia origine Sabina, plebeja fuit,
multoſque habuit conſulares viros, cenſorios tres,
triumphalem unũ. Tribus cognominibus diſtinguitur,
Piſonum, Beſtiarum, & Bibulorum. Piſonũ alii
Frugi, alii *Cæſonini*, alii *Piſones* tantum, ſine alio
cognomine dicuntur. Ante obitum Auguſti undecim
I. conſulares Piſones invenio. Antiquiſſimus C. Piſo
C. F. C. N. Hic Prætor de Luſitaneis, & Celtibereis
ex Hiſpania triumphavit anno DLXIX. Conſul
fuit quadriennio poſt cum A. Poſtumio Albino,
& in magiſtratu mortuus eſt, in ejus locum
Q. Fulvius Cn. F. M. N. Flaccus Piſonis
privignus ſuffectus eſt. Ea de cauſſa ſuſpicio
orta eſt. Quartam Hoſtiliam uxorem matrem
Fulvii, Piſonem occidiſſe, & ob id da-
II. mnatam fuiſſe ferunt. Poſt hunc L. Piſo Cæſonius
C. F. C. N. Coſ. fuit ann. DCV. cum Sp. Poſtumio
Albino Magno. Hic ſuperioris filius, aut nepos,
& ut ex Ciceronis, & Aſconii verbis elicitur,
adoptivus potius, quam naturalis. Nam Cæſonium
quendam Gallum Placentiam veniſſe, ejuſque
filium Calventii Mediolanenſis filiam duxiſſe,
ex quibus L. Piſo nepos, aut pronepos hujus natus
ſit, in quem tota illa oratione, quæ *in Piſo-*
III. *nem* inſcribitur, invehitur. Tertius Cn. Piſo Coſ.
IV. cum M. Popillio Lænate ann. DCXIV. Quartus
Q. Piſo Coſ. quadriennio poſt ſuperiorem cum Ser.
V. Fulvio Flacco. Quinctus L. Piſo Frugi, hic primus
cognomen id ob frugalitatem accepit. Tribunus
Pl. fuit ann. DCIV. Coſ. poſt XVI. annos
cum P. Mucio Scævula Cenſor cum L Metello
Calvo ann. DCXXVII. luſtrum non fecerunt.
Legem Calpurniam de repetundis primam in tribu
VI. natu hic tulit. Sextus L. Piſo Cæſoninus ſuperioris

Cæſonini filius Coſ. fuit cum M. Livio Druſo ann.
DCXLI. Hic legatus occiſus eſt a Galleis cum
L. Caſſio Longino Coſ. poſt annos quinque. Septi- VII.
mus C. Piſo Frugi, qui filius, vel nepos fuit L. Pi-
ſonis Frugi, de quo antea diximus. Coſ. fuit anno
DCXXCVI. cum M. Acilio Glabrione. His tem-
poribus L. Piſo Frugi filius primi L. Piſonis Frugi
Prætor in Hiſpania obiit, & Cn. Piſo Cn. F. qui
conjurare cum Catilina, & P. Autronio ann.
DCXXCVIII. auſus eſt. Quæſtor Propr. in Hi-
ſpania occiſus eſt. Fuit alius L. Piſo Frugi L. F. L.
illius primi N. Prætor ante ann. DCLXXXIV.
Octavus Conſularis fuit L. Piſo Cæſoninus, qui VIII.
nepos fuit ejus, qui a Gallis occiſus eſt, ut C. Cæ-
ſar gener teſtatur, ultum ſe privatas inimicitias
familiæ, quod avum ſoceri occiderint. Coſ. fuit
cum Gabinio ann. DCXCV. quibus Coſ. M. Cice-
ro in exilium miſſus eſt, quamobrem cum eo inimi-
citias exercuit, quamvis gener Ciceronis C. Piſo
L. F. Frugi propinquus eſſet L. Piſonis. Poſt
conſulatum in Macedoniam profectus eſt. In-
de revocatus poſt biennium ex ſententia Ci-
ceronis, quæ exſtat in oratione *de provinciis con-*
ſularibus inſcripta. Cenſor fuit ann. DCCIII. cum
Ap. Claudio Pulchro luſtrum fecerunt LXXI.
Calpurnia filia C. Cæſari nupſit, quo anno in Gal-
lias profectus eſt, eaque Cæſari ſuperſtes fuit. Lau-
datur a Cicerone hic Piſo in Philippicis, quod pri-
mus in M. Antonium Coſ. invectus ſit. Hoc tem-
pore M. Pupius Piſonem quendam adoptavit, qui
M. F. *Piſo Calpurnianus* dictus Coſ. & triumpha-
lis fuit, in cujus domo Cicero diſcere ſolebat:
biennio poſt Ciceronem Coſ. fuit cum M. Valerio
Meſſalla Nigro. Nonus Cn. Piſo Cn. F. Cn. N. IX.
collega Auguſti in XI. conſulatu in locum A. Te-
rentii Varronis Murenæ, qui antequam iniret,
mortuus eſt ann. DCCXXX. iterum Coſ. fuit cum
T. Claudio Nerone II. poſt XVI. annos. Deci- X.
mus L. Piſo Cæſoninus L. F. L. N. filius, ut credi-
tur, Cenſorii Coſ. fuit cum M. Livio Druſo Li-
bone poſt annos octo, quam ſuperior. Hic trium-
phalia ornamenta accepit legatus Auguſti anno
DCCXLIII. de Beſſeis, & Scordiſceis ex Thracia.
Poſtremus L. Piſo Augur Cn. F. Cn. N. Coſ. XI.
fuit cum Coſſo Cornelio Lentulo *Iſaurico* poſtea
dicto ann. DCCLII. qui annus primus poſt Vir-
ginis partum fuit. Hic Cn. Piſonis bis Coſ. fi-
lius fuiſſe creditur. Beſtiam Calpurnium conſu-
larem unum reperio, cujus collega fuit in con-
ſulatu P. Scipio Naſica belli Jugurthini anno I. qui
fuit urbis DCXLII. is L. Calpurnius *Beſtia* dictus,
eodem nomine alter inter ſodales L. Catilinæ a Sal-
luſtio nominatur: & poſtea Tribunus plebis fuiſſe
dicitur eodem anno. Hunc crediderim a Cice-
rone defenſum fuiſſe in ea oratione, quæ inſcribe-
batur *pro Beſtia*, quæ non exſtat. Laudatur
a Paterculo Calpurnia Beſtiæ filia, quæ P. An-
tiſtio Ædilicio viro ſuo a Damaſippo Pr. occiſo
ſe ipſam gladio trajecit ann. DCLXXI. Horum
filia Antiſtia a Cn. Pompejo repudiata, ex abortu
mortua eſt. Bibulum quoque unum conſularem vi-
deo, qui cum C. Cæſare Coſ. fuit, M. Calpur-
nium ann. DCXCIV quem Cæſar domo ſua exi-
re non ſinebat, ſed edictis fortitudinem animi con-

tta inſolentiam armatorum oſtendebat. Cenſor
poſt quadriennium fuit cum M. Valerio Meſſalla
Nigro: luſtrum fecerunt LXX. ut quibuſdam pla-
cet. Bello civili mortuus eſt. Hujus filios in Ægy-
ptos occiſos fuiſſe video, eumque M. Catonis gene-
rum fuiſſe. Porcia uxor M. Bruto Cæpioni nupſit.
Poſt mortem Auguſti quinque Piſones conſules in-
venio, Ceſarem unum paucis diebus, adoptatum
a Galba Imperatore; Auguſtum unum appellatum
a paucis in Theſſalia tempore Gallieni Imperat. cui
a ſenatu ſtatua poſt mortem inter triumphales, &
quadriga decreta eſt. His duobus Lucii prænomen
fuit, Cæſar M. Licinii Craſſi filius a L. Piſone Fru-
gi adoptatus eſt, poſtea in Sulpiciam familiam a
Galba translatus, occiſus eſt cum patre adoptivo
I. eodem menſe. Primus Piſo L. Calpurnius L. F. L.
N. Coſ. fuit cum M. Licinio Craſſo anno
II. DCCLXXIX. ſub T. Cæſare Imp. Secundus C.
Piſo Magnus Coſ. ſuffectus ex Kal. Juliis cum L.
Vitellio Paullo ann. DCCC. ſub T. Claudio Imper.
III. Tertius L. Piſo L. F. primi illius, ut creditur, fi-
lius collega fuit Neronis Imperat. in ſecundo conſu-
IV. latu nono anno poſt ſuperioris conſulatum. Quartus
L. Piſo Coſ. fuit cum Vettio Ruſtico Bolano anno
V. DCCCLXIII. ſub Trajano Imp. Quinctus Cal-
purnius Piſo Coſ. fuit cum M. Salvio Juliano ann.
DCCCCXXVII. ſub M. Philoſopho Auguſto.
Præter hos Piſones unum conſularem reperi Calpur-
nium Agricolam, qui ſub Alexandro Imperat. Coſ.
fuit cum Clementino ann. DCCCCXXCII.

Cassia.

Cassia familia duplex patriciorum, plebejo-
rum. Patricius unus conſularis, cujus cognomen
varie ſcribunt. alii *Viscellinum*, alii *Viſcellinum*, a-
lii *Bicelinum*. Hic ter conſul fuit, bis triumpha-
vit, primus Magiſter equitum fuit. Plebei ſeptem,
conſulatus totidem, cenſuras duas ante Cæſ. Dict.
obtinuerunt: cognomen omnibus *Longinus*, uno
Varo excepto, & altero Longino *Ravilla* dicto.
Patricius Sp. Caſſius clariſſimus vir, primis illis li-
bertatis temporibus poſt reges exactos, conſul fuit
cum Opitre Verginio Tricoſto anno CCLI. Ambo
conſules triumpharunt Caſſius de Sabineis, Opiter
de Camerineis, & Auruncis. Quadriennio poſt Ma-
giſter equitum primus factus eſt, Dictatore, quem
tunc Magiſtrum populi dicebant, primo ſeditionis
ſedandæ, & rei gerundæ cauſſa dicto T. Lartio Fla-
vo. Iterum Coſ. fuit cum Poſtumo Cominio Au-
runco II. anno nono poſt alterum conſulatum, lu-
ſtrum fecerunt VII. nondum enim Cenſores inſti-
tuti fuerant, & cenſendi officium conſulum erat.
Tertio conſul cum Proculo Verginio Tricoſto Ru-
tilio ſepteunio poſt factus agrariam legem primus
tulit; ac de Volſceis, & Herniceis iterum trium-
phavit. Ex lege Agraria tyrannidis affectate crimi-
ne offenſi ſenatores poſt conſulatum damnarunt,
ei interempto domus diruta eſt, in ſolo ædes Tel-
luris facta: a patre de conſilio propinquorum da-
mnatum, & interemptum fuiſſe aliqui hiſtorici
prodiderunt, peculiumque Cereri conſecratum.
I. Primus ex plebeis C. Caſſius Longinus C. F. C.
N. anno DXXCII. belli Perſici anno primo con-
ſulatum adeptus eſt cum P. Licinio Craſſo. Cenſor
poſt XVII. annos cum M. Valerio Meſſalla: lu- II.
ſtrum fecerunt LV. Poſt hunc Q. Longinus Q. F.
L. N. cum A. Manlio Torquato Coſ. fuit anno
DXXCVIII. & in magiſtratu mortuus eſt. Hujus III.
filius fuiſſe creditur L. Longinus Ravilla, qui ann.
DCXXVI. Coſ. fuit cum L. Cornelio Cinna, &
biennio poſt cenſor cum Cn. Servilio Cæpione, qui
luſtrum fecerunt LX. Poſt hunc C. Longinus C. IV.
Longini, de quo primo loco dictum eſt, ut creditur
filius. Coſ. fuit cum C. Sextio Calvino poſt Ra-
villæ conſulatum anno tertio. Ambo conſules
plebeii triumphaſſe dicuntur, ſed de Sextio
certius eſt, Procoſ. de Liguribus Vocontieis,
Salluvciſque triumphaſſe. Sequitur L. Caſſius L. F. V.
Q. N. Ravillæ, ut creditur, filius in conſulatu a
Gallis occiſus eſt, cum L. Piſone Cæſonino legato
ann. DCXLVI. cui Cn. Cornelius Dolabella ſuf-
fectus eſt. Ejus collega fuit C. Marius in primo
conſulatu. Hujus frater eſſe potuit C. Caſſius Lon- VI.
ginus, qui cum Cn. Domitio Ahenobarbo Coſ.
fuit poſt undecim annos. Præter hos Criſpus Sal-
luſtius L. Caſſium Longinum Senatorii ordinis
enumerat in conjuratis cum L. Catilina, & ab
Aſconio competitor Ciceronis, & conjurationis
particeps. Poſtremo anno DCXXC. C. Caſſius VII.
Varus Coſ. fuit cum M. Terentio Varrone Lucul-
lo. Ab his lex Terentia, & Caſſia, de qua Cicero
in Verrinis, nomen accepit. Aliæ leges Caſſiæ di-
ctæ ſunt, quod a L. Caſſio L. F. Longino Tribu-
no Pl. latæ fuerunt, quas Aſconius enumerat in
Corneliana C. Mario VI. L. Valerio Flacco Coſ.
ait latas fuiſſe, hoc eſt ann. DCLIII. Potuit hic
Tribunus ejus conſulis fuiſſe filius, qui a Gallis oc-
ciſus eſt. Ab eodem mentio fit P. Caſſii Prætoris
qui de Majeſtate cognoſcebat M. Lepido L. Vol-
catio Coſ. hoc eſt ann. DCXXCVII. Sæpius quo-
que a Cicerone & aliis refertur illud Caſſianum,
cui bono fuerit, dictum optimi judicis L. Caſſii,
qui ab eo crimen ortum fuiſſe dicebat, cui bono
erat id fieri.

Addendus eſt C. Caſſius unus ex interfectoribus
Cæſaris, qui cum D. Bruto Coſ. deſignatus fue-
rat in annum DCCXI. Hic puer Fauſto puero
Sullæ filio colaphum impegit, quod laudaret pa-
tris dominationem. Uxor Junia M. Bruti ſoror.
Filio togam virilem Idib. Martiis, quibus Cæſa-
rem occidit, dedit. Victus a M. Antonio ſeipſum
interemit, aut a ſervo occiſus eſt. Sub Auguſto
unicum conſularem L. Caſſium L. F. L. N. Lon-
ginum invenio. Coſ. ſuffectus fuit ex Kal. Juliis
ann. DCCLXIII. Sub Tiberio ultimus Longinus
C. Caſſius L. F. L. N. ſuperioris, ut creditur fi-
lius: hic Coſ. fuit cum M. Vinucio Quartino ann.
DCCXXCIII. Optimus juriſconſultus, natuſque
ex filia Q. Ælii Tuberonis juriſconſ. quæ neptis erat
clariſſimi juriſconſulti Ser. Sulpicii Rufi. Hic fa-
miliam diſcipulorum duxit, quæ *Caſſiana* diceba-
tur: ut a Proculejanis diſtingueretur. Poſt hæc ſub
M Aurelio Antonino Imp. Avidius Caſſius Cy-
prius genere, cujus avus maternus Avidius Seve-
rus, in oriente ementita morte Marci ſe Imperato-
rem appellavit. Occiſus tamen eſt, & Mæcianus
filius, cui Alexandria erat commiſſa. Alter filius
Heliodorus deportatus eſt. Aliis filiis liberum exi-
lium

lium permiſſum, & Drunciano genero, cui Ale-
xandria filia nupta erat. Alios Caſſios reperio ſub
Gallieno Imp. ſeſe *Auguſtos* in Gallia appellaſſe,
quorum exſtant ſignati nummi. M. Caſſius Poſtu-
mius, & M. Caſſius Hoſtilius, ſunt qui etiam *La-
bienos* appellent. Caſſios conſulares ſub aliis Impe-
ratoribus eos ſolum reperio, qui *Dionis*, aut
Aproniani cognomine ſignificantur. Fuit autem
Dion Caſſius hiſtoricus, cujus pars hiſtoriarum Ro-
manarum exſtat, & epitome Cæſarum a Xiphilino
conſcripta: Aproniani filius, qui conſul ſub Com-
modo Imperatore fuit cum M. Atilio Metilio Bra-
dua II. ann. DCCCCXLIII. Ipſe Dion bis conſul
fuit: ſecundum conſulatum cum Alexandro Imp.
III. egit ann. DCCCCXXCI. Prioris conſulatus
tempus ignoratur. Hic ex Nicæa Bithyniæ origi-
nem duxit, Præfectus Ægypti fuit, & poſtea
II. Delmatiæ, ac Pannoniarum. Alter Dion Coſ. fuit
cum C. Junio Tiberiano ann. CIↃXLII. II. ſub
Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus, quem
putant Dionis hiſtorici filium, vel nepotem
fuiſſe.

CLAUDIA.

CLAUDIA gens origine Sabina duplex fuit Patri-
ciorum, & Plebejorum. Patricii minorum gen-
tium fuerunt, utpote poſt exactos Reges adſcri-
pti; in quattuor ſtirpes præcipuas cognominibus
diſtinctas dividuntur. Reg[illegible]n, quorum aliqui
Craſſini etiam dicuntur, [illegible]rorum, Centho-
num, & Neronum. Plebeii clariores *Marcelli* co-
gnominati ſunt. Unaquæque familia plurimos ha-
buit ornatiſſimos viros, qui remp. Romanam
illuſtrarunt, & auxerunt uſque ad Neronem
Imp. Regillenſes & Craſſinos novem invenio ob-
tinuiſſe Dictaturas tres, Decemviratus legibus
ſcribendis tres, Triumphos duos, Conſulatus ſex,
I. Tribunatus militares conſulari poteſtate duos. In-
ter omnes conſtat veniſſe Clauſum quendam Sabi-
num ex Regillis Romam cum ita magna multitu-
dine propinquorum, & clientium, ut ex eis Clau-
dia tribus aucta fuerit, & nomen acceperit, vel,
ut quidam arbitrantur, ceteris addita fuerit. Clau-
ſum appellatum fuiſſe aſſerunt, cum inter patricios
adſcriptus fuit, *Appium Claudium Regillenſem*,
anno urbis CCXLIX. Hunc videtur Verrius Flac-
cus *Marcum Claudium* appellare, cum eum avum
eſſe aſſerat Appii Decemviri. Hic conſul fuit poſt
II. annos novem cum P. Servilio Priſco. Hujus filius
conſul fuit cum T. Quinctio Capitolino Barbato
III. ano. CCXXCII. ejuſdem cum patre nominis. Al-
ter filius C. Regillenſis Coſ. etiam fuit poſt XI.
annos cum P. Valeſio P. F. Poplicola II. qui in
eo magiſtratu occiſus eſt. Hos tres etiam *Sabinos* co-
gnominatos ab ſcriptoribus animadvertimus. Poſt
IV. hos tertius Appius Claudius Craſſinus Ap. F. M.
N. a Verrio appellatur, quem alii, ut diximus,
Appii nepotem, de quo initio locuti ſumus, tra-
diderunt. Hic conſul fuit cum T. Genucio Augu ri-
no ann. CCCII. ſed abdicarunt, ut iidem cum
aliis Decemviri legum ſcribendarum cauſſa crea-
rentur. Hi primum decem tabulas conſcripſerunt,
poſtea duabus aliis ſcribendis iterum, ac tertio i-
dem Appius cum aliis, quos ipſe voluit, eundem
magiſtratum ſine provocatione retinuerunt. Hoc
initium legis duodecim tabularum. Sed cum
poteſtate in libidinem, & malos mores abute-
rentur: ſeditione in eos mota cum Verginia a patre
fuiſſet occiſa, quam M. Claudius cliens Appii in
ſervitutem vindicabat, coacti ſunt Decemviri ab-
dicare, multique ex eis damnati, alii in carcere,
aut in exilio perierunt. Sequitur alius Ap. Craſſi- V.
nus Regillenſis Ap. F. Ap. N. Superioris, ut cre-
ditur filius, qui Tribunus militum conſulari pote-
ſtate fuit cum L. Sergio Fidenate II. Sp. Nautio
Rutilo, & Sex. Julio Julo anno CCCXXIX. Hu- VI.
jus filius P. Craſſinus Regillenſis Trib. Mil. cum VII.
aliis quinque patriciis ann. CCCL. fuit. Hujus
deinde filius Ap. Claudius eiſdem cognominibus u-
ſus Dictator fuit primus ex hac familia rei gerundæ
cauſſa ann. CCCXCI. Magiſtrum equitum dixit
L. Cornelium Scipionem: primus ex eadem trium-
phavit de Hernicis. Coſ. fuit poſt XIV. annos
cum L. Furio Camillo, & in magiſtratu mortuus
eſt. Secutus eſt C. Craſſinus Regillenſis, quem qui- VIII.
dam bis Dictatorem aſſeverant, & Ap. F. P. N.
Cæcique patrem: prior dictatura anno CDV. co-
mitiorum habendorum cauſſa, poſterior rei gerun-
dæ cauſſa ann. CDXVI. in qua Magiſter equitum
fuit C. Claudius Hortator, quem patricium, aut
plebejum fuiſſe affirmare non poſſumus. Poſtremus IX.
Appius Cl. Craſſinus Rufus Ap. F. C. N. a qui-
buſdam appellatur Appii Cæci filius, is qui con-
ſul fuit cum P. Sempronio Sopho ann. CDXXCV.
Cum apud Suetonium inveniam Appium Cæcum
duos filios habuiſſe P. Pulchrum, & Ti. Nero-
nem, ex quibus duæ familiæ Pulchrorum, & Ne-
ronum ortæ ſint: cumque aliis placeat, Cæcum
ipſum ex Regillenſibus ortum fuiſſe: de Appio
Cæco tanquam communi pariete, in quem tres
hæ familiæ tigna ſua immiſerint, ſeparatim agen-
dum videtur.

Verrius Flaccus in cenſura, & conſulatu aperte
Ap. Claudium C. F. Ap. N. *Cæcum* appellat.
Cenſuram conſtituit ann. CDXLI. collegam in
ea adſcribit, C. Plautium, qui in eo honore *Ve-
nox* appellatus eſt, luſtrum feciſſe ait XXVI. Ab
hoc cenſore Appia via ſtrata eſt, aqua Claudia in
urbem ducta, ut multi prodiderunt. Conſulatus
collega L. Volumnius Flamma Violens anno
CDXLVI. cum quo iterum poſt XI. annos con-
ſulatum geſſit. Dictator fuit, ſed quo anno incer-
tum eſt: quidam divinando in ann. CDLXVI. re-
tulerunt: in veteri titulo hi magiſtratus enume-
rantur: „ Appius Claudius C. F. Cæcus Cenſor.
„ Conſul bis, Dictator. Interrex ter. Prætor bis.
„ Ædilis Curulis bis, Quæſtor. Tribunus Militum
„ ter. " Quid vero egerit, ita recenſetur: „ Com-
„ plura oppida de Samnitibus cepit Sabinorum,
„ & Tuſcorum exercitum fudit. Pacem fieri cum
„ Pyrrho Rege prohibuit. In cenſura viam Ap-
„ piam ſtravit: & aquam in urbem adduxit. Æ-
„ dem Bellonæ fecit. " A Cicerone ejus quattuor
filii, filiæ vero quinque enumerantur. Filios fuiſ-
ſe eredimus Ap. Craſſianum, de quo antea dixi-
mus, P. Pulchrum, C. Centhonem, & Ti. Nero-
nem. Nunc igitur primum de Pulchrorum ſtirpe,
poſtea de reliquis dicemus.

Pulchros decem invenio, totidem conſulatus habuiſſe, cenſuras tres, triumphos duos aſſecutos,
I. Principem ſenatus unum lectum fuiſſe. Primus is, de quo diximus P. Pulcher Coſ. fuit ann. DIV. cum L. Junio Pullo. Hic temere cum Carthaginienſibus congreſſus bello Punico primo magnam cladem accepit, juſſus Dictatorem dicere M. Claudium C. F. Gliciam dixit viatorem ſuum, qui ſcriba fuerat, ſine Magiſtro equitum, nam antequam eum diceret, coactus eſt abdicare: tum A. Atilius Calatinus Dictator factus eſt, & L. Metellus Magiſter equitum. Soror Publii Claudia cum a populo in turba premeretur, optavit, ut frater ſæpius conſul fieret, ut minor eſſet populi multitudo. Ea de cauſſa damnata eſt, alterius criminis rea innocens. Hic auſpicia ita contempſit, ut pullos in mare projecerit, ut biberent, quando eſſe pultem nol-
II. lent. Hujus filius Ap. Cl. Pulcher Coſ. fuit anno
III. DXLI. cum Q. Fulvio Flacco III. Hujus tres fi-
IV. V. lii fuiſſe videntur Appius, Publius, & Cajus. Appius Coſ. fuit XXVII. anno poſt patrem cum M. Sempronio Tuditano, Publius anno proximo cum L. Porcio Licino, Cajus cum Ti. Sempronio Gracchbo ann. DLXXVI. Ambo conſules triumpharunt, Pulcher in conſulatu de Iſtreis, & Liguribus, Gracchus biennio poſt de Sardeis. Ambo cenſores fuerunt octavo anno poſt conſulatum, luſtrumque
VI. LII. fecerunt. Appii filius Appius, ut creditur, Coſ. fuit cum Q. Metello Macedonico ann. DIX. ſuis ſumptibus triumphavit de Salaſſcis ex Alpibus. Cenſor quinquennio poſt cum P. Cornelio Lentulo: luſtrum non fecerunt. Biennio poſt Princeps ſenatus lectus ex luſtro LVIII. Hic ex Antiſtia uxore Claudiam procreavit, quam duxit Ti. Sempronius Gracchus, qui in Tribunatu plebis a P. Scipione Naſica occiſus eſt, & ex ea liberos reliquit. Caii
VII. filius, quem conſularem, cenſorium, & triumphalem diximus, C. Pulcher fuit: conſulque ann. DCXXIII. cum M. Perperna: quamvis Pulcher
VIII. hic, an Lentulus Appius, an Cajus fuerit incertum ſit. Alter C. Pulcher hujus filius fuiſſe creditur, collega alterius M. Perpernæ conſul fuit ann.
IX. DCLXI. Hunc Verrius C. N. appellat. Secutus eſt Ap. Pulcher ſuperioris, ut creditur filius, aut frater, qui cum P. Servilio Vatia, qui poſtea *Iſauricus* dictus eſt, conſul fuit ann. DCLXXIV. quo anno L. Sulla Dictatura ſe abdicavit. Cinnæ tempore exul fuit, & ei magiſtratus abrogatus. Hujus ſoror Clodia mater fuit L. Marcii Philippi conſu-
X. laris & cenſorii: uxor Cæcilia Q. Metelli Baliarici filia, ex qua filii tres Appius, Publius, & Cajus, filiæ totidem natæ ſunt: ex quibus duas L. Licinius Lucullus, qui de Mithradate triumphavit, & Q. Metellus Celer duxerunt, quas parum pudicas fuiſſe conſtitit. Tertiam Q. Marcius Rex, vir conſularis. Appius conſul, & cenſor fuit, duas filias procreavit, quas filio Pompeii Magni Cn. ut ſuſpicor, & M. Bruto collocavit. Publius Clodius cum adoleſcens in domo C. Cæſaris Pont. Max. in ſacris Bonæ deæ deprehenſus eſſet, ejuſque criminis reus corrupto judicio abſolutus, ut noceret Ciceroni teſti Tribunatum plebis obtinuit, cum ſe prius P. Fontejo plebejo minori natu in adoptionem dediſſet. Ciceronem exulare coegit: ſed reſtituto Cicerone cum Præturam peteret, a T. Annio Milone occiſus eſt. Hujus uxores Pinaria, & Fulvia hæc poſtea C. Curioni, atque eo interfecto M. Antonio nupſit. Socrus Sempronia Tuditani filia fuit. Filium Sex. Clodium, & filiam Clodiam Auguſti ſponſam reliquit. Cajus filios duos reliquit eiſdem cognominibus Appium majorem, & Appium minorem, quorum Aſconius in *Miloniana* meminit. Appius Pulcher, de quo dicebamus, conſul fuit ann. DCXCIX. cum L. Domitio Ahenobarbo, cenſor quadriennio poſt cum L. Calpurnio Piſone Cæſonino. Poſt conſulatum Procoſ. in Cilicia fuit, cujus M. Cicero ſucceſſor fuit. Admonet eum Cicero, *ut de proavo ſuo in cenſura cogitet*: ex quibus verbis apparet ejus proavum fuiſſe Cenſorium, vel Appium, vel C. Pulchrum Cenſorium, de quibus antea diximus. Hic Augur fuit, & libros *de augurali diſciplina* edidit. Hæc de Pulchris.

Centhonum cognomine duos ſolos reperio C. II.
Centhonem Cæci filium, qui conſul, cenſor, & dictator fuit, atque Appium qui Proprætore ovationem obtinuit, ejus filium, Caii conſulatus fuit an. DXIII. cum P. Sempronio Tuditano, quibus conſulibus Livius Andronicus primus poeta Latinus fabulam dedit. Cenſuram poſt XV. annos geſſit cum M. Junio Pera, luſtrum fecerunt XLII. Dictator fuit comitiorum cauſſa ann. DXL. Magiſtrum equitum di[illegible] Fulvium Flaccum. Appius
Proprætore ovans [illegible] Celtiberia reverſus eſt anno III.
DLXXIX. Nerones duos conſulares video, quorum alter cenſuram, & ovationem obtinuit. Nam C. Claudius Ti. F. Ti. N. Nero Coſ. fuit cum M. Livio Salinatore II. ann. DXLVI. inſignem victoriam ambo conſules Aſdrubale occiſo de Pœnis obtinuerunt, de quibus Salinator, in cujus provincia res geſta eſt, triumphum egit; Nero majorem laudis partem ovans tantum obtinuit. Cenſor cum eodem Salinatore triennio poſt: luſtrum fecerunt XLV. inimicitias ſe non depoſuiſſe oſtenderunt, notis collegæ unuſquiſque eorum notatus. Alter Nero fuit Ti. Claudius P. F. Ti. N. conſul cum M. Servilio Pulice Gemino anno DLI. His Coſ. Scipio Africanus Hannibalem vicit, & finis bello Punico ſecundo impoſitus. Cum hi duo Nerones Tiberii nepotes a Verrio dicantur, & Ti. Nero Cæci filius fuerit, veriſimile eſt, hos pronepotes Appii Cæci fuiſſe. *Neronem* lingua Sabina *fortem* ſignificari veteres teſtantur; ex hac ſtirpe pater Tiberii Cæſaris Auguſti, & pater Ti. Claudii Auguſti, qui Neronem adoptavit, fuit. Præter jam dicta cognomina unum relictum eſt patriciorum cognomen *Caudex*, quod conſularis vir, & ut quidam aſſerunt, triumphalis Ap. Claudius C. F. Ap. N. obtinuit initio primi belli Punici. Ejus collega fuit M. Fulvius Flaccus ann. CDXXCIX. inſignem victoriam in Sicilia conſecutus eſt. Sed de triumpho relato varietas eſt inter ſcriptores, & Verrius Flaccus in faſtis omiſit. Hunc fratrem fuiſſe Ap. Cæci ſunt qui affirment: ego vel uterinum vel conſobrinum eſſe crediderim potius, quam germanum. Plebejos Marcellos fuiſſe diximus, ſed clariſſimos, & ornatiſſimos viros fuiſſe conſtat. Novem enim viri obtinuerunt. Dictatu-

ram

ram unam, conſulatus XV. Cenſuram unam:
triumphos publicos IV. opima ſpolia ſemel: ova-
tionem anam; in monte Albano ſemel: ſeptem
I. primi M. Marcelli dicti ſunt. Primus conſul fuit
cum C. Valerio Potito Flacco ann. CDXXII. Di-
ctator quadriennio poſt comitiorum cauſſa Magi-
ſtrum equitum dixit Sp. Poſtumium Regillenſem
II. Albinum vitio facti abdicaruut. Alter Marcellus
Coſ. ann. CCCCLXVI. cum C. Nautio Rutilo.
III. Tertius inſignis vir, qui primus poſt Cannenſem
pugnam Hannibalem vicit, & quinquies conſul
fuit. Ante ſecundum bellum Punicum Coſ. fuit
cum Cn. Scipione Calvo ann. DXXXI. Kal.
Mart. triumphum egit de Galleis Inſubribus, &
Germaneis, atque ſpolia opima retulit duce ho-
ſtium Virdumaro ad Claſtidium interfecto: II.
conſul ſuffectus fuit L. Poſtumio Albino III. qui
ante quam iniret, occiſus eſt, ſed vitio factus ab-
dicavit, & in ejus locum Q. Fabius Maximus
Verrucoſſus III. Coſ. fuit cum Ti. Sempronio
Graccho, poſt pugnam Cannenſem anno primo,
hoc eſt anno urb. DXXXIIX. Sed anno proximo
cum eodem Q. Fabio IV. ipſe III. creatur. Triennio
poſt captis Syracuſis in monte Albano II. trium-
phum egit, atque ovationem III. Procoſ. Quartum
Coſ. fuit ann. DXLIII. cũ M. Valerio Lævino II.
in quincto conſulatu, quæ cum T. Quinctio Criſpi-
no geſſit biennio poſt ab Hannibale occiſus eſt.
IV. Quartus Marcellus Cos. fuit ann. DLVII. cum L.
Furio Purpureone: triumphum egit de Comenſi-
bus, & Inſubribus III. Non. Mart. Cenſor cum
T. Quinctio Flaminino poſt ſeptem annos luſtrum
V. fecit XLVIII. Quinctus Cos. cum Q. Fabio La-
VI. beone anno DLXX. Sextus vir inſignis, qui ter
conſul fuit, & ter triumphalis. Hic nepos Marcel-
li quinquies conſulis fuit, de quo Aſconius ait,
cum ad ædem Honoris, & Virtutis ſuam, & pa-
tris, & avi ſtatuas poſuiſſet, ſubſcripſiſſe TRES.
MARCELLI. NOVIES. COS. In mari periiſſe Cicero
auctor eſt. In primo conſulatu, quem geſſit cum
C. Sulpicio Gallo triumphavit de Galleis Contru-
beis, & Liguribus, Veleatibuſque Idibus inter-
calaribus ann. DXXCVII. Iterum Cos. fuit cum
P. Scipione Naſica II. & de Liguribus, & Velea-
tibus iterum poſt annos XL. triumphavit. Tertium
Cos. fuit triennio poſt cum L. Valerio Flacco, &
Procos. tertio triumphavit de Celtibereis anno
VII. DCII. Septimus M. Marcellus M. F. M. N.
Cos. fuit cum Ser. Sulpicio Ruſo juriſconſulto ann.
DCCII. Hic ille eſt, quem magnis laudibus exor-
nat Cicero, tum in *Bruto*, tum in oratione *pro M.
Marcello* inſcripta, qua gratias agit in Senatu Cæ-
ſari, quod ſe facilem in reſtituendo eo præbuerit.
Sed a P. Magio Chilone in portu Attico interfe-
ctus eſt, ut ex Ser. Sulpicii litteris ad Ciceronem
VIII. miſſis conſtat. Anno proximo C. Marcellus C. F.
M. N. frater patruelis ſuperioris Cos. fuit cum
L. Æmilio Paullo. Hujus mater *Junia* dicebatur.
IX. Poſtremus Cos. fuit anno ſequenti, quo bellum ci-
vile inter Cæſarem, & Pompejum exarſit C. Mar-
cellus M. F. M. N. Hic altimi Marci frater germa-
nus, ejus collega fuit L. Cornelius Lentulus Crus
Flamen Martialis. Ferunt Octaviam majorem ſo-
rorem Auguſti C. Marcelli uxorẽ fuiſſe, ex qua natus
eſt ille Marcellus primus gener Auguſti, quem de-
flet Virgilius pulcherrimis verſibus, & Marcel-
læ duæ, quarum alteram duxit M. Agrippa, &
poſtea Antonius M. Antonii Triumviri filius. O-
ctavia mortuo C. Marcello nupſit M. Antonio
Triumviro. Hunc C. Marcellum eundem eſſe arbi-
trantur, quem C. F. Cos. fuiſſe diximus. A Mar-
cellis Cornelii Lentuli Marcellini originem ducunt
tranſlato aliquo Marcello in Corneliorum fami-
liam adoptione Plebejum fuiſſe C. Claudium Ca-
ninum, qui bis conſul, Cenſorius, & triumphalis
fuit, collegæ patricii indicant: ejus parentes igno-
ti, uno autem avo C. prænomine excepto. Prior
conſulatus cum M. Æmilio Lepido geſtus eſt ann.
CDLXIIX. Poſterior cum C. Fabio Dorſone poſt
XII. annos: in eo triumphum egit de Lucaneis,
Samnitibus, Brutticiſque Quirinalibus. Cenſor
triennio poſt fuit cum Ti. Coruncanio, luſtrum fe-
cerunt XXXIV. Antiquiſſimus C. Claudius Ci-
cero Trib. plebis anno CCXCIX. apud Livium
lib. III. Ventum eſt ad Cæſaris, & Auguſti tem-
pora, quibus gens utraque Claudia patriciorum,
& plebejorum Auguſti affinitate locum ſuum te-
nuit. De plebeiis Marcellis dictum eſt, de patriciis
videamus. Etenim Livia Auguſta, quæ etiam *Dru-
ſilla* dicta eſt Livii Druſi Claudiani filia origine
gentis a Pulchris Claudiis genus duxit: virum ha-
buit Ti. Claudium Neronem, virum Prætorium,
qui partes Antonii adverſus Auguſtum defendit:
ex eo Ti. Neronem peperit, cumque prægnans
eſſet, Auguſto nupſit viro priori conſentiente,
tertioque poſt nuptias menſe Neronem Claudium
Druſum edidit. Tiberius in Juliam familiam ado-
ptatus ab Auguſto, tranſlatus eſt, ejuſque liberos
in Julia referemus. Nero Druſus, qui etiam *Ger-
manicus* dictus eſt, ex Antonia minore Ger-
manicum & Ti. Cl. Druſum, qui poſtea *Ti.
Cl. Auguſtus Germanicus* appellatus eſt, pro-
creavit, & Liviam, quam duxit Druſus Cæſar
Ti. Cæſaris filius. Germanicus a Tiberio pa-
truo adoptatus in Juliam familiam transfertur. De
Tiberio Claudio poſtea dicemus. Conſulares Clau- I.
dii hoc tempore fuerunt Ap. Claudius C. F. Pul- II.
cher, qui ann. DCCXV. Coſ. fuit cum C. Norba-
no Flacco. M. Claudius M. F. M. N. Marcellus
Æſerninus, qui Coſ. fuit cum L. Arruntio anno
DCCXXXI. Idem, ut arbitror, eſt Magiſter XV. vir
ſacris faciundis ludis ſæcularibus quinctis poſt annos
quinque, quamvis cognomen Æſernini taceatur. Ti. III.
Claudius Ti. F. Nero privignus Auguſti ante ado-
ptionem Coſ. fuit ann. DCCXL. cum P. Quinctilio
Varo: poſt quinquennium adjecto *Germanici* co-
gnomine Procos. ovans de Dalmateis, Pannonieis,
& Dacieis: ex Illyrico. Iterum Coſ. fit proximo an-
no cum Cn. Piſone II. & in conſulatu Kal. Januar. de
Germaneis iterum triumphat. Proximo anno Tribu-
niciam poteſtatem in quinquenniũ accepit: trium-
phalia ornamenta bis aſſecutus eſt anno DCCXLII.
& proximo ann. Anno deinde DCCLVI.
V. Kal. Jul. adoptatus eſt ab Aug. Cæſ. Quartus IV.
conſularis fuit Nero Cl. Druſus Germanicus frater
ſuperioris privignus Auguſti. Conſul fuit anno
DCCXLIV. cum T. Quinctio Criſpino, & in ma-
giſtratu mortuus eſt. Triumphalia ornamenta aſſe-
cu-

curus eſt Prætor legatus Aug. anno DCCXLIII. Poſt obitum Auguſti ante T. Claudii Aug. imperium neminem Claudium conſulem video, excepto ipſo Ti. Claudio Druſi F. Ti. N. Germanico, qui Coſ. fuit cum C. Julio Cæſare Aug Germanico ex Kal. Julii ann. DCCXXCIX. Ipſe Tiberius Pontifex Max. Trib. Poteſt. XVI. Coſ. V. Imp. XXVII. mortuus eſt. Triumphalia ornamenta acceperat ann. DCCXCI. de Mauritaneis ex Africa. Huic ſponſæ duæ, uxores quattuor collocatæ ſigillatim ſunt. Æmilia Lepida L. Paulli, & Juliæ filia, & Livia Medullina Camilla ſponſæ, prima uxor Plautia Herculanilla triumphali patre nata, ex hac ſuſcepit Druſum, & Claudiam. Secunda Ælia Pætina conſularis filia, quæ ei Antoniam peperit, Cn. Pompeii Magni, & poſtea Fauſti Sullæ uxorem: tertia Valeria Meſſallina Meſſallæ Barbati, qui conſobrinus T. Cl Imp. fuit filia: ex hac Octavia nata eſt poſtea *Auguſta* dicta uxor Neronis Imperat. & Germanicus prius, poſtea *Britannicus* dictus: quarta Agrippina Auguſta Germanici fratris, & Agrippinæ filia, quæ duobus antea viris nuplerat Criſpo Paſſieno, & Cn. Domitio Ahenobarbo, ex hoc Neronem ſuſceperat. Nunc Neronem Tiberius ex Domitia familia in Claudiam adoptione tranſtulit, cum filium Britannicum haberet, & affirmaret neminem in Claudiam adoptatum: veneno ab uxore, eademque filia fratris divus factus eſt: veneno etiam Nero Britannicum ſuſtulit. Druſus puer puerili joco ſe ipſum interemit, dum pirum in altum jactatum hianti ore excipit. Nero Claudius Cæſar Aug Germanicus P. M. Tr. Pot. XIV. Coſ. V. Imperat. III. occiſus eſt. Inter Neronem, & D. Clodium Albinum, ſive Severum Imperat. hos conſulares invenio. Sub Trajano Imp. tres conſulatus Clodii Criſpini, vel potius trium Criſpinorum invenio: primo conſulatu ex Kalend. Jul. cũ C. Julio Africano ann. DCCCLX. Secundo poſt biennio cum Soleno Orfito. Tertio C. Clodius Criſpinus poſt quadriennium a ſuperiore cum L. Publilio Celſo II. Poſt hos Ti. Claudius Ti. F. Fuſcus Salinator collega fuit Hadriani Imperat. in ſecundo conſulatu ann. DCCCLXX. Hic patricius fuit, & Serviani ter conſulis filiam uxorem duxit, ex qua Fuſcus natus eſt, quem cum avo ſuo Serviano Hadrianus interfecit. Ti. Claudius Atticus Herodes vir doctus Marci Imperatoris præceptor Coſ. fuit ann. DCCCXCV. cum C. Bellicio Torquato ſub Pio Antonino Imperat. Poſt triennium Cn. Claudius Severus Coſ fuit cum Sex. Erucio Claro II. Hic philoſophus peripateticus Marci Imp. præceptor fuit: iterum Coſ. ſub eodem Imp. an. DCCCXXVI. cum M. Aurelio Claudio Pompejano Antiocheno, cui nupta erat major Lucilla filia Marci Imp. Ante hunc annum Claudius Maximus vir doctus ejuſdem Imp. præceptor Coſ. fuit cum Cornelio Scipione Orfito. D. Clodius Albinus occiſis Commodo, Pertinace, & Juliano Imperator in Gallia appellatus eſt. Britannias tenuit, nam Septimius Severus ei *Cæſaris* nomen conceſſit, pecuniamque ea appellatione ſignari permiſit. Sed occiſo Peſcennio Nigro in eum invectus eſt: & occidi curavit. Conſul iterum fuit, & Patricius ab Herodiano appellatur. *Septimii* nomen accepit, cum *Cæſar* appellatus eſt, quaſi filius Severi eſſet. Ex hoc tempore uſque ad Marcum Clodium Pupienum, qui cum D. Balbino Imperator factus eſt, hi conſules fuerunt Claudii, vel Clodii. Primus Fl. Claudius Sulpicianus Pertinacis Imp. ſocer Præf. urbi, & Coſ. ſuff. ex Kal. Mart. cum L. Fabio Cilone Septimino ann. DCCCCXLV. ſub eodem Pertinace. Secundus Ap. Claudius Lateranus, qui cum M. Mario Titio Rufino poſt IV. annos a ſuperiore Coſ. fuit ſub Severo Imp. Tertius Ti. Claudius Severus, qui cum C. Aufidio Victorino triennio poſt ſuperiorem Coſ. fuit ſub eodem Severo, & Antonino Augg. Quartus, & quinctus Claudius Julianus, & Clodius Criſpinus, qui eodem anno ſub Alex. Imp. Coſ. fuerant ann. DCCCCLXXVI. Sequitur M. Clodius Pupienus Maximus, qui cum D. Cælio Balbino II. poſt triennium Coſ. fuit ſub eodem Alex. & poſtea ambo collegæ *Auguſti* appellari ſunt, occiſis duobus Gordianis Africanis, contra Maximinum Imp. Gordianuſque nepos *Cæſar* appellatus eſt. Hic vir fortis fuit obſcuro genere natus, patruus Pinarius Valens, pater Maximus faber ferrarius, aut rhedarius. Hi occiſo a militibus Maximino, & filio, a Prætorianis occiſi ſunt. Eodem tempore Coſ. ſuffectus ex Kal. Septembr. fuit Ti. Claudius Julianus cum Celſo Æliano ann. DCCCCXXCIX. Sub Gallieno Imp. Claudius Cenſorinus *Auguſtus* appellatus in Italia eſt. Hic ſcurrarum adulatione *Claudius* appellatus eſt: bis conſul, bis præfectus prætorio, ter præfectus urbi, quater proconſul, ter conſularis fuit. Senex, & aliud agens in agro ſuo a militibus Imp. ſalutatus, ab eiſdem ob ſeveritatem diſciplinæ occiſus eſt. M. Aurelius Claudius Imp. quem etiam Flavium Trebellius Pollio appellat, fratres habuit Quinctillum, & Criſpum. Criſpi filia Claudia uxor Eutropii nobiliſſimi Dardanorum ex quibus Conſtantius major natus eſt. Ipſe Claudius poſt Gallienum Pont. Max. Trib. Pot. II. Coſ. II. mortuus eſt: frater Aurel. Cl. Quinctillus Imp. dies XVII. ſuperſtes occiſus eſt. Claudius in Divos relatus auctor generis Conſtantini, ob quem Flavii multi ex eis dicuntur, ac poſteriores omnes Imperatores. Ante hunc Imp. Gallieni fratrem Claudium Valerianum Cæſarem appellatum fuiſſe animadverti. M. Claudius Tacitus ſub Imp. Aureliano Coſ. fuit cum M. Mæcio Memmio Furio Placido ann. CIↃXXV. ſed biennio poſt occiſo. Aureliano II. ſucceſſor fuit, & Coſ. Auguſtus menſes ſex, dies XX. Poſt quem frater Florianus menſes duos, dies XX. Hunc M. Annium Florianum in aſſibus video ſignatum: quidam *M. Annium Cl.* appellaverunt. Ab his ad Fl. Cl. Julianum neminem, aut Imp. aut Coſ. invenio. Hic ſub Imp. Fl. Jul. Conſtantio ter conſul fuit ejus collega in VIII. IX. & X. conſulatu, & ab eodem *Cæſar* appellatus occiſo Conſtantio Gallo Cæſare Juliani fratre, qui ambo fratres patrueles Conſtantii Imp. fuerunt, nati Conſtantio patre, qui frater germanus fuit Conſtantini Max. Imp. Mortuo Conſtantio Julianus imperavit annos duos, conſulque quater factus eſt. Poſt hunc Imp. conſulares tres video Clodios, vel Claudios. Primus fuit Q. Clodius Hermogenianus Olybrius, qui cum D.

Au-

Auſonio Magno Pœonio Gallo poeta Coſ. fuit
ann. CIↃXXX. ſub Valente, Gratiano, & Va-
lentiniano Imp. in Occidente. Alter Clodius Adel-
phius, qui eum Imp. Fl. Marciano Coſ. fuit ann.
urbis CIↃCCIII. Chriſti CCCCLI. Tertius Cl.
Julius Ædeſius Dynamius, qui com Fl. Sifidio
Coſ. fuit ann. Chriſti CCCCXXCIIX. ſub Ze-
none Imp.

CORNELIA.

CORNELIA gens patricia in alias, atque alias
ſtirpes derivata multos inſignes viros, & omni bo-
norum genere ornatos habuit. Plebii vix aliquo nu-
mero fuerunt, quod in multis familiis aliter evenit.
Præcipui patricii in tres quattuorve ſtirpes dirimi
poſſunt: Coſſorum, qui etiam *Maluginenſes*, &
aliqui *Rutili*, aut *Arvinæ* appellantur; & Scipio-
num, qui alia etiam cognomina acceperunt, ut
Aſinæ, Calvi, Naſicæ, Africani: necnon Lentu-
lorum, qui plura aliis cognomina ſumpſerunt. Ad-
dentur his, qui propter paucos conſulares viros non
ita nobiles ſunt: ut Rufini, Sullæ, Dolabellæ,
Merulæ, Cethegi. Coſſi viginti conſecuti ſunt
Pontificatum Maximum ſemel, opima ſpolia ſe-
mel, dictaturas tres, cenſuras duas, triumphos
tres, decemviratus legibus ſcribendis bis, conſula-
tus decem, tribunatus militares conſulari pote-
ſtate duos, & viginti, magiſteria equitum quat-
I. tuor. Primus Ser. Cornelius L. F. Maluginenſis
Coſſus Coſ. fuit cum Q. Fabio Vibulano ann.
II. CCLXVIII. Hujus filius eſſe creditur L. Malu-
ginenſis Coſſus Ser. F. L. N. qui Coſ. fuit cum
alio Q. Fabio Vibulano III. ann. CCXCIV. Lu-
ſtrum fecerunt X. nondum enim Cenſores creati
erant. Hoc vero fuit poſtremum conſulum lu-
ſtrum. In hoc conſulatu ambo conſules triumpha-
runt Fabius de Æqueis Non. Maii, Coſſus de
III. Volſceis Antiatibus IV. Id. Maii. Hujus frater M.
Cornelius Decemvir legibus ſcribendis ann.
CCCIII. & CCCIV. His cum ceteris duodecim
tabularum leges conſcripſit, & coactus eſt abdica-
IV. re, quod imperio abuteretur. Secutus eſt alter M.
Cornelius, quem quidam ſuperioris filium exiſti-
V. mant. Coſ. fuit cum L. Papirio Craſſo ann.
CCCXVII. Poſt hunc A. Coſſus ſuperioris, ut
creditur frater, inſignis vir Pontifex Max. ann.
CCCXXII. Coſ. cum T. Quinctio Cincinnato II.
triennio poſt, triumphum egit de Vejentibus, &
ſpolia opima tulit poſt Romulum primus hoſtium
duce Larte Tolumnio rege interfecto. Incertum ta-
men eſt ann. Coſ. vel Dict. vel Mag. Eq. ea tule-
rit. Tribunus militum fuit poſt biennium, & eo-
dem anno Mag. equitum Mamerco Æmilio Ma-
mercino III. Dictatore rei gerundæ cauſſa. Paullo
poſt A. Coſſus Dictator ſeditionis ſedandæ, & rei
gerundæ cauſſa reperitur ann. CCCLXIIX. cum
de M. Manlii Capitolini ſeditione ageretur, quem
VI. eundem eſſe cum ſuperiore non videtur veriſimile.
VII. Sextus P. Coſſus Tribunus mil. fuit ann.
CCCXXXIIX. Hunc Verrius P. N. appellat.
Proximo anno Trib. mil. Cn. Coſſus, cujus pa-
rentes ignorantur. Iterum poſt decenniom creatus
VIII. eſt cum P. Maluginenſe. Octavus M. Cornelius
Coſſus Coſ. fuit cum L. Furio Medullino ann.
CCCXL. Nonus Cn. Coſſus, quem quidam A. IX.
F. M. N. vocant, Coſ. fuit cum eodem Lucio Fu-
rio Medullino II. Trib. mil. fuit triennio poſt con-
ſulatum cum P. Rutilo Coſſo. Iterum deinde Tri-
bunus ann. CCCLII. Decimus P. Coſſus A. F. X.
M. N. ſuperioris fortaſſe frater Trib. mil. fuit ann.
CCCXLV. Alter P. Cornelius M. F. L. N. *Ru-* XI.
tilus Coſſus appellatur a Verrio Flacco, qui eo-
dem anno Dictator fuit rei gerundæ cauſſa Mag.
equit. dixit C. Servilium Ahalam. Tribunus mili-
tum fuit biennio poſt cum Cn. Coſſo, ut antea di-
ximus. Duodecimus eſt P. Cornelius Maluginen- XII.
ſis, qui Trib. mil. fuit cum Cn. Coſſo II. ann.
CCCXLIX. Iterum vero poſt ſeptem annos, ſed
vitio factus cum aliis quinque abdicavit. Tertiuſ- XIII.
decimus P. Coſſus, qui cum P. Cornelio Scipio-
ne, & aliis quattuor Trib. milit. fuit ann.
CCCLIIX. Quartuſdecimus M. Cornelius Malu- XIV.
ginenſis triennio poſt cenſor ſuffectus C. Julio Julo
mortuo, collega eorum fuit L. Papirius Curſor:
luſtrum fecerunt XVII. Sub eo luſtro urbs capta
eſt a Gallis. Quamobrem, ne quis Cenſori mortuo
ſufficeretur, decretum eſt. Sequitur Ser. Malugi- XV.
nenſis, qui ſepties Trib. mil. fuit, quod paucis
accidit. Hic M. F. a quibuſdam appellatur parum
certis conjecturis. Anno urbis captæ, hoc eſt
CCCLXIII. Trib. militum fuit, iterum qua-
driennio poſt, III. ann. CCCLXIX. quarto poſt
biennium, V. item poſt biennium, hoc eſt uno ſo-
lo interjecto, in quo privatus fuit Senatum Tri-
bunus fuit ann. CCCXXCII. biennio poſt VII.
His temporibus victis Gallis magnæ ſeditiones or-
tæ ſunt de conſule altero plebejo creando, ob quas
Tribuni plebis ſine curuli magiſtratu popularem
ſtatum quinquennio tenuerunt. Sextuſdecimus M. XVI.
Maluginenſis ſuperioris, ut putant, frater bis Tri- XVII.
bunus Militum fuit cum A. Cornelio Coſſo ann. XVIII.
CCCXXCIII. & triennio poſt. Poſt hos duos, in-
venio Ser. Cornelium Maluginenſem, quem M.
N. appellat Verrius Magiſtrum eq. fuiſſe T.
Quinctio Capitolino Criſpino Dictatore rei gerun-
dæ cauſſa ann. CCCXCII. Hunc ſuſpicantur Ser- XIX.
vii ſepties Tribuni filium. Sequuntur Arvinæ duo, XX.
quorum alter Magiſter eq. bis, conſul bis, dicta-
tor, & triumphalis, alter conſul bis, & cenſor fue-
runt. Prior A. Cornelius P. F. A. N. Coſſus Arvina
Magiſter equitum fuit T. Manlio Imperioſo Tor-
quato ann. CD. Dictatore rei gerundæ cauſſa. Ite-
rum eodem Dictatore poſt quadriennium comitio-
rum cauſſa. Conſul fuit ann. CDX. cum M. Vale-
rio Corvo III. Ambo de Samnitibus triumpha-
runt, Corvus X. Kal. Octobr. Arvina IX. Kal.
Iterum conſul fuit cum Cn. Domitio Calvino ann.
CDXXI. Dictator decennio poſt Ludorum Ro-
manorum, & rei gerundæ cauſſa. Non deſunt ſcri-
ptores, qui Dictatorem triomphaſſe affirment, ſed
Verrius in his non eſt, quem ſequimur. Hujus fi-
lius P. Arvina A. F. P. N. Coſ. fuit cum Q. Mar-
cio Tremulo ann. CDXLVII. Cenſor poſt XII.
annos cum C. Marcio Rutilo Cenſorino: luſtrum
fecerunt XXX. Iterum Coſ. cum Q. Marcio colle-
ga ann. CDLXV. Coſſos *rugoſos* dictos Feſtus ait
a vermibus ejuſdem nominis, qui ligni materiam
edunt: ab hoc cognomine credo *Cornelios* dici,
non

non a cornu, vel corno: ut a Clauſo *Claudii*, a
Voleſo *Valerii*, a Fuſo *Furii*, qui antea *Fuſii* di-
cti ſunt.
II. Scipionum gentem Africani duo nobilem alio-
qui, multo ceteris illuſtriorem reddiderunt. De
his ita agendum videtur, ut prius eos, qui ante
Africanum majorem Scipiones magiſtratus majo-
res, aut honores conſecuti ſunt, enumeremus, poſt-
ea de Africano, & aliis tractemus. Undecim in-
venio ante Africanum conſecutos fuiſſe Pontifica-
tum Max. duos, Dictaturam unam, Triumphos
tres, Cenſuram unam, Conſulatus novem, Tri-
bunatus conſulari poteſtate duos, Magiſteria equi-
I. tum tria. Primus P. Cornelius ann. CCCLVII.
Magiſter equitum fuit M. Furio Camillo Dicta-
tori rei gerundæ cauſſa, a quo Veii capti ſunt, &
de Ieis triumphavit. Anno proximo Trib. Mili-
tum factus eſt, & iterum continuato in alterum
II. annum magiſtratu. Interrex biennio poſt fuit. Hu-
jus filius Publius Scipio primus Ædilis curulis fuit
anno CCCXXCVII. & Magiſter equitum L. Fu-
rio M. F. Camillo Dictatori comitiorum cauſſa
III. ann. CDIII. Ejus forraſſe frater L. Scipio eodem
anno Coſ. fuit cum M. Popillio Lænate III. Ma-
giſter etiam equitum fuerat Ap. Claudio Craſſino
Regillenſi Dictatore rei gerundæ cauſſa ann.
IV. CCCXCI. Quartus eſt P. Scipio Scapula Pontif.
Max. ann. CDXXI. quadriennio poſt Coſ. cum
V. C. Plautio Proculo. Hunc ſequitur P. Scipio Bar-
batus, qui Dictator fuit comitiorum cauſſa Mag.
equit. dixit P. Decium Murem ann. CDLXVII.
VI. biennio poſt Pont. Max. fuit. Poſt hos L. Scipio.
Coſ. fuit ann. CDLV. cum Cn. Fulvio Max.
Centumalo. Hunc Cn. F. quidam fuiſſe ſuſpican-
VII. tur. Septimus Cn. Cornelius L. F. Cn. N. Scipio
Aſina Coſ. fuit cum C. Duilio anno quincto primi
belli Punici, hoc eſt anno urbis CDXCIII. Ite-
rum Coſ. poſt ſex annos cum A. Atilio Calatino
II. anno proximo triumphum egit Procoſ. de Pœ-
neis X. Kal. April. quorum omnium Verrius in fa-
ſtis teſtis eſt. Cenſor fuit cum eodem C. Duilio
VIII. ann. CDXCV. luſtrum XXXVI. fecerunt. Hujus
filius P. Scipio Aſina Coſ. fuit cum M. Minu-
cio Ruſo ann. DXXXII. & triumphum egit de
Iſtreis. *Aſinæ* cognomen cur primo ex hac
familia hæſerit, docet Macrobius in *Saturnalibus*.
IX. Patruus ſuperioris eſſe poteſt L. Scipio L. F. Cn.
N. qui Cos. fuit anno proximo poſt Aſinæ, & Dui-
lii conſulatum, teſte Verrio. Cujus collega fuit
C. Aquillius Florus: triumphum egit de Pœnis,
X. Sardinia, & Corſica V. Id. Mart. Hic Africani a-
vus fuit, cujus filii duo fuerunt Cn. Scipio Cal-
vus pater Naſicæ, & P. Scipio pater Africani, &
Aſiatici Cn. Calvus Cos. fuit cum M. Marcello,
XI. qui opima tulit ann. DXXXI. P. Scipio Cos. fuit
quadriennio poſt cum Ti. Sempronio Longo an-
no primo belli Punici ſecundi. Ambo fratres in
Hiſpania occiſi ſunt Proconſules. Ventum eſt ad
P. Cornelium Scipionem Africanum, qui bis con-
ſularis & cenſorius, ac triumphalis ter princeps ſe-
natus, fratrem habuit conſularem, & triumphalem,
nepotem vero filii adoptione bis conſularem, bis
triumphalem, & cenſoriū & augurem, ex fratris libe-
ris unus conſularis fuit, Scipiones Naſicæ patruo
Africani orti obtinuerunt Pontificatus Maximos duos, triomphos duos, principes ſenatus lecti ſunt bis, cenſor unus, conſules quinque fuerunt, unus vir optimus, quod ceteris honoribus majus eſt, omnium conſenſu judicatus. Africanus matre na-tus eſt Pomponia, quam ferunt pariendo, aut paul-lo poſt mortuam: quamvis Polybio adſcribuntur fragmenta hiſtoriarum, in quibus Lucius, qui poſt-ea *Aſiaticus* appellatus eſt, frater major Africa-no dicitur, cum peteret Ædilitatem, Africanum ha-buiſſe competitorem matre conſentiente, & am-bos deſignatos Ædiles curules. Patrem conſulem ſervaſſe dicitur in prœlio ſaucium annos natus XVII. In Hiſpaniam profectus eſt ann. XXIV. conſulatum priorem geſtit cum P. Licinio Craſ-ſo Divite Pont. Max. ann. DXLIIX. Poſt qua-driennium de Hannibale, & Syphacæ Numidarum rege ex Africa Procos. triumphavit. Iterum Cos. cum Ti. Sempronio Longo ann. DLIX. Qua-driennio poſt L. Scipio Africani frater Cos. cum C. Lælio fuit, legatus fratris Africanus in Aſiam profectus eſt, ex ea de rege Antiocho Syriæ Pro-cos. L. Aſiaticus anno proximo triumphavit: pro Aſiatico *Aſiagetem* exiſtimo initio in Græcia di-ctum, cujus nominis exſtant veſtigia in nummis, & in veteribus libris Livianis, & in carmine Si-donii Apollinaris. Cenſor Africanus fuit cum P. Atilio Paito anno DLIV. luſtrum fecerunt XLVI. Perprinceps ſenatus lectus eſt luſtro XLVII. XLVIII. & XLIX. nova ratione electus, non quia antiquior Cenſorius eſſet, ſed quia dignior. Uxorem habuit Tertiam Æmiliam L. Aimilii Paulli bis conſulis, & triumphalis, qui in Cannen-ſi prœlio obiit, filiam, ex qua filios duos filias totidem procreavit. Major Cornelia P. Naſicæ viro optimo, aut viri optimi filio nupſit. Minor Ti Sempronio Graccho bis conſuli, & Cenſorio: ex his nati ſunt Ti. Gracchus, & C. Gracchus am-bo Tribuni plebis, ac diſertiſſimi, ſed ab optima-tibus occiſi. Horum ſoror Sempronia Africani Mi-noris uxor fuit. Cn. & Publius Africani filii ſine liberis deceſſerunt. Publius tamen Prætorius fuit, & L. Paulli, qui ter triumphavit, & bis Cos. fuit & cenſor, filium in adoptionem accepit. Erat au-tem Paullus frater Æmiliæ uxoris Africani. Cu-jus uxor Papiria C. Maſonis Conſularis, & trium-phalis viri filia fuit. Ex adoptione P. Cornelius P. F. *Scipio Æmilianus* appellatus eſt, qui poſt-ea *minor Africanus* dictus. Hic Cos. fuit ann. DCVI. cum C. Livio Druſo. Procos. anno pro-ximo de Pœnis, & Aſdrubale ex Africa trium-phum egit, everſa Carthagine. Cenſor fuit cum L. Mummio Achaico poſt quadriennium. Luſtrum fecerunt LVII. Iterum Cos. fuit ann. DCXIX. cum C. Fulvio Flacco. Procos. iterum triumpha-vit biennio poſt de Numantineis ex Hiſpania Ci-teriore. Obſcurum exitum vitæ uterque Africa-nus habuit, major exul voluntarius Literni, mi-nor Romæ, ut creditum eſt, a C. Carbone ſuf-focatus. Ex liberis fratris Africani majoris unicum nomen in faſtis reperitur. L. Aſiatici, qui Cos. fecit ann. DCLXX. cum C. Norbano Flacco. Is L. F. L. N. appellatur a Verrio. Capitolium eo anno conflagravit. Hujus filiam duxit P. Sextius

P.

P. F. qui Tr. Pl. Ciceronis partes defendit, & ab
eodem judicio de vi defenſus eſt: extatque ora-
tio, quæ inſcribitur *pro P. Sextio*, in qua ad e-
xulem L. Scipionem ſocerum Maſſiliam uxorem
deduxiſſe refert. Sextii mater Poſtumia C. Albini
filia fuit. Nunc Scipiones Naſicas perſequamur,
I. omnes eiſdem prænominibus uſos videmus. Pri-
mus P. Cornelius Cn. Calvi filius vir optimus ap-
pellatus eſt admodum adoleſcens nondum Quæ-
ſtor, ut Peſſinuntiæ deæ hoſpes eſſet: Cos. fuit
anno primo belli Antiochini, hoc eſt ann. DLXII.
cum M. Acilio Glabrione. De Bojeis Galleis tri-
umphavit in conſulatu. Sunt qui hunc Pontifi-
cem Max. fuiſſe dicant ano. DCIII. ſed id de fi-
lio Naſica dictum ratio temporum expoſcit, ut
II. probabilius judicemus. Alter Naſica, qui a quibuſ-
dam *Corculum* appellatur fratrem habuiſſe dici-
tur Marcum: Cos. deſignatus eſt cum C. Marcio
Figulo ann. DXCI. ſed vitio facti abdicarunt, in
eorum locum facti ſunt P. Cornelius Lentulus,
& Cn. Domitius Ahenobarbus. Poſt ſeptem an-
nos II Cos. cum M. Claudio Marcello II. de
Delmateis triumphum egit. Cenſor fuit anno
DXCIV. cum M. Popillio Lænate. Luſtrum fe-
III. cerunt LIV. Princeps ſenatus duobus luſtris le-
ctus eſt luſtro LVI. & LVII. Tertius *Serapion*
ob ſimilitudinem formæ cujuſdam victimarii ap-
pellatus eſt: conſul fuit ann. DCXV. cum D. Ju-
nio Bruto Callaico. Pontifex Max. quinquennio
poſt. Ti. Gracchum propinquum ſuum, & Tribunũ
IV. plebis, ut ſeditioſum privato conſilio interfecit.
Quartus Naſica Cos. fuit anno primo belli Jugur-
thini cum L. Calpurnio Beſtia, hoc eſt anno
DCXLII. In conſulatu mortuus eſt. Hic Sera-
pionis filius Corculi nepos, viri optimi pronepos
fuit. Filium conſularem non habuit. Uxor ejus
Cæcilia Q. Metelli Macedonici filia. Filius Lici-
niam duxit L. Craſſi oratoris conſularis, & Cen-
ſorii filiam, & Muciæ Q. Scævolæ Auguris, &
Læliæ filiæ. His parentibus ortus eſt P. Cornelius
Naſica poſtea dictus Q. Metellus Pius Scipio, a
Q. Cæcilio Metello Pio adoptatus: cujus frater
a L. Craſſo avo adoptatus eſt. Uxor Scipionis Me-
telli fuit Lepida, quam ſponſam dimiſit, ſed cum
ea M. Catoni promiſſa fuiſſet, recuperavit. Quod
iniquo animo tulit Cato, & jambicis verſibus
in eum invectus eſt. Filia Cornelia P. Craſſi M.
F. a Parthis cum patre interempti, & poſtea Cn.
Pompeii Magni uxor. Addatur ſuperioribus Cn.
Scipio Hiſpallus L. F. L. N. qui Cos. fuit ann.
DLXXVII. cum Q. Petillio Spurino. Ambo con-
ſules in magiſtratu mortui ſunt. *Scipionis* nomi-
ne baculum ſignificari Plautus docet: in hanc fa-
miliam id cognomen veniſſe ferunt, quod ſenex
cæcutiens, aut infirmus pro baculo uteretur filio.
III. Vidimus Coſſorum, & Scipionum ſtirpes: nunc
Lentulorum perſequamur. His varia cognomina ad-
duntur: *Caudinus*, *Lupus*, *Sura*, *Spinther*, *Mar-
cellinus*, & ſi qua alia ſunt. Sexdecim Lentulos in-
venio conſecutos fuiſſe Pontificatum Maximum,
& Dictaturam ſemel, cenſuras quattuor, trium-
phos duos, ovationes duas, principatum ſenatus
I. bis, conſulatus ſexdecim. Primus L. Lentulus Coſ.
fuit cum Q. Publilio Philone II. ann. CDXXVI.
Dictator fuit poſt annos ſeptem rei gerundæ cauſſa.
Alter eſt Ser. Lentulus Cn. F. Cn. N. ut Verrio II.
placet: Coſ. fuit ann. CDL. cum L. Genucio A-
ventinenſi. Tertius L. Lentulus Ti. F. Ser. N. Coſ. III.
anno CCCCLXXVIII. cum Manio Curio Den-
tato III. triumphum egit de Samnitibus, & Luca-
neis Kalend. Mart. Quartus L. Lentulus Caudinus IV.
ſuperioris filius Coſ. cum Q. Fulvio Flacco anno
DXVI. Cenſor anno proximo cum Q. Lutatio
Cercone, qui in magiſtratu mortuus eſt, & Lentu-
lus abdicavit. Pontifex Max. fuit ann. DXXII.
poſt L. Metellum. Hujus frater P. Lentulus Cau- V.
dinus L. F. Ti. N. Coſ. fuit cum C. Licinio Varo.
Succeſſor fratris fuit in conſulatu: quo anno Ludi
ſæculares tertii facti ſunt. Caudinus de Liguribus
Idib. intercal. triumphavit. Poſt hunc Cn. Lentu- VI.
lus L. F. L. N. Coſ. fuit cum P. Ailio Paito anno
DLII. Procoſ. ovans reverſus eſt ex Hiſpania Ci-
teriore poſt quinquennium. Hujus frater L. Lentu- VII.
lus Procoſ. ovans ex Hiſpania ann. DLIII. & anno
proximo Coſ. fuit cum P. Villio Tappulo. O-
ctavus P. Lentulus L. F. L. N. ſuperioris fi- VIII.
lius, ut creditur, Coſ. ſuffectus fuit cum Cn.
Domitio Ahenobarbo in locum P. Cornelii Sci-
pionis Naſicæ Optimi filii, & C. Marcii Figu-
li, qui vitio facti abdicarunt anno DCXI. Cen-
ſor fuit, ut quibuſdam placet, ann. DCXV. cum
Ap. Claudio Pulchro. Luſtrum non fecerunt.
Princeps ſenatus luſtro LIX. & LX. lectus eſt.
Avus hic P. Suræ fuit, ut ex Cicerone didicimus.
Nonus L. Lentulus Lupus Cn. F. L. N. ut Verrius IX.
teſtatur, Coſ. fuit cum C. Marcio Figulo anno
DXCVII. Cenſor cum L. Marcio Cenſorino poſt
novem annos fuit. Hic ille Lupus eſt, ut arbitror,
quem Lucilius vexat, qui eiſdem temporibus fuit,
eundemque poſt conſulatum damnatum fuiſſe lege
Cæcilia repetundarum: ac poſtea Cenſorem fuiſſe
Val. Max. lib. VI. cap. XI. ſcribit. Poſt hunc fra- X.
ter hujus Cn. Lentulus Coſ. fuit cum L. Mummio
anno DCVII. Undecimum alter Cn. Lentulus, cu- XI.
jus parentes ignoramus, Coſ. fuit anno DCLVI.
cum P. Licinio Craſſo. Duodecimus Cn. Lentu- XII.
lus Cn. F. Clodianus Coſ. fuit cum L. Gellio Po-
plicola ann. DCXXCI. Iidem Cenſores fuerunt
poſt biennium, luſtrum fecerunt LXVIII. Hic
Lentulus ex cognomine videtur a Clodia in Cor-
neliam familiam adoptione tranſiiſſe, cujus rei in-
certa hiſtoria eſt, niſi forte primus Marcellinorum
fit. Tertiuſdecimus P. Lentulus Sura P. F. P. N. XIII.
Coſ. fuit anno proximo poſt ſuperioris conſulatum,
cum Cn. Aufidio Oreſte. Hujus pater naturalis
Manius Aquillius vir conſularis, & triumphalis
fuit, quem M. Antonius orator defendit a P. Len-
tulo Publii principis ſenatus filio adoptatus P. Cor-
nelii Lentuli nomen accepit. *Sura* dictus eſt, quod
Quæſturæ pecunia interverſa, cum rogaretur a L.
Sulla, cujus Quæſtor erat, *quam eſſet rationem
redditurus*, *præbebo*, inquit, *Suram*: illic enim
pueri, & tyrones peccantes percuti ſolebant. Id
ſignificat, qui dixit,

*Ferimur, inque vicem præbemus crura
ſagittis.*

Hic poſt conſulatum ſenatu motus a Cenſoribus
iterum magiſtratus eoſdem obtinuit, & Prætor ite-

rum fuit conſule Cicerone, & in conjuratione Ca-
tilinæ, cum C. Cethego, & Publio, ac Servio
Sullis Servii filiis, qui omnes Senatorii ordinis
Cornelii fuerant, & equeſtris ordinis C. Cornelius
fuit, detecta conjuratione coactus abdicare ſe Præ-
tura interfectus eſt. Uxor Suræ Julia mater M.
Antonii Triumviri, ſoror L. Cæſaris conſulis ann.
DCXXCIX. cui ſucceſſit M. Tullius Cicero Coſ.
XIV. Quartuſdecimus P. Cornelius P. F. Lentulus Spin-
ther Coſ. fuit cum Q. Cæcilio Metello Nepote,
ſexto anno poſt Ciceronis conſulatum, quo anno
ipſe Cicero ab exilio revocatus eſt. Cognomen
Lentulus ab Spinthere hiſtrione, cui erat ſimilis,
accepit, ut Valerius Maximus, & Plinius re-
tulerunt. Procoſ. ex Cilicia triumphum egit ann.
XV. DCCII. Sequitur Cn. Lentulus Marcellinus P. F.
Coſ. fuit cum L. Marcio Philippo anno proximo
poſt ſuperioris conſulatum. Cicero in *Bruto* auctor
eſt M. Marcellum veterem duorum filiorum pa-
trem fuiſſe, quorum alter *Marcellus Æſerninus*,
alter *P. Lentulus Marcellinus* appellatus ſit. Ab
hoc Marcellini originem duxere, ex quibus hic
XVI. primus conſularis fuit. Poſtremus L. Lentulus
Crus P. F. Flamen Martialis, qui ultimo anno li-
bertatis reip. Rom. Coſ. fuit cum C. Marcello M.
F. qui fuit urbis annus DCCIV. Huic uxorem
fuiſſe Publiciam, ſocrum Semproniam invenio.
Alios Lentulos conſulares, qui ſub Auguſto vixe-
runt poſtea referemus.

IV. Quartus hic locus poſtulat, ut de aliis Corne-
liis dicamus, qui cognominibus a ſuperioribus Coſ-
ſis, Scipionibus, & Lentulis diſtinguntur, ut Ru-
fini, Sullæ, Cethegi &c. Rufini duos habuerunt Di-
ctatorios, alterum bis conſularem, & Triumpha-
lem. Nam P. Cornelius Rufinus Dictator rei gerun-
dæ cauſſa dictus ann. CDXIX. M. Antonium Ma-
giſtrum equitum dixit: ſed ambo vitio creati abdi-
carunt. Alter ejuſdem nominis ſuperioris filius for-
taſſe, Coſ. fuit cum M. Curio Dentato ann.
CDLXIII. Ambo conſules de Samnitibus trium-
pharunt. Iterum Coſ. poſt annos XIII. cum C.
Junio Bubulco Bruto II. Dictator anno proximo,
ſive quo alio: res enim obſcura eſt. Hic tamen for-
tiſſimus, ornatiſſimuſque vir a C. Fabricio, & Q.
Aemilio Papo Cenſoribus ſenatu motus eſt, quod
decem argenti facti pondo haberet: furacem fuiſſe
jocus ille ejuſdem Fabricii in eum dictus oſtendit
apud Ciceronem, cum is gratias ageret, quod cum
conſulem feciſſet bello præſertim magno, & gra-
vi: „ malui (inquit) compilari, quam venire,
„ non eſt, quod gratias agas “. Ab hoc ortus eſt
L. Cornelius Sulla, qui Sextus ab illo dicitur fuiſ-
ſe: cognomen mutaſſe majores dicuntur ob libros
Sibyllinos, quibus interpretandis unus majorum
præfuit, Decemvir ſacris faciundis: ab eo mu-
nere *Sibylla*, vel *Sibulla*, poſtea *Sulla*, vel *Syl-
la* dictus eſt: quamvis aliqui, quod flavo, com-
ptoque capillo fuerit, ita appellatum aſſerant.
P. Cornelius is dicebatur, Flamenque Dialis
fuit, ut apud Gellium L. Sullam libro *rerum
geſtarum* ſecundo ſcripſiſſe invenio. Duos ſolos
conſulares invenio Sullas, quorum alter Coſ. deſi-
gnatus ambitus damnatus eſt, alter Sulla Felix,
qui Dictator, bis conſul, ac triumphalis fuit. Vir
fortis, ſed tyrannus, & ſanguinarius L. F. P. N. a
Verrio appellatur. Quæſtor C. Mario conſuli Ju-
gurthino in bello fuit; cumque Jugurtha deditio-
nem feciſſet, a Sulla Mario datus eſt, quam ſpe-
ciem in anulis, & nummis exprimendam curavit:
unde initium partium, & multorum malorum ſe-
minarium exortum eſt. Tribus tamen trophæis poſt-
ea uſum, quod etiam Pompejo Magno placuit,
Dion refert. Conſul cum Q. Pompejo Rufo genero
patre fuit anno DCLXV. cum bellum Mithridati-
cum ſuſcepiſſet, contentione orta inter C. Cæſarem
L. F. Strabonem, & P. Sulpicium adoleſcentes di-
ſertos, provincia conſularis C. Mario ex lege Sul-
picii tribuitur. Hinc maximum ortum inter Maria-
nos, & Sullanos bellum civile. Victor Sulla in
Aſiam profectus eſt. Ubi fortem ſe, atque felicem
multis, magniſque rebus geſtis oſtendit. Inde re-
verſus Samnites ad internicionem delevit, Maria-
nos occidendos, proſcribendoſque curavit. Dicta-
tor ab Interrege L. Valerio Flacco Reip. conſti-
tuendæ longo intervallo Dictaturæ nomine inau-
dito, dictus eſt: ann. DCLXXI. anno proximo
triumphum per biduum egit ex Græcia, Aſia,
Ponto, & rege Mithradate IV. & III. Kal. Febr.
In ſequentem annum Coſ. deſignatus eſt cum Q.
Cæcilio Metello Pio. Altero poſt conſulatum an-
no ſe Dictatura abdicavit: quod C. Cæſar repre-
hendere ſolebat, ac dicere eum *magiſtrum populi*,
ſic enim veteres Dictatorem appellabant, litteras
neſciſſe, non quod Sulla indoctus eſſet, ſed quod ty-
rannorum jura, ſive artem tyrannidis retinendæ,
quas litteras reconditas appellabat, ignoraret. In
quibus illud erat ex Euripide, *Si violandum jus
eſt, regnandi cauſſa* &c. in quo Cæſar a Cicerone
jure notatur. Uxores L. Sullæ quinque fuerunt,
Ilia prima, ex qua filiam ſuſcepit, Ælia ſecunda,
tertia Cælia, quam ut ſterilem repudiavit; quarta
Cæcilia L. Metelli Delmatici filia, quæ parum pu-
dica credita eſt, geminorum Fauſti, & Fauſtæ ma-
ter: hæc prius M. Æmilio Scauro principi Senatus
nupſerat, ex qua filium, & filiam ſuſceperat.
Quincta uxor Valeria Meſſallæ filia Q. Hortenſii
ſoror, ex qua Poſtuma nata eſt. Fauſtus Pompe-
jam Cn. Magni filiam duxit, Fauſta nupſit T.
Annio Miloni, cum qua C. Salluſtius Criſpus hi-
ſtoricus deprehenſus loris cæſus eſt, altera Fauſta,
ſive eadem nupſit C. Memmio, ex qua C. Mem-
mius natus eſt, & ab eo repudiata nupſit C. Apro-
nio Limoni. Alia Sullæ filia nupſit Q. Pompejo
Rufo, Q. Rufi, de quo ſupra diximus, filio, ex qua
Q. Rufus Tr. Pl. & Pompeja C. Cæſaris Dictato-
ris uxor, quam P. Clodius adamavit, procreati
ſunt. Alter Sulla conſul deſignatus P. Cornelius
Ser. F. L. N. appellatus, filius fratris Felicis Di-
ctatoris cum L. Autronio Pæto damnatus eſt am-
bitus: in eorum locum accuſatores ſucceſſe-
runt, L. Aurelius Cotta, L. Manlius Tor-
quatus anno DCXXCVIII. Hunc defendit
Cicero in oratione, quæ *pro P. Sulla* inſcribitur.
Accuſabat L. Torquatus Lucii, de quo dictum
eſt, filius Sullam cum Autronio, & Catilina con-
juraſſe: eum in conjuratis cum fratre Servio no-
minat Criſpus Salluſtius, Cicero negat ullam um-
quam de eo ſuſpicionem habuiſſe: ſed vixiſſe Nea-

poli otioſum. Sullas ſequantur Cathegi, ex quibus quattuor conſulares, totidem conſulatus, cenſuras duas, duos etiam triumphos obtinuerunt. Primus M. Cethegus M. F. M. N. cum P. Sempronio Tuditano Cenſor fuit ann. DXLIV. luſtrum fecerunt XLIV. cum neuter conſul fuiſſet. Nam conſules fuerunt quadriennio poſt. Hic *ſuaviloquens* appellatur ab Ennio. Alter C. Cethegus L. F. M. N. Cos. fuit cum Q. Minucio Rufo ann. DLVI. triumphum egit de Inſubribus, & Cœnomaneis Galleis. Cenſor triennio poſt fuit cum Sex. Ailio Paito Cato: luſtrum fecerunt XLVII. Tertius P. Cethegus L. F. P. N. Cos. fuit cum M. Bæbio Tamphilo ann. DLXXII. anno proximo Procos. triumphavit de Liguribus. Quartus M. Cornelius C. F. C. N. Cethegus Coſ. fuit cum L. Anicio Gallo ann. DXCIII. Si quis horum parentes conjungere velit, quos M. Verrius Flaccus diligenter enumerat, vix ullam propinquitatem eliciat exceptis duobus prioribus, quos fratres patrueles eſſe idem prænomen avi oſtendit. Quartus ſecundo conjungetur, ſi ejus nepotem fuiſſe credideris. Ita fiet, ut Marcus ſit pater Marci, & Lucii, ſecundus Marcus pater Marci Cens. & Cos. Lucius vero pater Caii conſularis, hic Cajus Caii pater ſit, & Caii conſularis avus. Si tertium addere velis, fingendus eſt aliquis ex parentibus Marci Cenſorii habuiſſe etiam Publium filium, qui pater Lucii fuerit, Lucium Publii conſularis patrem.

De Merulis pauca dicenda, duos enim ſolos conſulares inveni, quorum alter Flamen Dialis fuit. L. Cornelius L. F. Merula ann. DLX. Cos. fuit cum Q. Minucio Thermo. Alter ejuſdem nominis Flamen Dialis Coſ. ſuffectus fuit L. Cornelio Cinnæ, cui imperium abrogatum eſt, collega Cn. Octavius occiſus eſt, & ipſe Merula Cos coactus a Marianis ſibi manus intulit ann. DCLXVI. Dolabellæ ſex, conſulatus quinque, triumphos tres obtinuerunt. Primus P. Cornelius Dolabella Maximus Cos. fuit cum Cn. Domitio Calvino ann. CDLXX. triumphum egit de Etruſceis, & Galleis Senonibus. Alter Cn. Dolabella Cn. F. Cn. N. Cos. fuit cum M. Fulvio Nobiliore ann. DXCIV. Tertius Cn. Dolabella Cos. ſuffectus, ut quidam arbitrantur, L. Caſſio Longino, qui a Gallis occiſus eſt ann. DCXLVI. Alter conſul C. Marius fuit, qui poſtea ſepties conſul appellatus eſt. Hunc putant quidam Aſconium in *Verrinis*, atque alibi ſecuti a M. Æmilio Scauro fuiſſe accuſatum, & damnatum: ſed mihi non fit veriſimile, de eo Ciceronem in *Verrinis* locutum; cum ſi de patre Scauro loquimur, jam Scaurus mortuus erat, cum Verres Prætor, aut Quæſtor fuit; ſi de filio, non hic Dolabella eſt, de quo Cicero in *Prætura urbana* lib. III. *in Verrem* ait Verrem defendiſſe legatum Proquæſtore ſuum. Additque: „ Nemo jam Dolabellæ, neque tui, neque „ tuorum liberorum, quos tu miſeros in egeſtate, „ atque in ſolitudine reliquiſti, miſereri po„ teſt “. Ille Dolabella Carbonis ſucceſſor in conſulatu fuit, hic XXV. annis antiquior eſt. Quartus L. Dolabella L. F. L. N. quincto Kalend. Feb. ann. DCLV. Procoſ. ex Hiſpania ulteriore de Luſitaneis triumphum egit. Quinctus Cn. Dolabella, de quo Ciceronem locutum eſſe dicebamus: is Coſ. fuit cum M. Tullio Decula ann. DCLXXII. Procoſ. quadriennio poſt ex Macedonia triumphum egit. Sextus eſt P. Dolabella P. F. P. N. gener Ciceronis, qui C. Cæſari Coſ. V. Idib. Martiis interfecto ſuffectus eſt ann. DCCIX. collega eorum M. Antonius. Hic modo laudatur, modo vituperatur a Cicerone: quod enim egerat adverſus eos, qui columnam Cæſari ſtatuerant, aut contra M. Antonium, effert ſummis laudibus, quod vero contra Trebonium, aut alios percuſſores Cæſaris maxime vituperat. Hoſtis judicatus eſt occiſo Trebonio, iſque paullo poſt a Caſſio obſeſſus ſe ipſum interfecit.

Cinnæ duo conſulatus obtinuerunt quinque. Nam L. Cornelius L. F. Cinna Coſ. fuit cum L. Caſſio Longino Ravilla ann. DCXXVI. Hujus, ut creditur, filius Coſ. Cn. Octavio poſt annos XL. a collega urbe expulſus cum C. Mario urbem ingreſſus, & collegam, & qui ei ſuffectus fuerat, L. Merulam occidit: triennio conſulatum continuavit: collegam habuit in ſecundo conſulatu C. Marium Septimum conſulem, quo Idib. Jan. mortuo L. Valerius Flaccus ſuffectus eſt. In tertio, & quarto Cn. Papirius Carbo collega fuit. In hoc quarto Cinna ſeditione orta ſe conſulatu abdicavit, & ab exercitu ſuo occiſus eſt. Solus Carbo ſine collega Coſ. fuit. Cinnæ filii fuerunt L. Cinna & Cornelia C. Cæſaris Dictatoris uxor, ex qua Juliam procreavit Cn. Pompeii Magni uxorem. Hanc ita adamavit Cæſar, ut magno periculo eam retinuerit invito L. Sulla Dictatore. Nunc de Merenda, & Blaſione, quos conſulares fuiſſe ſcimus a ſuperioribus ſeparatos, dicendum eſt. Ser. Cornelius Merenda Coſ. fuit ann. CDLXXIX. cum M. Curio Dentato IV. Cn. Cornelius L. F. Cn. N. Blaſio Coſ. fuit cum C. Genuſio Clepſina II. poſt quadriennium a ſuperiore. Triumphum egit de Saſſinatibus. Cenſor fuit cum C. Marcio Rutilo Cenſorino II. quinquennio poſt conſulatum. Luſtrum fecerunt XXXV. Iterum conſul fuit ann. CDXCVI. cum C. Atilio Regulo. Sine cognomine ullo Cornelios aliquot invenio. Nam Servio Tullio Rege Cornelius ſacerdos fuit, & Ser. Cornelius Flamen Quirinalis mortuus eſt anno urbis CCC. & A. Cornelius Quæſitor de falſo fuit anno ſexto ante eum annum, ut Livius teſtatur. P. Cornelius Trib. Mil. fuit ann. CCCLXIV. Alter ejuſdem nominis quadriennio poſt, C. Cornelius ann. CCCLXVIII. Hæc tempore libertatis Reip. Romanæ. Poſtea ante Auguſti mortem hos conſulares invenio. Lentuli ſeptem totidem conſulatus triumphalia ornamenta duo obtinuerunt. Namque eodem anno P. Cornelius P. F. Lentulus Marcellinus, & Cn. Cornelius L. F. Lentulus conſules fuerunt ann. DCCXXXV. & Cn. Cornelius Cn. F. Lentulus Augur poſtea *Getulicus* dictus Coſ. fuit cum M. Licinio Craſſo poſt quattuor annos. Hic legatus Auguſti triumphalia ornamenta accepit de Getulis ex Africa anno DCCLIX. & ann. DCCL. Cn. Cornelius Lentulus L. F. Flamen Martialis Coſ. fuit cum M. Valerio Meſſallino Corta. Et biennio poſt Coſſus Corne-

nelius Cn. F. Lentulus poſtea *Iſauricus* dictus Coſ. fuit cum L. Calpurnio Piſone Augure. Hic etiam legatus Aug. ann. DCCLIX. triumphalia accepit de Iſaureis ex Cilicia. Eodem anno P. Cornelius Cn. F. Lentulus Scipio ex Kaled. Jul. Coſ. fuit cum T. Quinctio Criſpino Valeriano. Nec non anno DCCLXII. ex Kalend. Jul. Ser. Cornelius Cn. F. Cn. N. Lentulus Maluginenſis Flamen Dialis Coſ. fuit. *Scipionis* cognomine unum reperio P. Cornelium P. F. P. N. qui Coſ. fuit cum L. Domitio Ahenobarbo ann. DCCXXXVII. Sulla quoque unus eſt L. Cornelius P. F. qui collega Auguſti fuit in XII. conſulatu ann. DCCXLVIII. & VII. vir epulonum. Hunc credunt aliqui P. Sullæ Coſ. deſ. fil. qui Ser. filius fuit. Cinna unus L. Cinnæ quater conſulis nepos Cn. Cornelius L. F. L. N. Cinna Magnus Coſ. fuit cum L. Valerio Meſſalla Voluſo ann. DCCLVII. Dolabella unus P. Cornelius P. F. P. N. Coſ. fuit ann. DCCLXII. cum C. Junio Silano Flamine Martiali. Ipſe Septemvir epulonum, & ſodalis Titienſis fuit. Præter hos, qui ex veteribus nobiliſſimis familiis patricii fuerunt, reperio Balbos Cornelios conſulares, quorum origo Gaditana. Primus Balbus a Cn. Pompejo civitatem Romanam accepit, de qua poſtea periclitatus eſt, & defenſus a Cicerone. Hujus filius, ut arbitror, Coſ. ſuffectus fuit, primus ex provinciis ad Oceanum conſtitutis, ut Plinius animadvertit, L. Cornelius L. F. Balbus cum P. Canidio Craſſo ann. DCCXIII. Alter Balbus fuit L. Cornelius P. F. qui Procoſ. ex Africa VI. Kal. April. ann. DCCXXIV. triumphavit. Hunc exiſtimo Coſ. ſuffectum fuiſſe ante annos XIII. cum Paullo Æmilio Lepido ex Kal. Julii: quamvis *Balbi* nomen in faſtis deſit. Quod ſi non is eſt, inter eos, qui ſine cognomine Cornelii fuerunt, collocetur. Julius Capitolinus auctor eſt D. Cælium Balbinum, qui cum M. Clodio Pupieno Maximo Imperator factus eſt, adverſus Maximinum Imperatorem, patricium, nobiliſſimumque fuiſſe, quod originem ſuam a Cornelio Balbo Theophane duceret. Theophanem Pompeii Magni libertum fuiſſe credo, aliumque a Cornelio Balbo: propinquum tamen fuiſſe indicat Cicero in oratione *pro Balbo*, & ab eodem Theophane adoptatum. Recte igitur idem Theophanes *Balbus* dici potuit. *Balbinos* vero a Balbis dictos veriſimile eſt. Itaque potuit aliquis Cornelius Balbus a Cælio adoptatus *Cælius Balbinus* dici, ut Claudius Marcellus a Lentulo adoptatus *Cornelius Lentulus Marcellinus* dictus eſt. Poſt Auguſtum, & ante Veſpaſianum Imp. adhuc retinuerunt antiqua cognomina hi conſulares. Ser. Cornelius Ser. F. Cethegus Coſ. ann. DCCLXXV. cum L. Viſellio Varrone. Coſſus Lentulus Coſſi F. Cn. N. Iſauricus cum M. Aſinio Agrippa Coſ. anno ſequenti. Cn. Lentulus Cn. F. Cn. N. Gætulicus cum C. Calviſio Sabino Coſ. anno proximo. L. Cornelius L. F. P. N. Sulla Coſ. cum Ser. Sulpicio Galba, qui poſtea *Auguſtus* appellatus eſt anno urbis DCCLXXXV. quo anno JESUS CHRISTUS Dominus noſter cruci affixus eſt. Superiores ſub Ti. Cæſare Imp. fuerunt. Ser. Cornelius Scipio Orfitus collega Ti. Claudii Imp. in V. conſulatu ann. DCCCIII. Ab hoc plures Orfiti conſulares. P. Cornelius L. F. L. N. Sulla Fauſtus cum L. Salvio Othone patre Imp. Othonis Cos. anno ſequenti. Eodem anno ex Kal. Juliis ſuffectus eſt L. Sulla frater conſules ordinarii cum M. Licinio Craſſo Muciano, ſub eodem Ti. Cl. Imp. Sub Nerone P. Scipio P. F. Cos. fuit cum Q. Voluſio Saturnino ano. DCCCVIII. Coſſus Cornelius Coſſi F. Coſſi N. Lentulus collega fuit Neronis Imp. in IV. conſulatu ann. DCCCXII. P. Cornelius P. F. Scipio Aſiaticus Cos. ex Kal. Sept. ann. DCCCXX. cum C. Bellico Natali ſub Galba Imp. At homo novus Cornelius Laco Præf. Præt. a Ti. Cl. Aug. triumphalia ornamenta accepit ann. DCCXCVII. de Britanneis. A Veſpaſiano ad Gallienum Imp. unum Scipionem Aſiaticum, plures Scipiones Orfitos, ceteros Cornelios variis cognominibus conſulares appellatos invenio. Omnes temporum ordinem ſecutus referam. C. Priſcus ſub Veſpaſiano Cos. fuit cum L. Cejonio Commodo Vero avo L. Ælii Cæſaris, quem Hadrianus Imp. adoptavit: annus conſulatus fuit DCCCXXX. Alter Cornelius Priſcus cum Pompejo collega poſt XV. annos Cos. ſub Domitiano Imp. Poſt hunc P. Cornelius Tacitus hiſtoricus Cos. ſuffectus T. Verginio Rufo III. qui recuſavit occiſo Vindice imperium, collegæ Nervæ Aug. in tertio conſulatu an. DCCCXLIX. Ab hoc Tacito Imp. M. Claudius Tacitus gloriabatur ſe originem ducere, ejus libros ſæpius quotannis deſcribi, & in omnibus bibliothecis conſervari juſſit. Eodem anno M. Cornelius Fronto II. Cos. cum Fabio Poſtumo ex Kal. Juliis: Cos. III. fuit cum Imp. Trajano III. Cos. poſt triennium. Hujus filius M. Cornelius Fronto orator, & Cos. magiſter fuit Imperatorum Antonini, & Lucii, ejus etiam nepos Fronto Cos. fuit, qui ex Aufidia Aufidii Victorini bis Præfecti urbis, & conſulis filia M. Aufidium Frontonem procreavit. A. Cornelius Palma bis conſul fuit ſub eodem Trajano. Namque anno DCCCLI. cum C. Soſio Senecione II. & decennio poſt cum C. Calviſio Tullo II. occiſus eſt ab Imp. Hadriano. Cornelius Scipio Orfitus ex Kal. Mart. Cos. ſuffectus ano. DCCCLIII. Sub Hadriano Imp. P. Cornelius P. F. Scipio Aſiaticus II. Cos. cum Q. Vettio Aquilino ann. DCCCLXXVII. Prioris conſulatus tempus incertum eſt. Ser. Cornelius Scipio Orfitus Cos. fuit cum Q. Nonio Priſco anno CMI. ſub Pio Imp. L. Cornelius C. F. Gal. Celſus Cos. fuit ſub Marco, & Lucio fratribus Impp. cum C. Julio Macrino ann. CMXVI. Ejuſdem cognominis Auguſti tempore Cornelius Celſus *de rhetorica*, *de re medica*, *de agricultura*, & *de re militari* ſcripſit elegantiſſime. Cornelius Scipio Orfitus, & Servilius Pudens conſules fuerunt anno ſequenti. Alter Scipio Orfitus cum Cl. Maximo Cos. fuit anno CMXXIV. ſub Marco Imp. Tertius Orfitus poſt annos ſex Cos. cum Vettio Rufo ſub eodem Marco, & Commodo Imp. P. Cornelius Anullinus II. Cos. fuit cum M. Aufidio Frontone ann. CMLI. ſub Severo, & Antonino Imp. Alterius conſulatus tempus ignoratur. Alter Anullinus, qui Cos. fuit cum Q.

Aquil-

Aquillio Sabino II. ſub Caracalla Imperat. anno
CMLXVIII. non *Sex. Cornelius* P. F. appella-
tur, ut quidam ſcripſerunt, ſed Sex. Aurelius A-
nullinus ea tubulo aquæ Marciæ. Pervenimus ad
P. Licinium Gallienum Imp. cujus uxor *Corne-
lia Bellonia Auguſta* appellata eſt. Filii vero *P.
Licinius Cornelius Saloninus Valerianus Cæſar*,
& *Q. Julius Licinius Saloninus Gallienus Cæ-
ſar*. Sed Valerianus Cæſar ſex annis ante patrem,
Gallienus Cæſar cum patre occiſi ſunt. Poſt hæc
tempora unum tantum conſularem inveni P. Cor-
nelium Anullinum Cos. ſuffectum ex Kal. Jul.
occiſum a Maxentio Cæſ. ann. MLVII. ſub Con-
ſtantio Sen. & Galerio Maximiano Impp.

D o m i t i a.

Domitia plebeja gens conſulares viros, & Cen-
ſorios aliquot habuit, aliiſque honoribus, & Sa-
cerdotiis ulos, qui eam nobilem reddiderunt. In
duas ſtirpes Calvinorum, & Ahenobarborum di-
ſtinguitur. Calvini tres, quattuor conſulatus Cen-
ſuram, & Triumphum, & Magiſterium equitum
deſtinatum aſſecuti ſunt. Primus Cn. Domitius,
ſive Cajus Cos. fuit cum A. Cornelio Coſſo Ar-
vina II. anno CCCCXXII. Alter Cn. Calvinus
ſuperioris, ut creditur, filius Cos. fuit anno
CDLXX. cum P. Cornelio Dolabella Maximo.
Cenſor triennio poſt cum Q. Fabio Maximo Gur-
gite: luſtrum fecerunt XXXII. Calvinus plebejus
Cenſor primus luſtrum condidit. Tertius longo in-
tervallo Cn. Domitius M. F. M. N. Cos. fuit
cum M. Valerio Meſſalla ann. DCC. Notatum
in faſtis eſt poſt VIII. annos, hunc in inſequen-
tem annum deſignatum non iniiſſe, ſed an de Ma-
giſterio equitum, vel de conſulatu dictum ſit,
incertum eſt. Iterum conſul fuit cum C. Aſinio
Pollione ann. DCCXIII. Triumphum egit ex Hi-
ſpania XVI Kal. Sextil. poſt quattuor annos ſub
Auguſto Cæſare. Præter hos invenio C. Domi-
tium Cn. F. Calvinum Ædilem Curulem fuiſſe
cum Sp. Carvilio Q. F. Maximo ann. CDLIV.
Ahenobarbi novem, totidem conſulatus, cenſu-
ras duas, triumphos totidem, triumphalia orna-
menta, & Pontificatum Maximum ſemel obti-
nuerunt. Hos patriciis adſcitos Suetonius appel-
I. lat. Primus Cn. Domitius L. F. L. N. L. Pron.
Cos. fuit anno DCLXI. cum L. Quinctio Fla-
II. minino. Hujus filius Cn. Domitius Cn. F. L. N.
cum P. Cornelio Lentulo ſuffectus eſt in locum
P. Scipionis Naſicæ Corculi, & C. Marcii Fi-
guli trigeſimo poſt ſuperioris conſulatum anno.
III. Hic etiam Augur fuit Tertius ſuperioris filius
Cn. Ahenobarbus Cn. F. Cn. N. Cos. fuit ann.
DCXXXI. cum C. Fannio C. F. Strabone. Hunc
atavum Neronis Imp. Suetonius appellat. Procos.
triumphum egit de Galleis Arverneis: anno pro-
ximo, vel biennio poſt. Cenſor fuit cum L. Me-
tello Calvo anno DCXXXVIII. luſtrum fecerunt
LXII. acerba duorum plebejorum cenſura fuit,
IV. duos & triginta ſenatu moverunt. Quartus Cn.
Domitius Cn. F. Cn. N. ſuperioris filius Cos. fuit
cum C. Caſſio Longino ann. DCLVII. cenſor
poſt quadriennium cum L. Licinio Craſſo orato-
re: luſtrum fecerunt LXVI. Idem Craſſus parum
collegæ benivolus dicere ſolebat, non mirum ſi
barba ahenea eſſet, cui os ferreum, cor plumbeum
eſſet. Pontifex Maximus fuit ann. DCLI. Hic
tribunus plebis, quod in locum patris alium Au-
gures cooptaſſent, jus ſacerdotum ſubrogandorum a
collegiis ad populum tranſtulit. Hunc avunculum
Q. Catuli minoris fuiſſe Cicero ſignificat. Pa-
terculus eam legem tuliſſe ait C. Mario III.
Cos. ann. DCL. Idem diem dixit M. Æmi-
lio Scauro ad populum, quod ſacra multa
ejus opera deminuta eſſe diceret: cumque ſer-
vus Scauri indicium profeſſus ad eum veniſſet,
comprehendi juſſit, & ad Scaurum deferri. Hunc
Cicero ſe puerum vidiſſe refert conſulem, Cenſo-
rem, ac Pontificem Max. Quintus L. Domitius V.
Cn. F. Cn. N. frater ſuperioris Coſ. fuit cum C.
Cælio Caldo ann. DCLIX. Sextus L. Ahenobar- VI.
bus Cn. F. quem Suetonius abavum conſtituit Ne-
ronis Imperat. atque cum Prætor eſſet, Cæſarem
abeuntem conſulatu ad diſquiſitionem ſenatus vo-
caſſe: conſulem e Gallia revocare temptaſſe: tan-
dem ſucceſſorem a Senatu eundem Domitium da-
tum fuiſſe, ſed captum a Cæſare Corfinii, ac libe-
ratum Maſſilienſes labentes confirmaſſe, & in acie
Pharſalica occidiſſe. Ejus conſulatus fuit anno
DCXCIX. cum Ap. Claudio Pulchro. Uxor ejus
Porcia M. Catonis ſoror germana. Septimus Cn. VII.
Domitius L. F. Cn. N. ſuperioris filius: Coſ. fuit
cum C. Soſio ann. DCCXXI. ſub Auguſto. Hunc
maxime laudat Suetonius, damnatum lege Pedia,
ut Cæſaris percuſſorem, ſed inſontem, Bruti &
Caſſii partes ſecutum, & poſt eorum interitum
claſſem retinuiſſe, eamque poſtea tradidiſſe M. An-
tonio, reſtitutum in patria ampliſſimos honores
aſſecutum. Iterum oborta diſſenſione cum Antonio
fuiſſe legatum, ſed poſtea reverſum ad Cæſarem
Auguſtum. Triumphum egit Procoſ. ex Hiſpania
poſt conſulatum anno proximo. Octavus L. Domi- VIII.
tius Cn. F. L. N. ſuperioris filius. Hic conſul fuit
cum P. Cornelio Scipione ann. DCCXXXVII.
Avus hic Neronis Imp. aurigandi artem, atque
ſævitiam eidem reliquit. Triumphalia ornamenta
ex Germanico bello tulit, ann. DCCXLVII. le-
gatus Imperat. Cæſ. Aug. Uxor Antonia major M.
Antonii Triumviri, & Octaviæ majoris ſororis
Auguſti filia. Ex ea ſuſcepit Cn. Domitium Ahe-
nobarbum Neronis patrem, quem ex Agrippina
Germanici, & Agrippinæ filia procreavit. Confeſ-
ſus eſt pater nato Nerone, nihil ex ſe, & Agrippina
poſſe, niſi deteſtabile procreari. Cum verba Sueto-
nii cum faſtis Verrii confero, magnam video varie-
tatem. Nam Suetonius ſeptem conſulares, Verrius
novem enumerat: Suetonius poſt tres Lucios tres
Cnæos, ceteros varie Lucium, & Cn. alternando
conſtituit. Verrius duobus tribuſve Luciis quattuor
Cnæos duo Lucios ſtatuit, ceteros alternando va-
riat. Suſtuliſſe videtur Suetonius quartum Cnæ-
um, & quartum Lucium, Calvinorum fortaſſe fa-
miliæ eſſe exiſtimans. Cenſura tamen erit alteri ad-
denda, cum Suetonius duos Cenſorios in his ſe-
ptem enumeret. Paterculus ſeptem ante Cn. Nero-
nis, ut arbitror, patrem ait fuiſſe ſingulos parenti-
bus ſuis natos, conſulares, ſacerdotes, & pene
omnes triumphales. Sed, ut hoc, quod de trium-
phis

phis dicit falſum eſt, ita cetera falſa eſſe poſſunt. Pater Neronis conſulatum geſſit cum A. Vitellio patruo A. Vitellii Imperat. ann. DCCLXXXIV. ſub Ti. Cæſare Aug. Paullo poſt Cn. Domitius Cn. F. Corbulo Coſ. ſuffectus fuit ex Kalend. Febr. ann. DCCXC. ſub Caligula Imperat. eidem poſt decennium ornamenta triumphalia data ſunt de Chauceis ex Germania legato Ti. Cl. Imp. Anno proximo poſt ſuperioris conſulatus annum Coſ. fuit Cn. Domitius Sex. F. Afer cum Q. Curtio Ruſo ex Kalend. Juliis ſub Caligula Imp. A Veſpaſiano ducta eſt Fl. Domitilla Fl. Liberalis filia, ex qua Titum, & Domitianum poſtea Imperatores, & Domitillam ſuſcepit: & uxorem & filiam adhuc privatus amiſit. Domitianus matris nomen videtur accepiſſe, ut pater Veſpaſianus a Veſpaſia Polla matre dictus eſt. Domitiani uxor Domitia Longina, quæ Ælio Lamiæ nupſerat, poſtea *Auguſta* appellata eſt. Poſt hæc tempora ante L. Domitium Aurelianum Imp. duos tantum conſulares invenio. Domitium Apollinarem, qui cum Fabricio Vejentone Coſ. ſuffectus fuit ex Kal. Jul. anno DCCCXLIX. ſub Nerva Imp. & C. Domitium Dextrum, qui in ſecundo conſulatu collegam habuit L. Valerium Meſſallam Thraſiam Priſcum ann. CMXLVIII. ſub Severo Imp. Prioris conſulatus tempus ignoratur. Imp. L. Domitius Aurelius Valerius Aurelianus humili genere Sirmii, vel in Dacia Ripenſi natus Pont. Max. Tr. Pot. V. Coſ. III. Imp. III. occiſus eſt, filiam reliquit, ex qua ſenator Aurelianus, & alii orti ſunt. Poſt hunc Imp. neminem conſularem uno excepto reperi, Domitio ſive Dometio Leontio, qui cum Salluſtio Coſ. fuit ann. MXCV. ſub filiis Conſtantini Max.

FABIA.

FABIA familia patricia majorum, ut opinor,
gentium, quæ clariſſimos viros habuit, & omni ho-
norum genere ornatiſſimos: in ſex ſtirpes dividi-
tur, quarum tres frequentes ſunt Vibulanorum,
Ambuſtorum, & Maximorum: tres minus fre-
quentes Dorſonum, Pictorum, & Buteonum. Vi-
bulani ſeptem conſulatus obtinuerunt XIV. Tri-
bunatus Militares conſulari poteſtate V. Decem-
viratum legibus ſcribendis bis, triumphum, &
I. ovationem ſemel. Primus Q. Fabius K. F. Vibula-
nus conſul fuit anno CCLXVIII. cum Ser. Cor-
nelio Maluginenſi Coſſo. Hujus frater Kæſo, ſive
Cæſo Quæſtor perduellionis fuerat proximo anno.
Iterum Coſ fuit cum C. Julio Julo triennio poſt
priorem conſulatum: biennio proximo occiſus eſt.
II. Hujus frater K. Fabius Coſ fuit cum L. Aimilio
Mamercino anno proximo poſt priorem fratris
conſulatum. Iterum Coſ. fuit anno proximo poſt
poſterioris conſulatus fratris annum cum Sp. Furio
III. Medullino Fuſo. Tertio conſul fuit an. CCLXXII.
cum T. Verginio Tricoſto Rutilo. Superiorum
frater M. Fabius conſul fuit proximo anno poſt
primi conſulatus Kæſonis fratris annum cum L.
Valerio Voluſo Potito. Iterum conſul fuit proximo
anno poſt ſecundi conſulatus ejuſdem fratris an-
num cum Cn. Manlio Vulſone. Ita factum eſt,
quod nunquam amplius evenit, ut tres fratres ſe-
ptem annis ſemper conſulatus obtinuerint. Biennio
tamen poſt, ſive anno proximo CCCVI. Fabii cum
familiis, & clientibus ad Cremeram cæſi ſunt a
Vejentibus, diem atrum, & portam Carmenta-
lem, qua exierunt, *ſceleratam* Romani vocave-
runt. Falſumque eſt, unum tantum impuberem
domi relictum, idque jure reprehendit Dionyſius.
Poſt horum cædem Q. Fabius M. F. K. N. conſul IV.
fuit ann. CCLXXXVI. cum Ti. Aimilio Mamer-
cino II. & iterum conſul cum T. Quinctio Capito-
lino Barbato III. biennio poſt fuit, & in conſulatu
luſtrum fecerunt IX. nondum ad id munus Cenſo-
ribus creatis. Tertium conſul cum L. Cornelio
Maluginenſi Coſſo ſexto poſt ſuperiorem anno,
luſtrum etiam fecerunt X. & triumpharunt Fa-
bius Nonis Maii de Æqueis, Coſſus IV. Idus de
Volſceis Antiatibus. Quartum conſulatum obtinuit
ſuffectus L. Minucio Augurino, cujus collega fuit
C. Nautius Rutilus II. anno proximo poſt tertium
conſulatum. Decemvir legibus ſcribendis fuit ann.
CCCIII. Iterumque anno proximo, ſed cum cete-
ris legibus XII. tabularum conſcriptis abdicavit.
Hunc ſecutus eſt M. Vibulanus filius Coſ. fuit ann. V.
CCCXI. cum Poſtumo Æbutio Helva cornicine.
Tribunus militum poſt annos IX. cum M. Foſſio
Flaccinatore, & L. Sergio Fidenate. Sextus Q. Vi- VI.
bulanus ſuperioris frater Coſ. fuit cum C. Sempro-
nio Atratino anno CCCXXX. Septennio poſt
Trib. Mil. fuit. Iterumque poſt biennium. Septi- VII.
mus Numerius Vibulanus ſuperiorum frater Q. F.
M. N. Coſ fuit cum T. Quinctio Capitolino Bar-
bato ann. CCCXXXII. ovans de Æqueis reverſus
eſt. Trib. Mil. fuit poſt ſex annos inter duos Quin-
cti fratris Tribunatus. Iterum Tribunus ann.
CCCXLVI. De hujus Fabii prænomine multi
ſcripſerunt, cum Fabium, qui occiſis CCCVI. ſu-
perſtes fuit, duxiſſe filiam Numerii Otacilii Male-
ventani viri locupletis ea conditione, ut qui pri-
mus naſceretur, prænomen avi ferret, natoque filio
Numerium Fabium eum eſſe appellatum, ne mi-
nemque patricium antea eo nomine vocatum eſſe.
Ego hunc aliis fratribus minorem fuiſſe credo,
cum poſt eos fuerit magiſtratus aſſecutus. Vibula-
nos ſequuntur Ambuſti, Ambuſtos Maximi. Am-
buſti duodecim obtinuerunt Pontificatum Maxi-
mum, & Dictaturas duas, Principatus ſenatus
tres, Magiſteria equitum tria, Cenſuras duas,
triumphum, & ovationem, Conſulatus V. Tribu-
natus militares IX. Primus Q. Fabius Ambuſtus, I.
quem putant M. F. Q. N. fuiſſe, ut Numerium,
& Keſonem Ambuſtos, quos hujus fratres fuiſſe
arbitrantur. Quæ ſi vera ſunt, addamus horum pa-
trem fuiſſe M. Vibulanum, de quo ſupra diximus.
Ita Vibulanos Ambuſtis conjungemus. Illud cer-
tum eſt Q. Ambuſtum Coſ. fuiſſe cum C. Furio
Pacilo ann. CCCXLI. Interrex anno proximo
fuerat, quod ſolis patriciis conceſſum eſt, & ſi ce-
teri Magiſtratus poſtea plebeiis fuerint communi-
cati. N. Ambuſtus poſt hunc Trib. Mil. fuit ſexto II.
poſtea anno. Hunc Verrius affirmat fuiſſe M. F.
Q. N. Tertius K. Ambuſtus ſuperioris frater Trib. III.
Mil. fuit biennio poſt ſuperiorem. Iterumque poſt
tres annos, & tertio ann. CCCLVIII. Tres poſt- IV. V.
ea fratres Q. K. M. Fabii M. F. cum legati ad Gal- VI.

lus

los Cluſium obſidentes de pace miſſi eſſent, Cluſinis opem tulerunt: Gallos irritarunt, ut arma contra urbem Romam moverent: prœlio ad Alliam victores urbem ingreſſi ſunt: tres Fabii Tribuni Militum eodem anno CCCXLIII. proximo anno occiſi ſunt. Hos Marci nepotes eſſe quidam ſuſpicantur, ut ſint Q. pronepotes: nati ex fratre
VII. ſuperiorum. Sequitur M. Ambuſtus K. F. M. N. Tribunus Mil. fuit ann. CCCLXXII. iterumque poſt XXI. anno: ac Cenſor anno CCCXC. cum L. Furio Medullino, luſtrum fecerunt XX. Hunc, ſive alium M. Ambuſtum conſtat Pont. Max. fuiſſe anno CCCLXIII. cum capta urbs fuit, fortaſſe is eſt, cujus eo anno tres filii Tribuni militum fuerunt. Hujus vero M. Cenſorii duæ filiæ Fabia Major nupta Ser. Sulpicio Prætextato patricio. Minor C. Licinio Calvo Stoloni plebejo occaſionem præbuerunt petendi conſulem plebejum, quod exercuit multos annos civitatem Romanam. Ejuſ-
VIII. dem fortaſſe filius fuit C. Ambuſtus, qui Coſ. fuit
IX. ann. CCCXCV. cũ C. Plautio Proculo. Nonus M. Ambuſtus ter conſul fuit. Hunc Verrius M. F. M. N. appellat: primo conſulatu ejus collega fuit C. Pœtelius Libo Viſolus biennio ante ſuperioris conſulatum: ſecundum quadriennio poſt primum geſſit cum M. Popillio Lænate II. tertium biennio poſt cum T. Quinctio Capitolino Criſpino. In primo conſulatu ovans rediit de Herniceis Nonis Septembr. ann. CCCXCIII. in tertio triumphans de Tiburtibus III. Non. Jun. ann. CCCXCIX. Dictator fuit comitiorum cauſſa triennio poſt triumphum. Cenſorem fuiſſe neceſſe eſt, cum ter tribus luſtris princeps ſenatus fuerit, hoc eſt XXV. XXVI. & XXVII. Cenſura fortaſſe ea eſt, quam M. Ambuſto fratri patrueli tribuimus anno CCCXC. & quam aliqui huic tribuunt quinquennio poſt, eam illi M. Ambuſto, ſive alii conferrem, aut totam abjicerem. Cum enim princeps ſenatus legeretur antiquiſſimus Cenſorius, quo cum antiquiorem conſtituamus, magis ad veritatem, aut veritatis imaginem accedemus. Hujus filius Q. Maximus Rullianus fuit, qui ſepties princeps ſenatus lectus eſt: de
X. quo paullo poſt dicemus. Eſt etiam alius M. Ambuſtus ſuperioris, ut creditur, Marci filius, qui Magiſter equitum fuit A. Cornelio Coſſo Arvina Dictatore ludorum, vel rei gerundæ cauſſa ann. CDXXVI. quo anno Q. Fabius Rullianus Coſ.
XI. fuit. Ante hunc Q. Ambuſtus, cujus parentes ignoramus, Magiſter equitum fuit P. Valerio Potito Poplicola Dictatore Latinarum feriarum cauſſa ann. CDIX. & Dictator ann. CDXXXII. Comi-
XII. tiorũ cauſſa. Duodecimus eſt C. Ambuſtus Mag. eq. in locum Q. Aulii Cerretani in prœlio occiſi Dictatore Q. Fabio Max. Rulliano ann. CDXXXVIII. Hunc M. F. M. N. Verrius appellat, ut ipſum Q. Rullianum, cujus fratrem eſſe credendum eſt. Ambuſtos ſequuntur Maximi, vel potius Maxumi, ita enim tunc dicebantur, ex quibus originem ducunt; qui fere omnes aliis cognominibus ſingularibus inter ſe ſinguli diſtinguuntur; cum omnes fere *Q. Fabii Maximi* appellarentur: XI. reperio ante Auguſti mortem his honoribus, magiſtratibus ulos fuiſſe. Dictaturas enim quattuor, triumphos decem, cenſuras quinque, principatus ſenatus XIII. conſulatus XXI. & magiſterium equitum obtinuerunt. Hoc ſingulare accidit huic familiæ Fabiæ, ut quattuor Principes ſenatus eſſent, tres Maximi, & unus Ambuſtus; pater, filius, nepos, ac pronepos, ſive abnepos, & ex his tres primi XIV. luſtris lecti fuerint ſine ulla interpol-
latione, pronepos poſt duos, quorum alter Fa-
bius etiam fuit. Primus Q. Fabius M. F. M. N. I.
Rullianus fuit, qui cognomine a Rullis originem ducere videretur, in adoptionem datus Fabiis, quod minime ſcriptum reperi; Rullos tamen Servilios plebejos appellatos fuiſſe certum eſt, vel ex eo, qui legem Agrariam promulgavit Tr. Pl. Cicerone Coſ. Maximi cognomen ex Cenſura obtinuit, in qua turbam forenſem in tribus urbanas coegit, quæ plurimum in Comitiis poterant. Verrius tamen id cognomen ante Cenſuram eidem tribuit. Hic quinquies Coſ. fuit, ter triumphalis, bis Dictator, quod pauci Romæ obtinuerunt, ſepties princeps ſenatus lectus eſt, quod nemini datum eſt. Magiſter equitum fuit L. Papirio Curſore Dictatore rei gerundæ cauſſa an. CDXXVIII. coactus eſt abdicare, honeſta de cauſſa, quod abſente Dictatore Samnites hoſtes viciſſet. Conſul fuit poſt triennium cum L. Fulvio Curvo. Ambo Coſ. de Samnitibus triumpharunt: Fulvius Quirinalibus, hoc eſt XIII. Kal. Mart. Fabius poſtridie. Dictator rei gerundæ cauſſa ann. CDXXXVIII. Magiſtrum equitum dixit Q. Aulium Cerretanum, eo occiſo a Samnitibus C. Fabium Ambuſtum fratrem. Conſul iterum fuit poſt quinquennium cum C. Marcio Rutilo, poſtea Cenſorino appellato, iterumque Procoſ. triumphavit Idib. Novembr. anno proximo de Etruſceis. Inſequenti anno tertium conſulatum geſſit cum P. Decio Mure II. Coſ. & cum eodem Cenſor fuit ann. CDXLIX. luſtrum fecit XXVIII. a quo luſtro princeps ſenatus in ſeptimum lectus ſemper eſt. Iterum Dictator fuit triennio poſt rei gerundæ cauſſa M. Aimilium Paullum Magiſtrum equitum dixit, eoque anno ſine conſulibus duo Dictatores fuerunt. Rullianus & poſt eum M. Valerius Corvus, ſenis menſibus, quod tempus omnibus Dictatoribus ante L. Sullam conſtitutum fuit. Quartus conſulatus datus eſt quadriennio poſt cum eodem P. Decio, cum quo tertium, & Cenſuram geſſerat: uno poſtea anno interjecto vacuo iidem conſules refecti ſunt Fabius V. Decius IV. Hoc conſulatu Decius exemplo paterno ſe devovit, & occiſus eſt: Fabius triumphum egit tertium de Samnitibus, Etruſceis, & Galleis
pridie Nonas Sept. ann. CDLVIII. Hujus filius Q. II.
Gurges ter conſularis, bis triumphalis, & Cenſorius, ac princeps ſenatus quater a paternis virtutibus non longe abfuit. Conſul fuit cum D. Junio Bruto Scæva anno CDLXI. triumphum egit Procoſ. de Samnitibus anno proximo patre legato in equo currum ſequente. Iterum Coſ. fuit cum C. Genucio Clepſina poſt XVI. annos, iterumque triumphavit de Samnitibus, Lucaneis, Bruttieis Quirinalibus ann. CDLXXVII. Tertium conſulatum egit cum L. Mamilio Vitulo poſt XI. annos Cenſor creditur fuiſſe, quod princeps ſenatus lectus ſit, an-

no

no CDLXXIII. cum Cn. Domitio Calvino, qui
primus e plebe luſtrum XXXII. condidit. Luſtro
XXXV. & tribus proximis luſtris Gurges princeps
III. ſenatus lectus eſt. Tertius Q Maximus Verrucoſ-
ſus a Plutarcho pronepos Rulliani Maximi appel-
latur, ſed cum Q. F. Q. N. a Vertio appelletur,
credendum eſt Gurgitis nepotem fuiſſe, patrem ve-
ro Quinctum nullis majoribus magiſtratibus uſum
fuiſſe. Ipſe quinquies Coſ. bis Dictator, bis trium-
phalis, bis etiam princeps ſenatus, ſemel Cenſor,
Pontifex, Augur, & quod omnium maximum fuit,
conſervator populi Romani creditus eſt, ſecundo
bello Punico: quod magis prudenti cunctatione,
& conſtanti patientia aſſecutus eſt, quam aliis vir-
tutibus, de quo Ennius

Unus homo nobis cunctando reſtituit rem,
Non ponebat enim rumores, ante ſalu-
tem:
Ergo poſtque, magiſque viri nunc gloria
claret.

Primum conſulatum obtinuit anno DXX. cum
Manio Pomponio Mathone. Ambo Coſ. triumpha-
runt Maximus de Liguribus Kal. Febr. Matho de
Sardeis Idib. Mart. Cenſor triennio poſt fuit cum
M. Sempronio Tuditano: luſtrum fecerunt XLI.
poſt biennium iterum Coſ. fuit cum Sp. Carvilio
Maximo II. Ex hoc apparet cenſuræ honorem
quinquennio non duraſſe, ſed XVIII. menſes. Hic
enim & Cenſor, & Coſ. fuiſſet, quod numquam ac-
cidit. Dictator ann. DXXXII. Magiſtrum equi-
tum dixit C. Flaminium Comitiorum cauſſa, ſive
alterius rei urgentis; ſed ridicula ſuperſtitione abdi-
carunt, quod vitio creati eſſent ſoricis occentu au-
dito: tantis tenebris maximi viri tenebantur. Hu-
jus rei Valerius Maximus auctor eſt, & Plu-
tarchus idem Minucio Dictatori contigiſſe af-
firmat. Iterum Dictator, vel potius pro Di-
ctatore a populo creatus fuit anno DXXXVI.
occiſo ab Hannibale C. Flaminio II. Coſ. a-
pud Traſimenum, Magiſtrum equitum dixit M.
Minucium Rufum, qui primus obtinuit, ut
ei imperium æquaretur Dictatori, quod obtre-
ctatione militum, & ambitione Minucii, ne-
que intellecta prudenti Fabii cunctatione fa-
ctum eſt. Sed Minucius temere uſus imperio par-
tem exercitus, cui præerat, in ſummum pericu-
lum adduxit, Fabius utrumque exercitum ſerva-
vit, idque Minucius agnovit, patremque appella-
vit, eique faſces ſubmiſit. Biennio poſt Coſ. tertio
ſuffectus M. Marcello II. qui vitio factus fuerat,
iſque creabatur in locum L. Poſtumii Albini III.
qui occiſus fuit, antequam iniret. Eorum collega
fuit Ti. Sempronius Gracchus. Refectus eſt anno
proximo cum M. Claudio Marcello III. & gla-
dius, & clypeus populi Rom. ambo Coſ. dicti ſunt.
Quinctum conſulatum geſſit cum Q. Fulvio
Flacco IV. ann. DXLIV. iterumque triumphavit
de Tarentineis, & Pœneis. Princeps Senatus le-
ctus eſt XLIV. & XLV. luſtro. Tantam gloriam
major ſplendor Scipionis Africani imminuit. Sed
alter alterius ope adjutus eſt, & civitas utrique ob-
IV. noxia fuit. Filium amiſit conſularem Q. Fabium
Maximum, qui Ti. Sempronii Gracchi II. Coſ.
collega fuit ann. DXL. poſt duos patris conſulatus.
Proditum eſt patrem Proconſulem filio conſuli ob-
viam veniſſe, juſſumque a filio, ut equo deſcende-
ret, id patri gratiſſimum fuiſſe. Ex liberis L. Æmi- V.
lii Paulli, qui de Perſe Rege triumphum egit, pa-
terque Africani Minoris fuit, majorem filium
Verrucoſſus adoptavit, natum Papiria C. Maſo-
nis conſularis, & triumphalis viri filia. Is Coſ. fuit
cum L. Hoſtilio Mancino ann. DCVIII. Sunt qui
adoptionem in filium transferant. Hic Q. Fabius
Max. *Aimilianus* appellatus eſt Allobrogici pater. VI.
Sextus eſt Q. Fabius Servilianus, quem putant
Æmiliani fratrem adoptivum fuiſſe adoptatum a
Verrucoſſo, vel ab ejus filio Q. Maximo, filium-
que fuiſſe aſſerunt Cn. Servilii Cæpionis, cujus fi-
lii Cn. Cæpio & Q. Cæpio duobus proximis annis
conſulatum Q. Fabii Serviliani ſubſecuti ſunt.
Conſul autem is fuit cum L. Metello Calvo ann.
DCXI. Cenſor ſexto poſtea anno cum Q. Fulvio
Nobiliore, luſtrum fecerunt LVIII. filium mi-
nus caſtum occidit, ſeque e conſpectu patriæ priva-
vit. Allobrogicus ſecutus eſt, quem Aimiliani fuiſ- VII.
ſe filium certum eſt. Is Coſ. fuit cum Q. Opimio
ann. DCXXXII. triumphum egit anno proximo.
Procoſ. de Allobrogibus, & Rege Arvernorum Be-
tulto, ut Verrius notat. Cenſor fuit ann.
DCXLV. cum C. Licinio Geta: luſtrum fecerunt
LXIII. Tum fornix Fabianus dictus eſt arcus
juxta regiam in ſacra via ab eo Cenſore conſtru-
ctus, ibique ejus ſtatua poſita eſt. Hujus filius fuit VIII.
Q. Max. cui *Eburnus* ob candorem cognomen
fuit, quem etiam *pullum Jovis* vocabant. Conſul
fuit cum C. Licinio Geta ann. DCXXXVII.
Huic proditum eſt a Q. Pompejo Prætore Urbano
bonis interdictum fuiſſe. Superiores Maximi Reip.
Romanæ tempore fuerunt. Sub C. Cæſare Q. Fa- IX.
bius Q. F. Q. N. conſul ſuffectus fuit ann.
DCCVIII. qui tribus menſibus conſul fuit uno,
aut altero minus die: namque III. Kal. Jan. mor-
tuus eſt, cui C. Caninius Rebilus in unum diem
ſuffectus eſt. In quem pleraque Ciceronis joca
ſunt: „ Vigilantem conſulem fuiſſe, qui toto con-
„ ſulatu ſuo ſomnum non ceperit. Antea flamines
„ Diales habueramus, nunc habemus conſulem.
„ Dum ad gratulandum feſtinarem, nox me op-
„ preſſit “. Atque alia id genus. Sub Auguſto X.
Paullus Fabius Q F Q N. Maximus Coſ. fuit
cum Q. Ælio Tuberone ann. DCCXLII. & anno
proximo Q Fabius Q. F Q. N. Maximus Afri- XI.
canus cum Julo Antonio. Hos duos Fabios fratres
fuiſſe veriſimile eſt. Maxumos veteres non Maxi-
mos dicebant. Primus C Cæſar traditur optimum
Maximum ſcripſiſſe. Maxſumos etiam ſcribere ve-
teres ſolebant, quod uſus poſtea mutavit. Tres fa-
milias frequentiores Fabiorum peregimus Vibu-
lanorum, Ambuſtorum, & Maximorum, minus
frequentes facilius perſequemur. Dorſonum anti-
quiſſimus is eſt, qui capta urbe ex Capitolio in
collem Quirinalem ritu Gabino accinctus ad ſta-
tum ſacrificium Fabiorum acceſſit, & inde in Ca-
pitolium reverſus eſt ann. CCCLXIII. Is *C. Fa-*
bius Dorſo appellatus eſt. Ejus gentis duos tantum
conſulares invenio M. Fabium, qui Coſ. fuit ann.
CDVIII. cum Ser. Sulpicio Camerino; & C. Fa-
bium illius fortaſſe filium, qui ann. CDLXXX.
Col.

Coſ. fuit cum C. Claudio Canina iterum. Pictorum duos etiam conſolares legi. Alter eſt C. Fabius C. F. M. N. qui Coſ. fuit cum Q. Ogulnio Gallo anno CDLXXXIV. Hunc *Q. Fabium* appellat Plinius, eoque Coſ. ait argentum ſignatum primo fuiſſe Romæ quincto anno ante primum bellum Punicum. Alter Caii frater N. Pictor, qui triennio poſt Coſ. fuit cum D. Junio Pera: triumphum egit bis III. Nonas Octobr. de Saſſinatibus, & Kal. Febr. de Sallentineis, Meſſapieiſque. Pictores hiſtoriarum ſcriptores referuntur Q. N. Ser. Græceque eas ſcripſiſſe conſtat. Servius etiam, ut juriſperitus a Cicerone laudatur: pingendi artem didiciſſe primum ejus cognominis conſtat, ejus opera a Plinio referuntur. Buteonis familia duos etiam habuit conſulares, quorum alter multis aliis honorum titulis ornatus fuit: nam Dictator, Cenſor, & Magiſter equitum, & bis Princeps Senatus fuit Numerius Fabius M F. M. N. Bureo. Is Coſ. fuit anno DVI. cum L. Cæcilio Metello II. Cenſor cum C. Aurelio Cotta poſt ſex annos: luſtrum fecerunt XXXIX. Magiſter equitum ann. DXXIX. L. Metello collega Dictaturæ comitiorum cauſſa. Dictator ſine Magiſtro equitum ſenatus legendi cauſſa fuit poſt pugnam Cannenſem, quod numquam amplius accidit ann. DXXXVII. Princeps ſenatus luſtro XLII. & XLIII. lectus eſt. Alter Buteo ſuperioris frater biennio poſt fratris conſulatum cum C. Atilio Bulbo conſul fuit. *Buteonis* nomine accipitris genus ſignificari, a quo huic familiæ id cognomen hæſit, Plinius auctor eſt. Apud Appianum quoque legi Buteonem quendam fratrem patruelem Africani Minoris fuiſſe. Addam hoc loco Q. Fabium Q. F. Q. N. Labeonem, qui Prætor ex Creta navalem egit ann. DLXIV. & poſt ſex annos Coſ. fuit cum M. Claudio Marcello. Hunc ferunt arbitrum deceptiſſe Nolanos, & Neapolitanos de finibus agrorum contendentes, & regem Antiochum bello victum, illorum enim agrum, de quo lis erat, adjudicavit populo Rom. hujus naves dimidias pollicitus ei ſe relicturum, ſecari juſſit, ut dimidiatæ relinquerentur. Unum etiam conſularem reperi, cognomine *Licinum*, cujus in ſuperioribus haberi ratio non potuit. Is eſt M. Fabius C. F. M. N. Licinius, qui Coſ. fuit anno DVII. cum M. Otacilio Craſſo II. Hujus fortaſſe pater is eſt, quem paullo ante in Dorſonibus rettulimus, C. Fabius M. F. quem Eutropius antiquus, & faſti Græci *Licinium* appellant, alii *Luſcinum*. A. Licinio *Licinia* familia dicta eſt. Veteris poetæ carmen legi in Porcium Licinum:
„ Marmoreo in tumulo Licinus jacet, at Cato
„ nullo, Pompejus parvo: credimus eſſe deos?“
Vetuſtiſſima memoria Fabiorum eſt, ut fabulam Herculis, & nymphæ negligamus, ſub Romulo apud Ovidium lib. II. *Faſtorum*:

Riſit, & indoluit Fabios potuiſſe Remumque
Vincere, Quinctilios non potuiſſe ſuos.

Hos Feſtus *Lupercos Fabianos*, & *Quinctilianos* videtur appellaſſe a Fabio, & Quinctilio præpoſitis. Alibi legi Fabium Celerem Centurionem Remum occidiſſe, quod muros urbis tranſgredi auſus fuerit. Romulum Celeres quoſdam ſatellites habuiſſe notum eſt. Poſt mortem Auguſti aliquot Fabii conſules fuerunt, unus tamen ſolus ex patriciis eſſe videtur Paullus Fabius Perſicus, qui Cos. fuit cum L. Vitellio patre a Vitellii Imp. ann. DCCLXXXVI. poſt reſurrectionem Chriſti Domini anno primo ſub Ti. Cæſare. Ceteri novi homines fuerunt, quos, ordine temporum ſervato, referemus. C. Fabius Valens Cos. ſuffectus fuit cum A. Licinio Cæcina ex Kal. Sept. ann. DCCCXXI. ſub Vitellio Imp. Fabius Poſtumus Cos. ſuff. ex Kal. Jul. cum M. Cornelio Frontone II. anno DCCCXLIX. ſub Nerva Imp. L. Fabius Juſtus cum C. Julio Urſo Serviliо Serviano II. Cos. ſuff. ex Kal. Jul. anno DCCCLXIII. ſub Trajano Imperator. Q. Fabius Catullinus cum M. Flavio Apro Cos. fuit anno DCCCLXXXII. ſub Hadriano Imp. L. Fabius M. F. Gal. Cilo Septiminus Catinius Acilianus Lepidus Fulginianus bis Cos. fuit priori conſulatu cum Fl. Cl. Sulpiciano ex Kalend. Mart. ann. CMXLV. ſub Pertinace Imp. Iterum cum M. Annio Libone poſt XI. annos ſub Severo, & Antonino, quo anno ludi ſæculares VIII. facti ſunt. Hic alios Magiſtratus obtinuit in titulis ſtatuarum enumeratos. Præfecturam urbis, Legationes Auguſtales, pro Præfectis multarum provinciarum, Præf. ærarii militaris, Procos. provinciæ Narbonenſis, X. Virarum Stlitibus judicandis, ſodalit. Hadrian. atque alia munera. Ti. Fabius Titianus Cos. fuit cum Imp. M. Julio Philippo ann. CMXCVII. Hoc nomine alii quattuor Cos. fuerunt. Fabius Juſtus cum Fl. Magno Januario Cos. anno MLXXIX. ſub Conſtantino Imp. Alter Ti. Fabius Titianus Cos. fuit cum Feliciano Cos. ann. MLXXXVIII. quo anno Conſtantinus Imp. mortuus eſt. Tertius Cos. cum Neratio Cereali ann. MCIX. ſub Conſtantio Jun. Imp. Quartus cum Q. Aurelio Avianio Symmacho anno urbis MCXLII. Chriſti CCCXCI. ſub Valentiniano Jun. Theodoſio, & Arcadio Imperat. Quinctus Ti. Fabius Titianus Cos. fuit cum Imp. Leon. III. Cos. ann. urbis MCCXVII. Chriſti CDLXVI.

F u l v i a.

Fulvia plebeja gens, ſed quæ non paucos habuit claros viros omni honorum genere ornatos, in tres familias cognominibus diſcretas dividitur. Nam Curvi, Pætini, & Nobiliores unam, Centumali alteram, tertiam Flacci obtinent. Curvos duos, Pætinos tres, Nobiliores quattuor invenio, ſed ſeptem tantum viri omnes fuerunt; quod duo bis numerantur; propterea quod alter, & *Curvus*, & *Pætinus*, alter & *Pætinus*, & *Nobilior* appellari ſiat. Hi igitur ſeptem totidem conſulatus, cenſuram unam, triumphos ſex, ovationem unam, magiſterium equitum item unum eſſecuti ſunt. Centumali tres conſulatus totidem, Dictaturam unam, triumphos duos obtinuerunt. Flacci ſeptem, conſulatus decem, cenſuras duas, Dictaturam, Magiſteria equitum duo, triumphos ſex conſecuti ſunt. Primus L. Fulvius L. F. L. I.
N. Curvus Cos. fuit anno CDXCIX. cum Q. Fabio.

bio Max. Rulliano. Ambo conſules de Samniti-
bus triumpharunt. Curvus Quirinalibus, Fabius
poſtridie, hoc eſt XII. Kal. Mart. Magiſter equi-
tum fuit dictus a L. Æmilio Mamercino Priver-
nate II. Dictatore rei gerundæ cauſſa poſt ſex an-
II. nos a conſulatu. Hujus filius, vel frater fuit M.
Curvus Pætinus L. F. L. N. qui Cos. ſuffectus
fuit Ti. Minucio Augurino in magiſtratu occiſo,
cujus collega L. Poſtumius Megellus erat: trium-
phum egit in conſulatu de Samnitibus III. Non.
Octob. ann. CDXLVIII. *Pætini* cognomen ado-
ptionis indicium eſt a Pæteis, quod cognomen Æ-
liorum fuit. Oculorum vitium ſignificat amantibus
ſuave, quamobrem Venerem *pætam* dixere ut *cæ-*
III. *ſiam* Minervam. Tertius eſt M. Pætinus Cn. F.
Cn. N. qui Cos. fuit cum T. Manlio Torquato,
qui in Magiſtratu mortuus eſt anno CDLIV. &
triumphum egit de Samnitibus, Nequinatibuſ-
que. Hunc ſuperioribus conjungere non poſſumus,
niſi fingamus, aliquem Lucium duos filios habuiſ-
ſe Lucium, & Cn. ex Lucio ſuperiores natos eſ-
IV. ſe filios, aut nepotes, ex Cn. hunc nepotem. Quar-
tus Ser. Pætinus Nobilior M. F. M. N. Cos. fuit
cum M. Æmilio Paullo ano. CDXCII. Ambo na-
vales egerunt triumphos de Coſſureoſibus, & Pœ-
neis Fulvius XIII. Kal. Feb. Paullus XII. Kal.
V. Feb. anno proximo Procos. Quinctus poſt hos con-
ſulares, & triumphales ovationem ſupra trium-
phum, & conſulatum adjecit, ut jure nobilior ce-
teris diceretur, M. Fulvius M. F. Ser. N. Nobi-
lior. In Prætura ovans ex Hiſpania reverſus eſt ann.
DLXII. conſul biennio poſt fuit cum Cn. Manlio
Vulſone, & poſt biennium a conſulatu triumphum
egit X. Kal. Mart. de Ætoleis Ambracibus, &
IV. Cephalenia. Secutus eſt alter M. Nobilior M. F.
M. N. ſuperioris, ut creditur filius, qui etiam poſt
conſulatum triumphum egit. Conſul fuit cum Cn.
Cornelio Dolabella Procoſ. triumphavit anno pro-
ximo de Liguribus, & Veleatibus XII. Kal. Sept.
ann. DXCV. Hujus frater Q. Fulvius anno ſex-
centeſimo primus Kal. Jan. conſulatum iniit cum
T. Annio Luſco, Cenſor fuiſſe dicitur cũ Q. Fabio
M. Serviliano poſt XVII. anno: luſtrumque feciſ-
ſe LVIII. Luſit aliquando in hoc nomine M. Ca-
to Cenſorius, qui paullo poſt conſulatum Q. Ful-
vii mortuus eſt; & eum, de quo loquebatur, non
Nobiliorem dicendum eſſe affirmabat, ſed *mobilio-*
I. *rem.* Centumalus primus Cn. Fulvius Cn. F. Cn.
N. Maximus Cos. fuit cum L. Scipione anno
CDLV. anno proximo poſt conſulatum M. Fulvii
Cn. F. Cn. N. Pætini, qui videtur frater ejuſdem
fuiſſe. Hic etiam triumphum egit de Samnitibus,
Etruſceiſque Idib. Novemb. Dictator fuit clavi
figendi cauſſa ann. CDXC. ut Verrius hæc omnia
II. diligentiſſime in faſtis conſcripſit. Secutus eſt alter
Cn. Centumalus item Cn. F. Cn. N. ſuperioris,
ut creditur filius Conſul fuit anno DXXIV. cum
L. Poſtumio Albino II Anno proximo Procos.
ex Illurcis navalem egit X. Kalend. Quinct.
III. Tertius Cn. Centumalus Cn. F. Cn. N. conſul fuit
cum P. Sulpicio Galba Maximo anno DXLII.
Succeſſorque fuit Q. Fulvii Flacci quater conſu-
lis, poſt ejus tertium conſulatum. Cognominis hu-
jus origo mihi ignota eſt. Legi in Pandectis Flo-
rentinis *Centemmanum* appellatum fuiſſe Appium
Claudium Cæcum. Ab eo nomine potuit hoc dedu-
ci, hoc eſt a *centum manibus.* Litteram vero N.
in L. mutari *Mallii* pro *Manlius*, *gemelli* pro *ge-*
minus exemplo ſunt. Flaccorum primus M. Ful- I.
vius Q. F. M. N. Cos. fuit anno primo belli Pu-
nici primi, poſt urbem conditam an. CDLXXXIX.
cum Ap. Claudio Caudice: triumphum egit de
Vulſinienſibus Kal. Novemb. Magiſter equitum
fuit Ti. Coruncanio Dictatore Comitiorum ha-
bendorum cauſſa ano. DVII. Hujus filius Q. Ful- II.
vius M. F. Q. N. quater Cos. Dictator, Cenſor,
Magiſter equitum, & triumphalis, princeps hujus
gentis fuit. Primum conſulatum egit nono poſt ſu-
perioris Dictaturam anno cum L. Cornelio Len-
tulo Caudino in eo de Liguribus triumphavit.
Cenſor fuit cum T. Manlio Torquato an. DXXII.
vitio tamen facti abdicarunt. Iterum Cos. fuit poſt
ſeptem annos cum eodem Torquato II. etiam Cos.
Magiſter equitum ann. DXL. Dictatore C. Clau-
dio Centhone Dictatore Comitiorum cauſſa His
comitiis Cos. III. deſignatus eſt cum Ap. Clau-
dio Pulchro: ab his Cos. & urbs obſidione Hanni-
balis liberata, & Capua capta eſt anno proximo,
& Flaccus invito collega, & ſenatus litteris non
lectis ſupplicium de ſenatoribus Campanis ſum-
pſit. Dictator fuit comitiorum cauſſa biennio
poſt conſulatum, & his comitiis IV. Coſ. deſi-
gnatur cum Q. Fabio Max. Verrucoſſo V. Coſ.
Hujus tres filii fuiſſe dicuntur Q. & L. Flacci, ter- III.
tius datus eſt in adoptionem L. Manlio Acidino.
Duo fratres tum primum conſules eodem anno fue-
runt Q. Fulvius Q. F. M. N. Flaccus, & L. Man-
lius L. F. L. N. Acidinus Fulvianus anno
DLXXIV. Ambo etiam ante conſulatum trium-
pharunt, Fulvius anno proximo Coſ. deſ. Propræ-
tore ex Hiſp. citeriore, Fulvianus ano. DLXVIII.
Proprætore ex eadem provincia ovans rediit. Ite-
rum etiam in conſulatu Fulvius de Liguribus tri-
umphavit. Cenſor poſtea fuit ann. DLXXIX cum
A. Poſtumio Albino: luſtrum fecerunt LI. in Cen-
ſura L. Fulvium fratrem ſenatu movit, quod Tri-
bunus Militum cohortem ſuam injuſſu conſulis do-
mum dimiſerit. Quartus eſt Q. Flaccus Cn. F. M. IV.
N. qui Coſ. ſuffectus fuit in locum C. Calpurnii
Piſonis vitrici ſui, qui in magiſtratu mortuus eſt
ann. DLXXIII. Eorum collega fuit A. Poſtumius
Albinus. Hujus mater Quarta Hoſtilia damnata
eſt, quod virum ſuum occidiſſe diceretur. Quin- V.
ctus Ser. Flaccus, cujus parentes ignoramus, Coſ.
fuit cum Q. Calpurnio Piſone ann. DCXVIII.
triumphum egit de Vardeis ex Illurico. Anno pro-
ximo C. Flaccus collega fuit P. Scipionis Africani,
Æmiliani in ſecundo conſulatu. Hujus etiam pa- VI.
rentes ignorantur. Septimus M. Flaccus M. F. Q. VII.
N. Coſ. fuit ann. DCXXVIII. cum M. Plautio
Hupſaco. Procoſ. biennio poſt de Liguribus Vo-
contieis, Salluvieiſque triumphavit. Hic cum M.
Flacco Prætore filio, alioque prætextato anno
DCXXXII. occiſus eſt cum C. Graccho Tr. Pl. a
L. Opimio Coſ. Horum ſoror fuit Fulvia L. Cæſa-
ris conſularis, & Cenſorii uxor mater Lucii Cæſa-
ris conſularis, & Juliæ matris M. Antonii Tri-
umviri reip. conſtituendæ, cujus uxor Fulvia, quæ
C.

C. Curionis antea, & P. Clodii axor fuerat & in-
gentes ſpiritus in Ciceronem, & poſtea in Augu-
ſtum generum oſtendit. Sub Domitiano Aug. C.
Fulvius Valens annos narus XC. Coſ. fuit cum C.
Antiſtio Vetere, & in magiſtratu moortuus eſt ano.
DCCCXLVIII. Sub Severo, & Antonioo Impp.
Fulvius Æmilianus conſul fuir cum M. Nummio
Cejonio Annio Albino ann. CMLVIII. Alter ejuſ-
dem nominis ultimo Gordiani Imperat. anno Coſ.
fuit com Peregrino auno urbis CMXCVI. Iterum
poſt quioquennium cum Vettio Aquilino ſub Phi-
lippis Augg. Terrius Æmilianus Coſ. fuit poſt de-
cennium a puſteriore conſolatu ſuperioris cum
Pomponio Baſſo II. ſub Valeriano, & Gallieno
Impp. Sub eodem Gallieno Imperatores Auguſti
appellati ſunr rres Fulvii Macrianus Junior, &
Quietus, pater eum duobus filiis, ſed ab Aureoli
duce Domitiano victi, oceiſi ſunt: ex eorum gene-
re ſuperſtites Alexandri Magni imagine in omoi-
bus ornamentis & poculis utebantur: eam Macria-
norum familiam appellat Trebellius Pollio, & ex
ea Cornelium Macrum. Poſtea collega M. Cl. Ta-
citi Imp. in ſecundo conſulatu fuit Fulvius Æmi-
lianus ann. MXXVIII.

F U R S A.

Furia gens patricia, vel unico M. Camillo
illuſtris, aliis etiam elariſſimis viris exornata eſt.
Dividitur in Fuſorum, ſive Medullinorum, vel
Pacilorum, atque in Camillorum ſtirpes frequen-
tiores. Phili quoque, & Purpureones ejuſdem gen-
tis ſunt, ſed pauci ea eis conſulares fuerunt. Hos o-
mnes conſtat *Fuſios* primum dictos, ut *Valeſios*, &
Auſelios, poſtea *Fourios*, ſive *Furios*. Idque *Fu-*
ſorum cognomen indicat a Fuſo *Fuſios* dictus, ut
ab Julo *Julios*, a Clauso *Claudios*, a Valeſo *Vale-*
rios, a Coſſo *Cornelios*, a Licino *Licinios*, a Plau-
to *Plautios*, a Tullo *Tullios*. Luſit in hoc nomine
eleganter Ovidius,

Cur ego non dicam Furia te Furiam?

Sub Tullo Rege Sp. Fuſius pater patratus reperi-
tor Livio teſte, quem ea hac familia fuiſſe certum
eſt. Fuſos, & Medullinos, ac Pacilos XVII. inve-
nio obtinuiſſe Pontificatum Max. Conſulatus XI.
Tribunatus Militares XVII. Cenſuras tuas. Ca-
millos quinque aſſecutos fuiſſe invenio Dictaturas
VII. Triumphos quinqua, conſulatus quinque,
Tribunatos militares VI. Cenſuram. Interreges
fuiſſe ter. Philos duos totidem Conſulatos, Cenſu-
ſam, & triumphum adeptos fuiſſe. Purpureonem
unum conſulatum, & triumphum conſecutum.
I. Primus Sex. Furius Medullinus Fuſus Coſ. fuit
II. cum Sp. Nautio Rutilo ann. CCLXV. Secundus
Sp. Furius Coſ. fuit poſt annos VII. cum K. Fabio
III. Vibulano II. Tertius L. Furius Coſ. fuit anno
CCLXXIX. cum A. Manlio Volſone: luſtrum
fecerunt VIII. ante primos Cenſores anno XLI.
IV. Quartus P. Furius biennio poſt Coſ. fuit cum L.
V. Pinario Mamercino Ruſo. Quintus Sp. Furius
Coſ. fuit cum A. Poſtumio Albo Regillenſi ann.
CCLXXXIX. Hoc eodem anno P. Fuſus conſula-
ris frater conſulis occiſus eſt. Iterum Coſ. fuit ſuf-
fectus Sex. Quinctilio Varo, qui in hoc magiſtra-
tu occiſus eſt ann. CCC. eorum collega fuit P. Cu-
riatius Trigeminus. Sextus Q. Fuſius Fuſus Pont. VI.
Max. poſt quadriennium a ſuperiore ſecundo con-
ſolatu. Septimus Agrippa Medullinus Fuſus Coſ. VII.
fuit cum T. Quinctio Capitolino Barbato III. ann.
CCCVII. Octavus C. Fuſus Pacilus, qui poſt VIII.
quinque annos Coſ. fuit cum Manio Papirio Craſ-
ſo. Cenſor ſeptennio poſt conſulatum cum M. Gega-
nio Macerino: luſtrum fecerunt XII. Tribunus mili-
tum fuit ann. CCCXXVII. Nonus L. Furius Sp. IX.
F. Medullinus Trib. Mil. fuit ſexennio ante ſupe-
riorem. Iterum creatus anno proximo poſt ſuperio-
ris Tribunatum. Tertio anno CCCXXXIII. Deci- X.
mus L. Furius L. F. Sp. N. Medullinus, ſic enim
a Verrio appellatur. Coſ. fuit ann. CCCXL. cum
M. Cornelio Coſſo. Iterum quadriennio poſt cum
Cn. Cornelio Coſſo. Septies Tribunus Militum
fuit, quod huic, & Ser. Cornelio Maluginenſi tan-
tum conceſſum eſt. Primus Tribunatus fuit anno
CCCXLVI. biennio poſt conſulatum. Secundo
poſt alterum biennium. Tertius anno CCCLV.
Quartus anno proximo. Quinctus biennio poſt
quartum. Sextus anno ſequenti. Septimus anno
CCCLXII. Undecimus eſt K. Furius Pacilus, qui XI.
ſuperioris K. Fuſi Pacili filius, ut creditur, fuit.
Conſulatum geſſit cum Q. Fabio Ambuſto anno
CCCXLI. Hujus nepos, aut pronepos fuit C. Fu- XII.
rius C. F. C. N. Pacilus, qui Coſ. fuit cum L. Cæ-
cilio Metello ann. DII. Tertiuſdecimus fuit M. XIII.
Furius Fuſus Tribunus Mil. ann. CCCL. Quar- XIV.
tuſdecimus Sp. Furius L. F. Sp. N. Medullinus
Lucii bis Coſ. ſepties Tribuni frater, quamvis
hunc etiam *Lucium* Livius appellet, Tribunus
Mil. fuit ann. CCCLIII. Quinduſdecimus Agrip- XV.
pa Furius Medullinus Fuſus alterius Agrippæ, ut
creditur filius Trib. M. fuit cum L. Medullino
VII. anno CCCLXII. Sextuſdecimus eſt L. Fu- XVI.
rius Sp. F. L. N. Medullinus, qui Trib. Mil. fuit
anno decimo poſt ſuperiorem cum M. Furio Ca-
millo VI. Iterum decennio poſt Cenſor fuit cum
M. Fabio Ambuſto ann. CCCXC. luſtrum fece-
runt vicefimum. Septimuſdecimus Sp. Furius ſupe- XVII.
rioris, ut creditur frater, Trib. Mil. fuit anno
CCCLXXV. Hanc numeroſam familiam nimis je-
june perſecuti ſumus; quod de ea hiſtorici non
ſatis certa ſcripſerint; & Varrii Faſti in his tra-
dendis deſiderentur. Camillorum primus ille prin- I.
ceps Romanæ Reip. *alter Romulus* dictus, cujus
parentes ignoramus, M. Furius Camillus, cujus
honore maximi, & frequentes fuerunt, nam quin-
quies Dictator, ſexies Tribunus Militum fuit,
quater triumphũ duxit, ſemel Cenſor, ter Interrex
factus eſt. Hic tamen tantus, ac talis vir num-
quam conſul fuit, & exſilium paſſus eſt. Sed ea ra-
legatione major ei gloria nata eſt, & patriam libe-
randi exilium ei occaſio fuit. Primus ei magiſtra-
tus Cenſura fuit, quam cum M. Poſtumio Albino
Regillenſi egit ann. CCCL. luſtrum fecerunt
XVI. Primus Tribunatus fuit biennio poſt, ſecun-
dus tertio poſtea anno, anno proximo Interrex.
Dictator anno CCCLVII. triumphum de Vejen-
tibus egit quadrigis albis, biennio poſt tertio Trib.
Mil. fuit, & ann. CCCLXI. Interrex II. Poſtea
in exilium ob invidiam miſſus capta a Gallis Seno-
nibus urbe ann. CCCLXIII. reſtitutus, & abiens

 Di-

Dictator II. factus Gallos vicit, & de jeis trium-
phavit. Anno proximo Dictator III. fuit rei ge-
rundæ cauſſa III. triumphum egit de Volſceis,
Æqueis, Etruſceiſque eodem anno Interrex
III. fuit. Quartum Tribunatum egit ann.
CCCLXVII. quinctum poſt biennium, ſextum
anno tertio poſt quinctum. Dictator IV. fuit ann.
CCCLXXXV. rei gerundæ cauſſa, ſed magis, ut
ſeditio da plebejo conſule ſedaretur, tamen cum vi-
deret majoris ſeditionis occaſionem ex delectu, &
edictis oriri, abdicavit. Anno proximo Dictator
V. triumphum quartum egit de Galleis Senoni-
bus: & conſule plebejo accepto a patribus, ac Præ-
tore urbano, & duobus Ædilibus Curulibus patri-
I. ciis creatis, ſeditio ſedata eſt. Primus Prætor urba-
II. nus fuit Sp. Camillus M. F. Alter L. Camillus
M. F. bis Dictator, ſemel Coſ. fuit. Priorem di-
ctaturam egit ano. CDIII. comitiorum habendo-
rum cauſſa, & eiſdem comitiis Coſ. deſignatus eſt
cum Ap. Claudio Craſſino Regillenſi, ambo patri-
cii fuerunt. Iterum Dictator fuit quatto anno poſt
III. conſulatum rei gerundæ cauſſa. Tertius Camillus
L. Furius Sp. F. M. N. conſul fuit ann. CDXV.
cum M. Mainio. Triumphum egit de Pedaneis,
& Tiburtibus IV. Kal. Octobr. Iterum Coſ. fuit
ann. CDXXVIII. cum D. Junio Bruto Scæva.
IV. Quartus longo intervallo M. Furius P. F. P. N.
Coſ. fuit cum Sex. Nonio Quinctiliano ann.
DCCLX. ſub Auguſto. Suetonius etiam auctor
eſt Ti. Claudium Cæſarem habuiſſe admodum
adoleſcentem ſponſas duas Æmiliam Lepidam Au-
guſti proneptem, & Liviam Medullinam Camil-
lam e genere antiquo Camilli Dictatoris, quam
ipſo die nuptiis deſtinato amiſit. Sed & ſub Ti.
Cæſare Aug. M. Furius M. F. P. N. Camillus
Scribonianus Coſ. fuit ſuffectus ex Kal. Jul. ann.
DCC. Nunc de Philis videndum eſt. Duos conſula-
res reperio eodem nomine utrumque *P. Furium
Philum* appellari, prior Coſ. fuit ann. DXXX.
cum C. Flaminio. Hic Sp. F. M. N. a Verrio no-
tatur. Triumphum egit in conſulatu de Galleis, &
Liguribus IV. Idus Mart. Cenſor fuit poſt annos
novem cum M. Atilio Regulo, ſed in eo honore
mortuus eſt, & Regulus abdicavit. Alter Philus
Coſ. fuit cum Sex. Atilio Serrano ann. DCXVII.
Hic laudatur, quod Q. Metellum, & Q. Pompe-
jum conſulares inimicos ſuos in provinciam Hi-
ſpaniam duxerit legatos invitos, teſtes ſuarum a-
ctionum. Purpureo onus L. Furius Sp. F. Sp. N.
ante conſulatum triumphum egit Prætor de Gal-
leis ann. DLIII. quadriennio poſt Coſ. fuit cum
M. Claudio Marcello. Sub Imp. Claudio anno
MXXII. conſulem invenio Furium Orfitum cum
Fl. Antiochiano. Idem Orfitus poſt triennium Præ-
fectus urbi fuit: quo anno conſules fuerunt M. Cl.
Tacitus, qui poſtea Imp. fuit, & M. Mæcius
Memmius Furius Balburius Cæcilianus Placidus
ſub Aureliano Imp. Poſt quadriennium Furius Lo-
pus Præf. urbi, & Coſ. collega Imp. Probi in ſe-
cundo conſulatu. Præfecturam tenuit eo, & aliis
duobus poſtea annis. Ante ſuperiores conſules Fu-
ria Sabinia Tranquillina Auguſta uxor Gordiani
III. Imp. fuit.

Julia.

Julia Patricia majorum gentium in duas præ-
cipuas ſtirpes ſcinditur Julorum, & Cæſarum. A-
lia cognomina minus frequentia uſurparunt; ut
Mento, & *Libo*, de quibus poſterius dicemus. Ju-
lorum familia duodecim majoribus honoribus u-
ſos habuit, qui Decemviratum legibus ſcribendis,
Dictaturam, Cenſuram, Magiſterium equitum,
Conſulatus VII. Tribunatus Militares conſulari
poteſtate IX. confecuti ſunt. Cæſares ante Augu-
ſtum quinque, Dictaturas quattuor, Cenſuram,
triumphos ſex, Pontificatum Max. conſulatus IX.
obtinuerunt. Mento unus conſul. Libo alter con-
ſularis, & triumphalis. Julorum primus C. Julius I.
L. F. Coſ. fuit ann. CCLIV. cum P. Pinario
Mamercino Rufo. Hujus filius fuiſſe creditur C. II.
Julus C. F. L. N. qui Coſ. fuit poſt ſeptem an-
nos cum Q. Fabio Vibulano II. Decemvir legibus
ſcribendis fuit ann. CCCII. legatus occiſus eſt
anno deinde XIII. Tertius fuit Vopiſcus Julius III.
Julus, qui Coſ. fuit ann. CCLXXX. cum L. Ai-
milio Mamercino III. Hic fortaſſe ſuperioris fra-
ter fuit. Quartus C. Julius Coſ. fuit cum M. Ge- IV.
ganio Macerino ann. CCCVI. Hic fortaſſe X. vi-
ri filius fuit: II. Coſ. fuit poſt annos XII. cum
L. Verginio Tricoſto: qui anno proximo refecti
fuiſſe dicuntur, quod alii hiſtorici negant. Quin- V.
ctus L. Julus, qui Vopiſci filius fuiſſe creditur,
Tribunus Militum fuit cum Mamerco Aimilio,
& L. Quinctio Cincinnato ann. CCCXV. Ma-
giſter equitum fuit A. Poſtumio Tuberto Dicta-
tore rei gerundæ cauſſa. Anno proximo Coſ. cum
L. Papirio Craſſo II. ann. CCCXXIII. Poſt VI.
hunc Sex. Julius poſt ſex annos Trib. Militum
fuit. Hujus parentes ignoramus. Septimus C. Ju- VII.
lus L. F. Vopiſci N. Trib. Mil. fuit ano.
CCCXLV. & triennio poſt iterum. Cenſor mor-
tuus eſt ann. CCCLXI. eique ſuffectus eſt M.
Cornelius Maluginenſis, qui cum L. Papirio
Curſore luſtrum fecerunt XVII. eo luſtro urbs a
Gallis capta eſt. Religio fuit deinceps aliquam in
demortui locum ſuffi ere; quaſi vero aliquid ad
eam rem pertinuiſſet. Hujus frater fuit L. Julus, VIII.
qui Tribunatum Militum geſſit ann. CCCLII.
& iterum poſt quadriennium. Ante hunc alter L. IX.
Julius eundem magiſtratum geſſit biennio ante
priorem ſuperioris Tribunatum: ejus parentes
ignoramus. Decimus eodem nomine appellatus X.
eſt. Tribunus Militum fuit ann. CCCLXV. Un- XI.
decimus ejuſdem nominis ſimilem Tribunatum
geſſit ann. CCCLXXIV. Duodecimus C. Julius XII.
Julus Dictator rei gerundæ cauſſa in Caſtris di-
ctus ann. CDI. Cæſarum primus Sex. Julius Sex. I.
F. L. N. Coſ. fuit ann. DXCVI. cum L. Aure-
lio Oreſte. Poſt hunc alter Sex. Cæſar C. F. Sex. II.
N. a Verrio appellatur: Coſ. fuit ann. DCLXII.
cum L. Marcio Philippo. Ejus ſucceſſor L. Cæ- III.
ſar L. F. Sex. N. ſuperioris frater patruelis cum
P. Rutilio Lupo anno primo belli Marſici con-
ſul fuit. Ab eo lex *Julia* appellata eſt, qua civi-
tas data fuit ſociis, qui in officio manſerunt, aut
qui cito redierunt. Cenſor fuit anno proximo poſt
con-

conſulatum cum P. Licinio Craſſo, luſtrum non fecerunt: biennio poſt occiſus eſt cum fratre C. Cæſare Strabone, qui Ædilis Curulis fuit, Quæſtor, Trib. Mil. bis, X. vir agris dandis, adtribuendis, judicandis, & Pontifex. Horum mater fuit Popillia, quam mortuam laudavit publice Q. Lutatius Catulus major, horum frater uterinus, eique mulieri tum primum is honos datus eſt, qui antea tantum viris haberi ſolebat. Uxor L. Cæſaris Fulvia M. Fulvii Flacci viri conſulatis filia, qui cum C. Graccho occiſus eſt a L. Opimio Cos.

IV. Hujus filius L. Cæſar Cos. fuit cum C. Marcio Figulo anno DCLXXXIX. cujus ſoror Julia ex M. Antonio Marci oratoris filio Marcum Antonium Triumvirum, & Cajum, & Lucium Antonios ſuſcepit, poſtea P. Cornelio Lentulo Suræ conſulari nupſit, qui in conjuratione Catilinæ Cicerone Cos. occiſus eſt anno proximo poſt L. Cæſaris conſulatum. Hic ſemper optimarum partium fuit, nulla propinquitatis C. Cæſaris, vel M. Antonii habita ratione. Qua de cauſa proſcriptus eſt a Triumviris, conſervatus a ſorore invito filio ejus Antonio. Hujus filius fuit alter L. Cæſar, qui cum mandatis de pace miſſus eſt ad Cæſarem initio belli civilis.

V. Sequitur C. Julius C. F. C. N. Cæſar, cujus pater Prætor repentino mortuus eſt ann. DCLXIX. Avia paterna fuit Marcia Marcii Regis filia. Amita Julia C. Marii ſepties Cos. uxor, quam mortuam laudavit. In ea oratione dixit Julios a Venere, & Ænea; Marcios a Numa Rege ortos. Mater ei fuit Aurelia, quæ eum Pontificem Max. vidit, & neſcio, an Cos. Initium Pontificatus fuit idem ille annus conjurationis Catilinæ, in qua conſenſiſſe inſimulatus eſt. Quadriennio poſt Cos. fuit cum M. Calpurnio Bibulo ann. DCXCIV. Omnia ſolus per vim, & populum egit. L. Calpurnii Piſonis ſucceſſoris in conſulatu filiam duxit, Pompeja repudiata, ob P. Clodii Pulchri amorem, cum in Bonæ deæ ſacris domi ſuæ Aurelia mater repetit Clodium veſte muliebri indutum, Pompeja L. Sullæ Felicis neptis fuit, Q. Pompejo Rufo, & Cornelia nata. Habuerat ante hanc uxorem Corneliam L. Cinnæ quater Cos. filiam, ex qua Juliam ſuſceperat Cn. Pompeii Magni uxorem. Ante Corneliam Coſſutia Equitis Romani filia Cæſaris ſponſa fuit. Poſt conſulatum decem annos Gallias tenuit, poſtea cum exercitu adverſus Cn. Pompejum, & conſules Romam venit. Dictator a M. Lepido Prætore urbano dictus eſt ann. DCCIV. Iterum Cos. anno proximo cum P. Servilio Vatia Iſaurico: quo anno victo Pompejo II. Dictator reip. conſtituendæ, M. Antonium Mag. Eq. dixit: III. Cos. cum M. Aimilio Lepido anno DCCVII. fuit: & III. Dictator, anno proximo Cos. IV. ſine collega, cenſum vicatim egit. Eodem anno IV. Dictaturam iniit, quæ ei poſtea perpetua conceſſa eſt. In tertio conſulato quater triumphum egit, primum de Galleis & Germaneis, ſecundum de Pharnace Ponti Rege ex Aſia, Tertium ex Ægypto de Rege Ptolemæo, Quartum de Juba Mauretaniæ Rege ex Africa. In quarto conſulatu quinctum egit ex Hiſpania. Anno DCCIX. Dictator IV. vel potius perpetuus, conſul V. occiſus eſt Eidibus Martiis. Ejus collega fuit M. Antonius. In hac quarta Dictatura ovans ex monte Albano VII. Kal. Febr. reverſus eſt. Sororem habuit Juliam nuptam M. Attio Balbo viro Prætorio, ex quo Attiam peperit. Attia C. Octavio C. F. C. N. C. Pron. nupta eſt, poſtea L. Marcio Philippo. C. Octavius Prætor fuit, & Procos. provinciam Macedoniam rexit, in qua Imperator appellatus eſt: ex priore uxore Ancharia Octaviam Majorem, ex Attia Octaviam Minorem, & C. Octavium, quem hæredem C. Cæſar teſtamento reliquit. Quamobrem C. *Julius* C. F. *Cæſar* appellatus eſt, quem etiam jure *Octavianum* aliqui vocant. Poſt Cæſares quinque de Mentone, & Libone agere polliciti ſumus. Cn. Julius Mento conſul fuit anno CCCXXII. cum T. Quinctio Penno Concinnato L. Julius L. F. L. N. Libo cum M. Atillo Regulo anno CDLXXXVI. & triumphum egit de Sallentineis VIII. Kal. Febr. cum M. Regulo collega. Sine cognomine antiquiſſima mentio eſt Proculi Julii Senatoris, qui Romulo a Senatoribus, ut creditur, occiſo juravit ſe eum vidiſſe poſtea mandantem patribus, & populo, ut *Quirinum* appellarent, ſeque ut deum colerent. Julios etiam plebejos fuiſſe video, ex quibus Tribuni plebis fuerunt Ap. Julius ann. CCCIV. C. Julius ano. CCCXXX. L. Julium Annalem, qui proſcriptus eſt a Triumviris, & Q. Julium Candidum, qui patrem proſcriptum prodidit, plebejos fuiſſe exiſtimo. De Sexto Annali teſte producto in reum, quem Cicero defendebat; notus eſt jocus, cum enim læſiſſet reum, & accuſator, dic aliquid M. Tulli ſi potes, de Sexto Annali; tum Cicero verſum ex ſexto Annali Ennii recitavit,

Qui potis ingentes cauſſas evolvere belli.

Primus ex his cognomen ex lege Julia Annali, quam pertulit, invenit. Sunt qui putent Annales non Julios ſed Villios fuiſſe, legemque *Villiam* non *Juliam* appellandam. Hæc de Juliis ante Auguſtum, a quo, & a majori avunculo C. Cæſare hæc familia ſuper alias omnes excelluit. Nam, ut verum fateamur, libertatis tempore non a patriciis ſolum. Valeriis, Corneliis, Fabiis, Æmiliis, ſed etiam a plebeiis Cæciliis, & Fulviis perſonarum, & honorum dignitate Julia familia victa eſt. A Cæſare, & Auguſto menſes duo, qui antea *Quinctilis*, & *Sextilis* dicebantur; *Julius* & *Auguſtus* appellati ſunt. Ab eiſdem omnes Imperatores *Cæſares*, & *Auguſti* dicti ſunt. Inter divos falſos hi relati ſunt, Divus Julius, Divus Auguſtus, Diva Auguſta, quæ *Julia* poſt mortem Auguſti appellata eſt, ut ex parte heres. Diva Druſilla C. Cæſaris Caligulæ ſoror. Diva Julia Divi Titi filia. Diva Julia Auguſta Severi Imp. uxor. Diva Julia Mæſa Elagabali, & Alexandri avia materna. Diva Julia Mamæa Alex. Imp. mater. Divus Philippus. Senior. Divus Philippus Junior: & quæ vere Diva dicta eſt, Fl. Julia Helena, quam *Sanctam Helenam* dicimus, & veneramur. Ex hac familia præter ſupradictos Imperatores & Auguſtas fuerunt: Ti. Julius Cæſar Auguſti Cæſaris filius adoptivus, C. Julius Cæſar Germanici filius Ti. N. Auguſti pronepos, Agrippina Auguſta eiſdem Germanici filia Ti. Claudii

Imp.

Digitized by Google

Imp. uxor mater Neronis Imp. Julia Sœmias Auguſta mater Elagabali Imp. Julia Aquilia Severa Auguſta uxor ejuſdem Imp. Julia Paula Auguſta cujus cognationem ignoramus. Maximinus Imper. & C. Julius Verus Maximus Cæſar ejus filius. C. Julius Æmilianus Imp. & Q. Julius Gallieni Imp. filius. Fl. Julius Criſpus Cæſar Conſtantini Max. filius, & Fl. Julius Conſtantius Jun. Imp. Ex tanta gloria iterum in obſcuras tenebras deciderunt: & vix fumi prætereuntis umbra, quaſi in ſomnis viſa ſit, levem quandam ſui memoriam reliquit.

Nunc de Auguſto, & ejus liberis videamus; poſtea de iis, qui ſub eo, & ceteris conſulatus geſſerunt. C. Octavius, ante adoptionem Magiſter equitum deſignatus fuit in locum M. Lepidi C. Cæſare IV. Dictatore ann. DCCIX. poſt adoptionem Cos. ſuffectus anno proximo, & III. vir Reip. conſtituendæ cum M. Aimilio Lepido, & M. Antonio ex ante diem V. Kal. Decemb. ad pridie Kal. Jan. Sextas: II. Triumvir in alterum quinquennium cum eiſdem fuit, ſed Lepidum abdicare coegit, M. Antonium hoſtem Reip. declaravit, & vicit: terdecies Cos. fuit, duas ovationes, tres triumphos egit, Tribuniciam poteſtatem XXXVII. accepit, Imperator XXI. appellatus eſt, Pontifex Max. fuit mortuo M. Lepido anno DCCXL. Poſt Actiacam victoriam, quæ DCCXXII. anno urbis accidit, ſolus imperium tenuit, optimuſque Imperator fuit ad annum DCCLXVI. quo mortuus eſt. Priores XII. annos tyranni inſtar egit. Sponſas habuit duas Serviliam P. Iſaurici filiam, hanc reliquit, ut privignam M. Antonii duceret, Claudiam Fulviæ ex P. Clodio Pulchro filiam: Sed eam intactam dimiſit mores ſocrus exoſus. Mox Scriboniam L. Libonis ſoceri Sex. Pompeii Magni ſororem, quæ duabus antea conſularibus nupſerat, & ex altero mater erat, duxit. Cum hac etiam divortium fecit. Tandem Liviam Druſillam, quæ poſtea *Livia Auguſta* dicta eſt, prægnantem ex Ti. Nerone duxit: quæ poſt tres menſes Neronem Claudium Druſum Imperatoris Ti. Claudii patrem peperit. Ex Scribonia Juliam ſuſceperat, quæ prius M. Marcello Octaviæ ſororis Auguſti filio, eoque mortuo M. Agrippæ nupſit, qui tunc Marcellam ejuſdem Octaviæ filiam habebat in matrimonio, & ex ea liberos: ſed eam repudiatam Octavia Antonio M. F. collocavit. Agrippa mortuo Julia Ti. Claudio Neroni privigno Auguſti nupſit, qui uxorem prægnantem, & ex qua Druſum filium habebat, dimittere coactus eſt. Ea autem erat Agrippina M. Agrippæ, de quo diximus filia ex Cæcilia Attica Q. Cæcilii Attici Pomponiani, & Piliæ filia, quæ poſt divortium abortum fecit, & nupſit C. Aſinio Gallo Pollionis F. qui Salonini ex eadem pater fuit. Nepotes Auguſti ex M. Vipſanio Agrippa, & Julia filia fuerunt tres Cajus, Lucius, & Agrippa Poſtumus: neptes duæ Julia, & Agrippina. Cajum & Lucium adoptavit emptos per æs, & libram a M. Agrippa patre. Ita ex Vipſaniis Julii facti ſunt. Juliam duxit L. Paullus Cenſoris filius, ex his Æmilia Lepida nata eſt Ti. Claudii Imp. ſponſa, poſtea repudiata, quod parentes Auguſtum offenderant, Agrippinam duxit Germanicus Neronis Druſi, de quo diximus, & Antoniæ Minoris filius. Erat autem Antonia M. Antonii Triumviri, & Octaviæ majoris minoris ſororis Auguſti, de qua diximus, filia. C. & L. Cæſare Pontifices, conſules deſignati quamvis aliqui Cajum Coſ. fuiſſe tradiderint, & principes juventutis mortui ſunt, Cajus in Lycia, Lucius Maſſaliæ. Tunc Agrippam Poſtumum tertium nepotem, quem mox abdicavit, & Tiberium Neronem privignum in foro per legem Curiatam adoptavit. Sic Nero ex Claudia familia in Juliam venit prænomine retento. Ti. Julius Auguſti F. *Cæſar* appellatus eſt. Duas Julias filiam, & neptem Auguſtus relegavit: natum ex nepte filium ali, adgnoſcique vetuit. A Tiberio Cæſ. Germanicus fratris filius adoptatus eſt, ita is quoque ex Claudio Julius effectus eſt. Ti. Cæſar vivo Auguſto patre adoptivo Tribuniciam poteſtatem XVI. accepit; Pontifex, & bis conſul fuit, Imperator VII. appellatus eſt: Poſt mortem Pontifex Max. conſulatum ter amplius accepit, Tribunic. poteſt. ad XXXVIII. auxit, Imperator Octavum appellatus eſt: triumphos duos egit, ovationem unam, triumphalia ornamenta bis conſecutus eſt. Uxores duas habuit, quas paullo ante retulimus, Agrippinam, ex qua Druſum ſuſcepit, & Juliam Auguſti filiam; ex hac nullos liberos habuit. Druſus Livillam ſive Liviam duxit Neronis Claudii Druſi, & Antoniæ Minoris filiam Ti. Claudii Auguſti, & Germanici Cæſaris ſororem, quæ ei Tiberium, & alios peperit. Sed a Sejano adultero perſuaſa virum veneno ſuſtulit. Tiberium Druſi filium C. Cæſar Imp. necari juſſit. Germanicus Cæſaris Ti. Cæſaris adoptivus filius ex Agrippina Juliæ filia, Auguſti vero nepte, ut antea dictum eſt, novem liberos procreavit: ex quibus tres infantes perierunt: tres mares Nero, Druſus, & Cajus, quem *Caligulam* dicebant; tres feminæ fuerunt Agrippina, Livilla, Druſilla, pro *Livilla* alii *Juliam* ſcribunt, quod ipſum denariis, & aſſibus C. Cæſaris confirmatur. Agrippinam duxit Cn. Domitius Antoniæ Majoris filius Ahenobarbus, quæ ei Neronem peperit Imueratr. & poſtea Ti. Claudio Auguſto patruo nupſit, Nerone filio adoptato, a quo poſtea occiſa eſt. Julia M. Vinicio, Druſilla L. Caſſio Longino ſive M. Lepido nupſit. Has tres ſorores dicitur Caligula vitiaſſe, Druſillam in divos retuliſſe, duas alias relegaſſe. Agrippinam Germanici uxorem, & duos filios Neronem, & Druſum Tiberius Cæſar Imp. variis criminibus excogitatis mori coegit. Ipſum Germanicum per Cn. Piſonem ſuſtuliſſe creditum eſt. Piſo damnatus pœnas dedit. Cajus ſucceſſor Tiberii, cujus mortem acceleraſſe dicitur, ejus crudelitatis heres, quadriennium fere in imperio debacchatus eſt. Pontifex Max. Coſ. IV. Imp. II. Trib. poteſt. IV. & triumphalia adeptus eſt. Uxores habuit ante imperium Juliam Claudillam M. Silani filiam, poſtea Liviam Oreſtillam C. Piſonis Lolliam Paulinam C. Memmii uxores abreptas, & mox dimiſſas; & Cæſoniam impudicam trium filiarum matrem duxit, ex qua filiam procreavit Juliam Druſillam. Sed hanc cum matre percuſſores Caligulæ occiderunt. Hic finis Cæſarum fuit. Conſules ſub Auguſto tantum reperio Julios ipſum Au-

Auguſtum, & Ti. Cæſarem de quibus antea diximus, & Cajum, ac Lucium M. Agrippæ filios, nepotes Auguſti, quos a patre emptos adoptavit. Ex quibus C. Julius Aug. F. Cæſar Coſ. deſignatus fuit, ſed non iniit ann. DCCXLVII. Conſul vero fuit ann. DCCLIII. cum L. Æmilio Paullo. L. Julius Aug. F. Cæſar ſuperioris frater Coſ. deſignatus eſt ann. DCCXLIX. ſed non iniit. Tertius poſt hos Germanicus Cæſar fuit, cujus pater naturalis Nero Claudius Druſus fuit, adoptivus Ti. Julius Cæſar: hic conſul fuit ann. DCCLXIV. cum C. Fontejo Capitone: triumphum egit Procoſ. de Cheruſceis, Catteis, Angrivariiſque, Germaneis: VII. Kal. Jul. ann. DCCLXIX. Iterum ſub Tiberio patre, ejuſdem in tertio conſulatu collega fuit anno proximo, ſed aut non iniit, aut ſtatim abdicavit. Sub eodem Tiberio Druſus Cæſar filius non adoptivus ſed naturalis Coſ. fuit cum C. Norbano ann. DCCLXVII. Iterum Coſ. poſt ſex annos cum ipſo Ti. Auguſto: IV. & anno proximo Tribuniciam poteſtatem in decennium accepit, ſed poſt annum mortuus eſt. Hic etiam *Germanicus* appellatus eſt, & ovans Procoſ. de Germaneis rediit ann. DCCLXXIV. Poſt Caligulam ante Maximinum Imp. hos conſules invenio Primus eſt C. Julius Atticus Veſtinus, qui Coſ. occiſus eſt ann. DCCCXVII. ſub Nerone Imp. Ejus collega fuit P. Silius Nerva, quem etiam *Silanum* appellarunt. Sub eodem Imp. C. Julius Rufus Coſ. fuit biennio poſt cum C. Fontejo Capitone. Eiſdem Coſ. Cajus Julius Vindex Proprætore in Galliis primus adverſus Neronem cum exercitu ſe in libertatem vindicavit, Galbamque, ut idem faceret, exhortatus eſt. Sub Veſpaſiano Imp. Cn. Julius Agricola Julii Græcini eruditi viri filius Coſ. ſuffectus fuit cum Domitiano Veſp. Aug. F. VI. ann. DCCCXXIX. Hujus Agricolæ vitam conſcripſit P. Cornelius Tacitus ejus gener, ortum fuiſſe ait ex Forojulienſi Colonia, patre, quem diximus Græcino, quem C. Cæſar Caligula, quod noluerit M. Silanum accuſare, interfecit, matre Julia Procilla, utroque avo equite procuratore Cæſaris: uxor ejus Domitia Decidiana, allectus eſt a Veſpaſiano inter patricios: poſt conſulatum filia collocata in Britanniam miſſus, ex victoria Britannica ornamenta ei triumphalia a Domitiano Imp. decreta, & ſtatua, ſucceſſore miſſo, annos natus ſex & quinquaginta Romæ mortuus eſt, ſub eodem Domitiano C. Antius, Julius Quadratus Coſ. fuit ex Kal. Juliis cum M. Lollio Paulino Valerio Aſiatico Saturnino ann. DCCCXLV. Sequitur Julius Ferox Coſ. ſuffectus cum Acutio Nerva ann. DCCCLII. ſub Trajano Imp. Quincto deinde anno Ti. Julius Candidus II. & A. Julius Quadratus II. Coſ. fuerunt, quorum conſulatus priores conſcripti non ſunt. Quamobrem ſuffectos fuiſſe credidimus. Biennio poſt C. Julius Servilius Urſus Servianus Coſ. fuit ex Kal. Juliis cum Surano II. Iterum ann. DCCCLXIII. etiam ex Kal. Juliis cum L. Fabio Juſto ſub eodem Trajano. Tertium Coſ. fuit ſub Hadriano, cujus ſororem duxerat, & ab eo XC. annos natus occiſus eſt. Hic etiam appellatur *Ser. Servianus*: ejus collega fuit C. Vibius Juventius Verus: conſules fuerunt ann. DCCCLXXXVI. Sub Trajano C. Julius Africanus bis Coſ. fuit. Priori conſulatu ann. DCCCLX. Coſ. ſuffectus cum Clodio Criſpino ex Kal. Jul. in ſecundo collega fuit Imp. Trajani in ſexto conſulatu poſt quadriennium. Secutus eſt Ti. Julius Alexander, qui Coſ. ſuffectus fuit ex Kal. Jul. ann. DCCCLXIX. cum M. Erucio Claro, ſub eodem Trajano. Sub Hadriano Q. Julius Balbus Coſ. fuit cum P. Juventio Celſo II. ann. DCCCLXXXI. Et ſexto poſtea anno L. Julius L. F. Atticus Acilianus cum Pompejano Luperco. Sub Pio Imp. C. Julius Severus, & M. Rufinus Sabinianus Coſ. fuerunt ann. CMVII. Sub Marco & L. Vero Imp. C. Julius Macrinus Coſ. fuit cum L. Cornelio Celſo poſt annos IX. Et ſub Imp. Pertinace C. Julius Fructus Clarus Coſ. fuit cum Q. Soſio Falcone ann. CMXLV. Sub Alexandro Imperat. Julius Lupus Cos. fuit cum Maximo anno CMLXXXIV. Maximinus Imp. patre Micca matre Ababa altero Gotho, altera Alana in Thracia natus a magnitudine corporis appellatus eſſe videtur. Cujus filius C. *Julius Verus Maximus* appellatus eſt: barbaris feriſque moribus pater biennio Imp. fuit P. M. Trib. Pot. III. Cos. II. Pater patriæ occiſus eſt cum filio Cæſare. Sub eodem Imp. Coſ. fuit C. Julius Africanus collega ejuſdem Imp. ann. CMLXXXVIII. & anno proximo Cos. ſuffectus ex Kal. Maii Julius Silanus cum Meſtio Gallicano. Sub Gordiano C. Julius Arrianus, & Æmilius Papus Coſ. fuerunt ann. CMXCV. Imp. M. Julius Philippus Pont. Max. Trib. Pot. VI. Coſ. III. cum filio ejuſdem nominis Pontifice Trib. Pot. III. Coſ. Procoſ. occiſi ſunt. C. Julius Æmilianus Imp. Pont. Max. Trib. Pot. Coſ. occiſus eſt. Q. Julius Licinius Saloninus Gallienus Cæſar Gallieni Imp. filius cum patre occiſus eſt. Jam vero C. Julius Capitolinus collega fuit in conſulatu ſecundo L. Domitio Aureliano Imp. ann. MXXVI. Fl. Julius Criſpus Cæſar Imp. Conſtantini Maximi nothus filius poſt triennium Coſ. fuit cum Imp. C. Aurelio Licinio V. & II. cum Fl. Valerio Conſtantino Juniore II. ann. MLXXII. ſub Conſtantino Max. & eodem Licinio Impp. Fl. Julius Conſtantius Imp. annis XXV. imperavit. Coſ. fuit decies: triumphum egit Coſ. VI. de Magnentio, Decentioque tyranneis ex Gallia Pridie Kal. Maii ann. MCVI. Conſulem poſtea unum tantum invenio Julium Felicem Valentinianum, qui cum Sex. Aurelio Victore Coſ. fuit ann. MCXX. ſub Valentiniano Valente & Gratiano Auguſtis.

J u n i a.

Junia duplex & patricia, & plebeja, utraque nobilis fuit. Sed illa unico viro Conſulari præfulſit L. Junio Bruto, qui & primus Conſul fuit, & auctor libertatis populi Romani: plebeja in plures ſtirpes propagata XIII. Conſulares viros ante Auguſti imperium habuit. Eorum cognomina hæc ſunt: Bruti, Scævæ, Bubulei, Peræ, Pulli, Silani, & Peuni. Lucius ille Brutus M. Junii, & Tarquiniæ ſororis L. Tarquinii cognomento Superbi Regis filius, ſtultitiæ ſimulatione, ne a Rege ſuperbo, ut Marcus frater, & pater occideretur, Bru-

ti

ti cognomen accepit. Sed poſt illud Sex. Tarquinii facinus, qui Lucretiæ Sp. Tricipitini filiæ, L. Tarquinii Collatini uxori vim intulit, ſapientiam detexit, & primus Regibus exigendis auctor fuit: quamvis jam tum Tribunus Celerum eſſet, quo magiſtratu uſus eſt in abrogando Regibus imperio. Primus Conſul fuit, ſive Prætor (ſic enim a *præeundo* dicebatur) cum eodem L. Collatino, quem tamen abdicare ſe magiſtratu coegit, & in exilium abire extra urbem propter odioſum Tarquinii nomen; collega ſubrogato P. Valerio Publicola, quem tunc *Valeſium Popliculam* dicebant, in prœlio occiſus eſt. Aruntem enim Superbi filium ita invaſit, ut ambo ictu contrario ceciderint, ut Cicero in *Tuſcul.* auctor eſt. Id prœlium fuit pridie Kalendas Martias anno poſt urbem conditam ducenteſimo quadrageſimo quarto. Eum mortuum matronæ annum luxere. Uxor ejus fuit Vitellia, ſive Gellia, cujus fratres Marcum, & Manium, cum duobus filiis ſuis Tito, & Tiberio, & fratris filiis, ut quibuſdam placet, atque ſororis Collatini Lucio, & Marco filiis, & Aquilliis ob conjurationem interfecit: ſtatua ei decreta eſt, atque ſtatuta in Capitolio ex ære inter regum ſtatuas gladium diſtringentis habitu, ut Plutarchus affirmat. Idem Poſſidonium refert aſſerere ex tribus filiis duos ſecuri interfici juſſiſſe, tertium infantem relictum, a quo familia Brutorum deducta ſit. Alios ex Bruti diſpenſatore ortos fuiſſe, eos præſertim qui M. Bruti odio, qui C. Cæſarem cum D. Bruto, & C. Caſſio, ac cæteris conjuratis interemit, flagrarent. Hanc vero patriciam L. Bruti familiam Dionyſius a quodam Æneæ ſocio progenitam ſcribit. Plebejus vetuſtiſſimus L. Junius C. F. Paterculus, qui primus Tribunus plebis fuit cum L. Sicinio L. F. Veluto anno XVI. poſt Reges exactos, hoc eſt ann. CCLIX. ut ex Aſconio in *Corneliana* didicimus, quamvis pro *L. Junio Lavinium* quidam ſcripſere, hos *C. Licinium*, *L. Albinum* Livius appellat: Dionyſius *L. Junium Brutum*, *& C. Sicinium Bellutum*, & his tres alios additos *C. & P. Licinium*, *& C. Juſillium Rhuganum.* Brutum illum *Tribunum* appellatum fuiſſe, non quod ſanguine cum L. Junio Conſule conjungeretur, ſed quod eo nomine ab amicis laudaretur, ab inimicis irrideretur. Poſt hunc Q. Junius Tribunus Plebis fuit ann. CCCXIV. conſul primus D. Junius Brutus Scæva cum L. Furio Camillo, iterum ann. CDXXVIII. fuerat Magiſter Equitum ante quatuordecim annos Q. Publilio Philone Dictatori rei gerundæ cauſſa. Alter eodem nomine D. Brutus Scæva conſul fuit anno CDLXI. cum Q. Fabio Maximo Gurgite. Hunc ſuperioris filium fuiſſe probabile eſt. Utrumque *Sævam* non *Scævam* quidam appellant, ſed plerique omnes *Scævam*, quod placet; cum videam *Scævolam* ſive *Scævulam* cognomen Muciorum ab hoc deductum; ſive a ſiniſtra, ſive ab omine, aut augurio bono. Siniſtra enim auſpicia Romanis meliora fuere; utpote quæ ſinerent rem fieri, ſic enim interpretabantur. Ea Græce σκαιὰ dicuntur. Sic Feſtus ait *Scævam* & in bona, & in mala revocari. Et Varro lib. VI. *de lingua Latina* pueris refert turpiculam rem ſuſpendi in collo, ne quid obſit bonæ Scævæ cauſa, unde *Scævola* appellatus eſt, *Scævumque* bonum eſſe omen dicit: quod ſiniſtra bona auſpicia exiſtimarentur. Bubulci Bruti duo item conſulares fuerunt, quorum alter ter Conſul, bis triumphalis, Dictator, Cenſorque ſemel, ac bis Magiſter Equitum: alter iterum Conſul triumphavit, ambo C. *Junii* dicti, Cajo patre, Cajoque avo prognati Verrio Flacco auctore ſunt. Prior enim Conſul fuit ann. CDXXXVI. cum Q. Aimilio Barbula, iterum quarto demum anno cum L. Papirio curſore quinctum conſule: anno proximo Magiſter equitum fuit C. Sulpicio Longo Dictatore rei gerundæ cauſſa. Tertium Conſul cum Collega ſuo Q. Barbula iterum eodem ann. deſignatus eſt, & de Samnitibus Nonis Sextilib. in conſulatu triumphum egit. Barbula de Etruſceis Idib. Sextil. Biennio poſt iterum Magiſter Equitum L. Papirio Curſore iterum Dictatore rei gerundæ cauſſa, quo anno, ut Verrius aſſerit, Dictator, & Magiſter Equitum ſine Conſulibus fuerunt. Cenſor cum M. Valerio Maximo ann. CDXLVII. luſtrum fecit XXVII. L. Antonium ſenatu movit, quod virginem repudiaſſet ſine amicorum conſilio. Dictator de Æqueis III. Kalend. Sextil. anno CDLI. iterum triumphum egit. Ædem ſalutis, quam conſul voverat, Cenſor locaverat, Dictator dedicavit. Eam ædem qui primus ex Fabiis *pictor* appellatus eſt, pinxit. Hujus filius ut creditur, Conſul fuit ann. CDLXII. cum L. Poſtumio Megello tertium, qui Interrex erat. Iterum Conſul de Lucaneis, & Bruttieis Non. Januar. anno CDLXXVI. triumphum egit. Ejus collega fuit P. Cornelius Rufinus iterum Conſul. Poſt hos tres conſulares Brutos accepimus fuiſſe, nullo alio cognomine diſtinctos. Quorum primus M. Junius M. F. L. N. conſul fuit cum A. Manlio Vulſone anno poſt urbem conditam DLXXV. Hujus, ut arbitror pater Prætor Urbanus fuit tertio decimo antea anno: annoque ei proximo P. Junius Brutus Prætor Tuſcos provinciam obtinuit, & poſtea Proprætore in ulteriorem Hiſpaniam profectus eſt. His temporibus, ut Valerius Max. ſcribit, Marcus, & Decimus Bruti primi in funere patris gladiatores dederunt anno DXLI. ſed Florus lib. XVI. id D. Bruto ſoli defert bello Punico primo. Alter conſularis D. Brutus, quem M. F. Cicero in *Bruto* fuiſſe ſcribit, in Conſulatu collega fuit P. Cornelii Scipionis Naſicæ *Serapionis* cognomento appellati anno urbis DCXV. Poſt Conſulatum *Callaicus* appellatus eſt, & triumphum geſſit proconſule de Luſitaneis, & *Callaiceis* ex Hiſpania Ulteriore. De hoc Plutarchus poſt Ciceronem refert non ut ceteros menſe Febr. ſed Decembri parentaſſe. Eundem Attio familiarem fuiſſe, & ab eo templa de manubiis ornata verſibus Attii decoraſſe alii conſcripſerunt. Hujus filius ex Clodia uxore D. Brutus D. F. M. N. a Verrio cenſetur, collega Mamerci Lepidi Liviani ann. DCLXXVI. Non deſunt, qui ſupra ſcriptis inſerant M. Junium Pennum, quem M. F. M. N. Verrius appellat, & fuiſſe exiſtiment M. Bruti conſularis filium, ac patrem D. Bruti Callaici. Hic Conſul fuit cum Q. Ælio ſive Ælio Paito anno urbis DLXXXVI. Hujus filius M. Pennus laudatur a Cicerone, utpote qui in tribu-

bunato plebis C. Gracchum exagitarit Quæſtorem ann. DCXXVI. Eumque Ædilicium mortuum fuiſſe tradunt. Ante hos tamen M. Junius Penna Prætor Urbanus fuit anno DLII. & poſt annos XXIX. alter M. Pennus Hiſpaniam citeriorem Prætor optinuit, quem illius filium eſſe exiſtimo, hunc vero eundem illum Conſulem. *Peræ* cognomine duos Conſulares reperio, quorum alter Cenſorius, & bis triumphalis, alter Dictator, & Cenſor fuit. Prior D. Junius D. F. D. N. Conſul fuit anno CDLXXXVII. cum N. Fabio Pictore, & in eodem Conſulatu bis triumphum egit V. Kal. Octob. de Saſſinatibus, & Non. Febr. de Sallentineis, Meſſapiiſque. Cenſor fuit anno quingenteſimo cum L. Poſtumio Megello, qui Prætor etiam erat, & eo in magiſtratu mortuo D. Pera abdicavit. Sunt, qui ſuſpicentur hunc Peram D. Scævæ Conſularis filium fuiſſe, & alterius Scævæ Conſularis nepotem: quod a temporum ratione alienum non eſt. Sed id, ut incertum omittamus. Alter Conſularis M. Pera D. F. D. N. ſuperioris ut arbitror filius, conſul fuit cum M. Æmilio Barbula anno DXIII. & cenſor quinquennio poſt cum C. Claudio Ap. F. Centhone, luſtrum fecerunt XLII. Dictator vero rei gerundæ cauſa poſt pugnam Cannenſem ann. DXXXVII. Magiſtrum Equitum dixit Ti. Sempronium Gracchum Ædilem Curulem. Eiſdem temporibus *Pulli* cognomine L. Junium C. F. L. N. Conſulem fuiſſe invenio cum P. Claudio Pulchro anno urbis DIV. urgente bello Punico primo; Sed ambo conſules claſſem amiſerunt, & pulcher damnatus a populo eſt, Pullus mortem ſibi conſcivit. Eiſdem Conſulibus tertii ludi ſæculares acti Antiate, & Livio auctoribus. In hæc etiam tempora incidit, quod Plinius lib. XXXIV. cap. VI. tribuit P. Junio, & Ti. Coruncanio interfectis a Teuca Illyriorum regina tripedaneas ſtatuas poſitas fuiſſe. Sed Polybius lib. II. eos C. & L. *Coruncanios* appellat, & unum tantum ex his occiſum fuiſſe ann. DXXIII. Ad Silanos Conſulares ventum eſt, quos ex Manliis Torquatis originem duxiſſe indicant Ciceronis verba lib. I. *de finib.* cui Valerius Max. lib. V. cap. VIII. & Florus lib. LIV. ſubſcribunt. Nam T. Manlius A. F. T. N. Torquatus, qui cum Cn. Octavio Conſul fuit anno urbis DLXXXVIII. cum Decimo Silano, filium in adoptionem dediſſet, iſque Prætor Macedoniam optinuiſſet, de provincialium querelis domi audivit, erat autem juris civilis, & Pontificii peritiſſimus; cumque contra filium pronuntiaſſet, in conſpectum ſuum venire vetuit, filius eadem nocte laqueo ſibi necem intulit: at pater adoleſcentis funeri non interfuit, & ſe conſulentibus adıtum patere juſſit. Hac de cauſa titulum extare ſcio cujuſdam ſepulcbri Virginis Veſtalis Maximæ, cujus apud Tacitum lib. III. mentio fit, ot C. Silani pro Conſulis Aſiæ ſub Tiberii Cæſaris ſororis, quæ cum C. Silani filia eſſet, Junia Torquata dicta fit. Ex veteribus Silanis M. Junium Prætorem fuiſſe cognovimus anno urbis Quingenteſimoquadrageſimoprimo. Hunc arbitror a Boiis occiſum fuiſſe poſt annos XVI.

Primus M. Silanus Conſul fuit anno Sexcenteſimoquadrageſimoquarto cum Q. Metello Numidico. Hic male cum Cimbris pugnavit, & accuſatus eſt a Cn. Domitio Tribuno plebis quinquennio poſt apud populum, duæ tantum tribus Sergia, & Quirina damnarunt. Hujus filius, ut arbitror D. Silanus M. F. Conſul fuit cum L. Licinio Murena anno urbis Quingenteſimononageſimoprimo. Hic primus in Senatu a Cicerone Conſule rogatus, cum deſignatus eſſet, ſententiam in P. Cornelium Suram, & Cethegum Catilinæ ſocios dixit. Hujus uxor Servilia fuit ſoror M. Catonis mater M. Bruti, qui adoptione in Serviliam gentem inſertus eſt. Itaque appellatur in *Philippicis*, & in denariis ejus nomine ſignatis *Q. Servilius Q. F. Cæpio Brutus.* Hujus ſorores tres fuere *Juniæ* dictæ ex Silano, ut arbitror, patre natæ, quarum una M. Æmilio Lepido Pontifice Maximo, & poſtea Triumviro reipub. conſtituendæ nupſit, altera C. Caſſio percuſſori Cæſaris, quam *Tertiam*, ſive *Tertullam* cognominatam fuiſſe accepimus, de qua notus eſt Ciceronis jocus. Nam cum male audiret Servilia, quod a Dictatore prædia emeret minimo pretio: *nil mirum*, inquit ille, *Tertia deducta eſt.* De alia Junia ſorore nihil accepimus. Tacitus in calce libri tertii, Juniam C. Caſſii uxorem obiiſſe ait ſexageſimoquarto poſt Philippenſem pugnam anno. Viginti clariſſimarum familiarum imagines antelatas, Manlios, Quinctios, aliaque ejuſdem nobilitatis nomina, Serviliæ, & Catonis mater fuit Livia M. Druſi Tribuni plebis ſoror. M. Bruti percuſſoris Cæſaris pater poſt mortem Sillæ bellis civilibus a Pompejo occiſus eſt, eum Florus *M. Brutum* appellat libro nonageſimo.

Alii duo eodem prænomine, & cognomine fuerunt, M. Brutus pater vir Prætorius, juris civilis peritiſſimus, qui multis in locis a Cicerone, & a Pomponio in *Digeſtis* laudatur; & M. Brutus filius accuſator dictus, quem L. Craſſus multis jocis vexavit. Fuit etiam percuſſor Cæſaris D. Brutus Marci propinquus: hic ab A. Poſtumio Albino adoptatus *A. Poſtumius Bruti filius Albinus* appellatus eſt. Conſul deſignatus Mutinæ a M. Antonio obſeſſus eſt. Ab eodem poſtea occiſus eſt, & parum viriliter collum percuſſori præbuit, ut Valerius objicit. At M. Bruti uxores duæ Claudia Appii Pulchri filia, & Porcia Catonis avunculi filia, quæ prius ex M. Calpurnio Bibulo Cæſaris in Conſulatu collega filium habuit. Porciæ, Bruti ſoteritus a multis laudantur, quos ego minime laudo. At eorum igniculos virtutis ſuſpicio. Fuerunt enim in Bruto magna quædam animi ingenii, & eruditionis atque loquentiæ bona. Reliquit orationes, & de philoſophia libros, qui non exſtant.

Ad Silanos redeo, quorum cognomen a Siro deductum eſſe cenſeo, non ut quidam exiſtimant a Sylla, qui eos Sillanos conſcribunt. Silus Sergiorum, & Liciniorum cognomen eum ſignificat, ut Feſtus refert, qui naſo ſurſum verſus repando ſit, & Galeæ Silæ dicebantur ab eadem ſimilitudine. Hos patricios fuiſſe, ut Torquatos, a quibus originem ducunt, quærendum cenſeo: auget ſuſpicionem, quod collegas habuerint plebejos in Conſulatu: alter Metellum Numidicum, alter Murenam.

Sub Auguſto tres Conſules Silanos invenio. M. Silanum collegam Auguſti nono Conſulatu, anno Septingenteſimonovigeſimooctavo, quo anno Janus Clauſus eſt. Hunc D. F. M. N. quidam appellant, ut ceteris Conſularibus conjungant C. Silanum C. F. qui poſt octo annos Conſul cum C. Furnio fuit, quo anno ludi ſæculares quincti acti ſunt. C. Silanum Caii filium Marci Nepotem Flaminem Martialem, qui anno Septingenteſimoſexageſimoſecundo Conſul fuit cum P. Cornelio Dolabella. Sub Tiberio Cæſare duo Conſules Silani fuerunt, M. Junius M. F. qui cum L. Norbano Balſo Coſ. fuit anno Septingenteſimoſeptuageſimoprimo & Ap. Silanus, qui nono poſtea anno Conſul fuit cum P. Silio Nerva Marci Silani filia Junia Claudilla nupſit C. Caligulæ ante adeptum imperium, quæ ex partu mortua eſt. Socerum idem Imperator ad necem compulit. Marci frater D. Silanus Juliæ neptis Auguſti adulter exilium voluntarium ſuſcepit, ut Tacitus libro tertio ſcribit. Temporibus Ti. Claudii Imperatoris D. Silanus Appii filius Conſul fuit cum Q. Haterio Antonino anno Octingenteſimoquinto. Hunc Proconſulem Aſiæ, & fratrem Lucium generum Ti. Claudii Imperatoris Agrippina Neronis mater occidi juſſit, ne filio præferretur in imperio. Eos Tacitus initio libri decimitertii appellat Divi Auguſti abnepotes. Plinius vero libro ſeptimo, cap. decimotertio naturalis hiſtoriæ: „ Marcus Silanus, *inquit*, nepos ne„ptis Auguſti, natus quo anno exceſſit e vita Au„guſtus, Aſiam obtinuit poſt Conſulatum, a Ne„rone veneno ſublatus“. Idem Tacitus libro decimoquinto refert Torquatum Silanum mori coactum a Nerone, qui Divum Auguſtum atavum ferebat, & libro decimoſexto hujus ſororem Lepidam C. Caſſii uxorem, & amitam L. Silani, quem etiam occidi juſſit.

Sub Hadriano Imperatore Junius Silanus Siſenna cum Hibero Conſul fuiſſe dicitur anno DCCCXXCV. In titulo tamen quodam Præneſtini monumenti eſtat mentio horum Coſ. Q. Junii Silani, & L. Septimii Valeriani, in quo titulo mentio fit Ælii Auguſti liberti. Sub Commodo duo Silani eodem anno Conſules fuerunt Caſſiodoro anno CMXLI. alterum *Junium* alterum *Servilium* quidam appellant. Maximini vero temporibus Conſules ſuffecti ex Kal. Maii Junius Silanus, & Meſſius Gallicanus anno CMXXCIX. Sub quibus Maximino abrogatum imperium eſt, & Gordiani Africani Imperatores appellati ſunt. Maximino filio C. Julio Maximo Cæſare Junia Fadilla proneptis Antonini Imp. ſponſa conjuncta non eſt, ſed poſt ejus cædem Toxotio nupſit ejuſdem familiæ Senatori, & poſtea Prætori, cujus poemata legit Julius Capitolinus. Enumerat idem ex Junii Cordi indagatione arras, & munera regia ſponſæ data. Sed nos ceteros conſulares Junios per-
I. ſequamur, quorum varia cognomina fuerunt. Pri-
mus ſub Caligula Sex. Junius Celer cum Sex. No-
nio Quinctiliano Conſul ſuffectus ex Kal. Juliis
II. fuit anno DCCXCII. Alter Q. Ruſticus collega
Imperatoris Hadriani in tertio Conſulatu anno
III. DCCCLXXI. Tertius ejuſdem nominis, quem
etiam Præfectum Urbis fuiſſe ſub M. Antonino, &
L. Vero Ulpianus ſignificat, ejus collega in Conſu-
latu Vettius Aquilinus, vel ut in titulo cujuſdam
monumenti eſt, Q. Flavius Tertullus Kal. Jul.
anno CMXIV. Hunc exiſtimo bis Conſulem fuiſſe,
eumque eſſe, quem Julius Capitolinus ait ſum-
mum philoſophum Stoicæ diſciplinæ, cujus adju-
tor Marcus Imperator fuit, eique mortuo ſtatuas
a Senatu poſtulavit. Anno proximo A. Junius Pa- IV.
ſtor Conſul fuit cum L. Papirio Æliano, ſive
cum M. Pontio Læliano. Quinquennio poſt Titus V.
Junius Montanus cum L. Vettio Paullo. Altero VI.
anno hoc eſt CMXXII. ſub eodem Marco
Imp. L. Junius Clarus cum M. Aurelio Severo,
quem etiam *Cethegum* quidam vocant. At ſub VII.
Valeriano, & Gallieno Junius Donatus cum Cor-
nelio Sæculari iterum Conſule ann. CIↃXII. quo
anno Valerianus Imp. a Perſis captus eſt. Sub Pro- VIII.
bo Junius Meſſalla Conſul fuit cum Grato anno
CIↃXXXI. Item C. Junius Tiberianus anno pro- IX.
ximo collega Imp. Probi IV. Secundus ejuſdem X.
Conſulatus fuit cum Caſſio Dione an. CIↃXLII.
ſub Diocletiano, & Maximiniano, quo tempore
idem Tiberianus Præfectus Urbi fuit. Inter hos XI.
duos Conſulatus M. Junius Maximus, qui etiam
Urbis Præfectus fuit, bis Conſul fuit. Namque an-
no CIↃXXXV. Conſul ſuffectus ex Kal. Jul. cum XII.
M. Aurelio Maximiano, qui poſtea imperium ob-
tinuit, & biennio poſt Conſul ordinarius fuit cum
Vettio Aquilino ſub Diocletiano Imp. Fuit alter XIII.
Junius Maximus cum Imp. Maxentio IV. Con-
ſul ſuffectus anno CIↃLX. Sub Conſtantino, &
Licinio Flavius Junius Rufinus Coſ. fuit quar- XIV.
todecimo ann. poſt ſuperiorem cum Acilio Severo.
Poſtremo Junius Quartus Palladius collega fuit XV.
in Conſulatu Septimo Imp. Theodoſii Minoris
anno CIↃCLXIX. & eiſdem temporibus idem Palladius Præfectus urbis, & Præfectus Prætorio fuit. Hæc de Conſularibus Juniis. Triumphalia ornamenta C. Junius Blæſus tulit anno urbis DCCLXXV. Proconſul Africæ permittente Tiberio Cæſare quod avunculus Ælii Sejani Præfecti Prætorio eſſet, qui tum plurimum poterat, eidemque permiſſum eſt, ut Imp. more majorum ſalutaretur a militibus poſt victoriam de Tacfarinate & Numidis, ut Tacitus lib. III. & IV. refert. Hujus fortaſſe filius fuit a Vitellio Imp. occiſus Juniis, & Antoniis avis clarus, ut Tacitus lib. XIX. refert: de quo fortaſſe Suidas in *Apicio*. Tulit etiam ſimilia ornamenta L. Silanus Appii filius, cui Octavia Ti. Claudii Imp. filia deſtinata fuit, quam Nero Imp. duxit uxorem, cum legatus de Britanneis victoriam obtinuit anno DCCXCVI. Hunc, ejuſque patrem de medio ſuſtulit idem Claudius Imperator, ejuſque fratrem Decimum Silanum Aſiæ Proconſulem Agrippina poſt Tiberii mortem, ut ſupra diximus.

L I C I N I A.

LICINIA Familia plebeja, ſed clara, ac nobilis in quattuor conſulares præcipuas cognominibus diſtinctas ſtirpes propagata eſt: Calvorum, Craſſorum, Lucullorum, & Murenarum. Sed & Vari, & Getæ, & Nervæ, aliique minus clari extitere, de quibus poſtea dicemus. Primus Tribunus

ple-

plebis C. Licinius fuit anno CCLIX. ut Livius
ſcribit, C. & P. Licinii cum aliis trib. ut Diony-
ſius, ac poſt XIII. annos Sp. Licinius. Primus quo-
que Tribunus Militum conſulari poteſtate de plebe
Licinius Calvus anno CCCLIII. ita ceteri plebeii
cedere debent Liciniis, quod primi & plebejus, &
patricios magiſtratus fuerint conſecuti. Magiſter
I. Equitum e plebe primus C. Calvus, conſul plebe-
jus ſecundus fuit C. Licinius Calvus Stolo, quem
conſtat auctorem fuiſſe, ut alter Conſul plebejus
eſſe poſſet. Namque ut Livius refert, M. Fabio K.
F. M. N. Ambuſto, qui Tribunus militum bis,
Cenſor, & Pontifex Maximus fuit, duæ filiæ natæ
ſunt, quarum alteram duxit Ser. Sulpicius Rufus
prætextatus, qui Tribunus militum fuit anno
CCCLXII. Minor huic C. Calvo Stoloni nupſit.
Hanc ferunt invidia ſororis, quæ patricio nupta
ampliſſimis magiſtratibus domum exornatam cer-
neret, impetraſſe a patre, & a viro, ut in hanc rem
maxime incumberent: ut plebeii patricios magi-
ſtratus conſequi poſſent. Tum Calvus Tribunus
plebis leges promulgavit, quarum alteram facile
pertulit, ne quis civis Romanus ſupra quingenta
jugera poſſideret: alteram de plebeiis conſulibus de
qua magnæ contentiones ortæ ſunt. Sed ita in ea
se perſtitit Calvus, ut non permiſerit comitia ulla
haberi, niſi hac lege perlata. Ita idem Calvus cum
L. Sextio Laterano refectus quinquies Tribunus
plebis fuit, & curulibus magiſtratibus toto eo quin-
quennio Roma caruit: quorum primus fuit poſt
urbem conditam annus CCCLXXVII. Conſul
fuit anno CCCLXXXIX. cum C. Sulpicio Petico,
iterumque triennio poſt cum eodem collega. Sed
quarto poſt alterum conſulatum anno ſua lege Li-
cinia damnatus eſt, quod ultra quingenta jugera
cum filio emancipato, cui donationem in fraudem
legis fecerat, poſſideret. Hunc primum *Stolonem*
dictum fuiſſe Varro ait: quod nullus ſtolo in ejus
agris reperiretur, eoſque identidem tolli juberet.
Sunt autem ſtolones arborum ſtirpes, ac radices,
quæ arantibus obſunt. Verrius hoc ei cognomen
non adſcripſit, qui eum dixit fuiſſe C. F. P. N. ſu-
ſpicor ejus avum fuiſſe eum, qui primus Tribunus
militum e plebe fuit cum quinque patriciis. Cujus
filius P. Calvus quadriennio poſt patrem eundem
magiſtratum obtinuit, poſt quem alter C. Calvus
P. F. P. N. anno CCCLXXV. Tribunus etiam
Militum fuit, & decimo poſtea anno Magiſter E-
quitum primus e plebe P. Manlio Capitolino Di-
ctatori ſeditionis ſedandæ, & rei gerundæ cauſſa,
qui M. Furio Camillo Dictatori abdicanti ſuffe-
ctus eſt; & eo anno duo Dictatores, & duo Magi-
ſtri Equitum ſine aliis Curulibus magiſtratibus fue-
runt. Ita quattuor Calvi duos Conſulatus, Tribu-
natus Militares tres, ac Magiſterium Equitum ob-
tinuerunt. Celebris longo poſtea intervallo fuit C.
Licinii Calvi optimi oratoris & poetæ fama, cujus
pater C. Licinius Macer vir Prætorius accuſatus
Cicerone Prætore repetundarum, cum damnare-
tur, ſe ipſum interemit. Erat tum Calvus filius an-
nos natus XVII. Macri autem hiſtoria a veteribus
celebratur, ſed oratio Calvi in P. Vatinium illu-
ſtrior fuit. Quæ cum haberetur, dum multi excla-
marent; ſurgens Vatinius, *num*, inquit, *quia hic
diſertus eſt, ego innocens damnandus ſum?* Fuit
autem Calvus Atticorum imitator verbis, & ſen-
tentiis valde preſſus, quod Cicero improbare vide-
tur non ſine aliqua moleſtia, ne dicam invidia,
quod a multis doctis viris id genus orationis Tullia-
næ præferretur. Craſſi feliciores Calvis fuerunt. II.
Nam ſeptem Conſulares viri, octo Conſulatus,
Cenſuras quattuor, Pontificatus Maximos duos,
triumphum, & ovationem, & Magiſterium Equi-
tum ante Cæſarem Dictatorem obtinuerunt. Pri- I.
mus P. Craſſus Dives P. F. P. N. Pontifex Maximus
anno DXLI. in locum L. Cornelii Lentuli coopta-
tus eſt, biennio poſt Magiſter Equitum Q. Fulvio
Flacco Dictatori comitiorum habendorum cauſſa,
& eodem anno Cenſor cum L. Veturio Philone, qui
in eo magiſtratu mortuus eſt, quamobrem Craſſus
abdicavit, ut poſt urbem captam a Gallis factum
ſemper eſt. Conſul cum P. Scipione Africano ma-
jore fuit anno DXLVIII. duobus, & viginti annis
poſt Conſulatum vixit. Ejus funeris cauſſa viſcera-
tio data, & gladiatores CXX. & ludi funebres tri-
duo, & poſt ludos epulum, ut Livius lib. XXXIX.
ſcribit. Alter P. Craſſus C. F. P. N. Coſ. fuit anno II.
primo belli Perſici cum C. Caſſio Longino, hoc
eſt ann. DLXXXII. Prætor is fuerat ante quin-
quennium, & in Hiſpaniam provinciam ire recu-
ſavit. Tertio poſtea anno C. Craſſus eiſdem paren- III.
tibus natus, ut fratrem germanum eſſe non dubi-
tes, M. Verrio teſte, cum L. Aemilio Paullo ite-
rum Conſul fuit, qui ante quadriennium Prætor
Urbanus fuerat. Tertius P. Craſſus, quem Verrius IV.
P. F. P. N. appellat, Paterculus *Mucianum* co-
gnomento, alii *Divitem*, Pontifex Maximus in
locum P. Scipionis Naſicæ Serapionis ann.
DCXXI. cooptatus eſt, proximo anno Conſul fuit
cum L. Valerio Flacco Flamine Martiali, cum
quo poſtea de provincia contendit, & Flaminem
vetuit a ſacris diſcedere. Sed ipſe in Aſia occiſus
eſt ab Ariſtonico, primus extra Italiam Pontifex
Maximus profectus. Hunc ferunt P. Mucio Scæ-
vola Conſulari, & triumphali viro natum a P.
Craſſo Divite adoptatum fuiſſe, fratremque ger-
manum fuiſſe P. Scævolæ Pontificis Maximi, &
Conſularis viri, qui juris civilis peritiſſimus fuit.
De hoc Sempronius Aſellio, *quinque maxima
conſecutus eſt Mucianus, quod eſſet ditiſſimus,
nobiliſſimus, eloquentiſſimus, juriſconſultiſſi-
mus, & Pontifex Maximus.* Ejus duæ filiæ fue-
runt, quarum alteram C. Sulpicius Servii Galbæ
oratoris, & Conſularis filius, alteram C. Grac-
chus optimus orator duxit. Hujus filium videtur
Cicero appellare P. Craſſum Viniliæ filium, &
vivo patre mortuum eſſe ſuſpicari. Quartus P. V.
Craſſus M. F. P. N. ex Faſtis Capitolinis conſul
fuit anno DCLVI. cum Cn. Cornelio Lentulo.
Hujus pater M. Craſſus, is eſt, quem ſemel in vita
riſiſſe Lucilius ſcripſit, avum fuiſſe eum exiſtimo,
quem ſecundo loco conſtituimus P. Craſſum. Pro
conſule de Luſitanis triumphat quarto anno poſt
Conſulatum pridie Idus Junias. Cenſor quadrien-
nio poſt triumphum cum L. Julio Cæſare factus
eſt: adverſus unguenta exotica, & fumatus ambo
adixere. Iidem a C. Mario, & L. Cornelio Cinna
occiſi ſunt anno DCLXVI. quamquam hic ſibi

manos intulit. Occiſus etiam eſt P. Craſſus filius, & C. Cæſar frater L. Cæſaris, & alii inſignes viri.
VI. Superſtes partis fuit M. Craſſus, quem *Divitem* plerique appellant, Cn. Pompei Magni in duobus Conſularibus collega. Eos geſſit anno DCLXXXIII. & DCXCVIII. Ante Conſulatum priorem anno proximo pro prætore de Spartaco, & fugitivis ovans Laurea, non myrtea corona ut ceteris ex ſenatuſconſulto urbem ovans ingreſſus eſt. Hujus divitiæ, & potentia a multis celebratur, quæ fere in tyrannidem evaſit trium virorum clariſſimorum Cn. Pompeii, C. Cæſaris, & M. Craſſi. Cenſor fuit quinto anno poſt priorem Conſulatum cum Q Lutatio Catulo, ſed diſſenſione inter eos orta abdicarunt. A Parthis cum Publio filio magnæ ſpei adoleſcente occiſus eſt, adverſus quos cum exercitu profectus Proconſule eſt. Uxor ejus Tertulla, M. Luculli Conſularis viri, & triumphalis filia, parum pudica, C. Cæſari fuiſſe traditur. Sunt etiam, qui ſuſpicentur Cæciliam Metellam Q. Cretici filiam ejuſdem uxorem fuiſſe, quod in titulo ejuſdem monumenti *Craſſi*
VII. nomen aſcriptum ſit. Venio nunc ad L. Craſſum diſertiſſimum illum oratorem, quem maxime laudat M. Cicero. Conſul is fuit cum Q. Mucio P F. Scævola Pontifice Maximo anno urbis DCLVIII. Hic ne triumpharet, collega impedimento fuit, ut ex Cicerone, & Aſconio *in Piſoniana* didici. Cenſor triennio poſt cum Cn. Domitio Ahenobarbo, cum quo ſæpe contendit. Anno proximo L. Philippo Conſule annos natus fere quinquaginta mortuus eſt, ut Cicero initio libri tertii *de Oratore*, & *in Bruto* ſignificat. Tribunum plebis fuiſſe Lucilius refert. Hujus parentes ignoramus, uxor ejus fuit Mucia Q. Scævolæ auguris, qui Conſul fuit anno DCXXXVI. filia, & Læliæ Majoris C. Lælii ſapientis filiæ. Filias duas reliquit, ex quarum altera, quam P. Scipio Naſica duxit, nepotem teſtamento in filium adoptavit, qui *L. Craſſus* dictus eſt; fraterque fuit Q. Metelli Scipionis Corneliæ patris, quæ prius uxor P. Craſſi M. F. a Parthis occiſi fuit, mox Cn. Pompeii Magni. Alteram duxit C. Marius C. Marii ſepties Conſulis filius. Sed & idem Marius pater alteram Muciam ejuſdem Q. Scævolæ Auguris filiam uxorem habuit. Ante quam ab hac Craſſorum gente diſcedam, commemorare libet, quæ Valerius Max. lib. VI. cap. XI. ſcriptum reliquit, Craſſum quendam cognomine *Divitem* decoxiſſe, bonaque ejus a creditoribus fuiſſe divendita, ita non ſine riſu veteri divitis nomine poſtea ſalutatum. Eodem fortaſſe pertinet, quod Cicero Attico ſcripſit, *Noſter amicus magnus, cujus cognomen una cum Craſſi divitis cognomine conſeneſcit.*

LUCULLORUM.

LUCULLORUM tres tantum Conſulatus fuiſſe invenio, duos ex his etiam triumphales. Ante hos L. Lucullus, & Q. Fulvius Ædiles Curules ludos Romanos anno DLI. ter inſtaurarunt. Pecuniam ex ærario non ſine Luculli infamia ſcribas, & viatores ſumpſiſſe compertum eſt. Sexto poſtea anno C. Lucullus T. Romulejus, & P. Porcius Læca primi Triumviri Epulones facti ſunt: & poſt XII. annos M. Lucullus Prætor inter cives, & peregrinos jus dixit. Eſt etiam apud Salluſtium P. Luculli Tr. Pl. mentio, qui Jugurthini belli tempore continuare magiſtratum nitebatur ann. DCXLIII. Primus L. Lucullus Conſul fuit anno DCII. cum A. Poſtumio Albino biennio ante bellum Punicum Tertium. Sub hoc in Hiſpania Scipio Africanus minor militavit. Hujus filius Lucius Cæciliam Q. Metelli Numidici ſororem L. Metelli Calvi filiam duxit, qui anno nono poſt Luculli conſulatum Conſul fuit: ex ea Lucium, & Marcum filios reliquit. Sed ambo conjuges infami nota famoſe vixerunt: alter furti, ſeu repetundarum Servilio augure accuſante damnatus, Cæcilia parum pudica vulgo credita. His parentibus ortus L. Lucullus præſtanti vir ingenio clariſſimus, & fortiſſimus fuit. Litteriſque tam Græcis, quam Latinis in primis eruditus, philoſophiæ quoque, ut Cicero, & Plutarchus conſcribunt, operam dedit. Conſul fuit anno DCLXXIX. cum M. Aurelio Cotta: poſt undecim annos M. Cicerone Conſule de Regibus Mithradate, & Tigrane triumphum Proconſule egit. Uxores habuit duas Clodiam Ap. Pulchri filiam, & Serviliam M. Catonis ſororem, ex qua pupillum reliquit Catonis tutelæ commiſſum: quamvis ita poſt triumphum vixit, ut parum gratus Catoni eſſet, in omni genere luxus, & deliciarum ſumptus effundens. Hujus & cœnæ, & piſcinæ, & villa ut regii ſplendoris, & magnificentiæ celebrantur. Lucii Luculli frater patruelis ni fallor fuit M. Lucullus M. F. quem adoptatum fuiſſe conſtat a M. Terentio Varrone. Ita a quibuſdam *M. Licinius Lucullus*, ab aliis *M. Terentius Varro Lucullus* appellatus eſt. Conſul is fuit cum C. Caſſio Varo anno proximo poſt L. Luculli fratris Conſulatum: & biennio poſt ſuum Conſulatum triumphum de Thracibus, & Dardanis egit ex Macedonia. Eum Cicero in *Bruto* videtur juris publici, & privati peritum appellare. Hujus filium, ut antea diximus, M. Craſſus Dives uxorem duxit: quæ de C. Memmii cum uxore ejus adulterio prodita ſunt, ſileamus. Occiſum a M. Antonio Triumviro Valerius ait, ejuſque amicum ſummum C. Volumnium. Nunc ad Murenas venio, quos *Murænas* Græci, ut piſces ejuſdem nominis appellant. Triumphalis, & Conſularis familia fuit. Namque anno DCLXXIII. L. Licinius Murena Proprætore de Rege Mithradate, ex Ponto & Aſia triumphum egit. Hujus filii duo fuere Lucius, & Cajus. Lucius Murena Conſul fuit cum Divo Junio Silano anno DCXCI. Hunc Coſ. deſignatum ambitus accuſatū a Ser. Sulpicio, & M. Catone defendit M. Cic. Conſul, extatque pulcherrima ejus defenſio. Vitricus hic fuit L. Pinarii Nattæ, & Pinariæ uxoris P. Clodii Ap. F. Pulchri Tribuni plebis, qui eundem Ciceronem aqua, & igni interdicendum ſua rogatione curavit. Incerti temporis eſt, quod D. Murena Valerio teſte adverſus Libertinos Volſinienſes fecit, qui cum omnem publicam diſciplinam corrumperent, a Senatu Romano miſſus Murena omnes aut in carcere necari, aut veteribus dominis reſtitui juſſit. Atque etiam P. Murena, cujus Cicero in *Bruto* mentionem facit, bello civili Mariano occiſus. Ante hos omnes Craſſos, Lucul-

los.

los. Murenas C. Licinius Varus P. F. P. N. Conſul fuit anno DXVII. cum P. Lentulo Caudino, quo tempore ludi ſæculares tertii facti ſunt. Anno vero DXLIII. P. Licinius Varus, & L. Veturius Ædiles Curules ludos Romanos diem unum inſtaurarunt. Biennio Poſt prætor urbanus idem P. Varus fuit. Poſt centum & viginti annos a C. Vari Conſulatu C. Licinius Geta Conſul fuit cum Q. Fabio Maximo Eburno, & poſt Conſulatum anno octavo Cenſor fuit cum Q. Fabio Allobrogico, luſtrumque fecerunt LXIII. Cum tamen proximo luſtro fuiſſet poſt conſulatum Senatu motus a L. Cæcilio Metello Calvo, & Cn. Domitio Ahenobarbo Cenſoribus. Hactenus Conſulares Licinios enumeravimus ante Cæſarum imperium. Ipſum Licinii nomen a Licinio deductum eſſe arbitror: ut *Julii* ab Julo, *Poſtumii* a Poſtumo, *Planci* a Planco, atque alia nomina eadem ratione. *Licinii*, & *Fabii*, & *Porcii* dicti ſunt a Liciis fortaſſe quibus telæ texuntur. Porcii quoque *Liciniani* dicti Licinia priore uxore Marci Catonis Cenſoris orti, *Saloniani* vero Salonina poſteriore. Nervas Licinios duos Prætores invenio, quorum alter C. Nerva Hiſpaniam Ulteriorem anno DLXXXVI. & proximo anno A. Nerva Prætor aut eandem, aut citeriorem Hiſpaniam provinciam optinuit. M Cicero in Bruto C. Licinium Nervam Tribunum plebis cum L. Calpurnio Beſtia conjunxit, utrumque non indiſertum appellat, ſed Nervam civam improbum fuiſſe, alterum bonis initiis orſum Tribunatum, quod P. Popillium a C. Graccho expulſum ſua rogatione reſtituerit, triſti eventu Conſulatum geſſiſſe, damnatus enim eſt Mamilia lege, quod a Jugurtha corruptus pecunia fuerit. Pollionis cognomine Livius L. Licinium quendam appellat a Senatu miſſum cum Sex. Cæſare, & L. Cincio Alimento ad Conſulem T. Quinctium Criſpinum poſt obitum M. Claudii Marcelli collegæ ann. DXLV. L. Damaſippi Prætoris crudelitas celebrata eſt, qui partes Marianas ſecutus adverſæ partis nobilitatem trucidare juſſit, in quibus Q Scævulam Pont. Max. ad ædem Veſtæ, C. Carbonem Prætorium, Antiſtium Ædilicium, cujus uxor Calpurnia Beſtiæ filia ſe ipſam interemit. Acta hæc anno urbis DLXXI. Sacerdotis cognomen C. Licinius Prætor habuit, qui ante C. Verrem Siciliam optinuit. Apud Florum quoque invenio Sex. Licinium Senatorem a C. Mario VII. Coſ. de ſaxo eiici juſſum eſſe: & apud Valerium Liciniam virum ſuum Claudium Aſellum necaſſe, & a propinquis ſtrangulatam, cujus rei Florus quoque lib. XLVIII. mentionem facit. Liciniam quoque Veſtalem abſolutam poſtea inceſtus eſſe damnatam a L. Caſſio, alii tradiderant. Vid. Flor. lib. LXIII.

Crassorum.

Crassorum familia quinque Conſulares eodem prænomine ſub Cæſaribus habuit, quorum
I. unus cognomento *Mucianus* ter Conſul fuit. Primus M. Craſſus M F. M N. collega Auguſti fuit in quarto Conſulatu anno DCCXIII. biennio poſt Proconſule ex Thracia, & Geteis IV. Nonas
II. Jul. triumphum egit. Alter eodem prænomine Craſſus M. F. Conſul fuit cum Cn. Cornelio Lentulo anno DCCXXXIX. ſub Auguſto. Hunc ſuperioris eſſe filium ſuſpicantur. Tertius poſt annos III.
XL. Conſul fuit cum L. Calpurnio Piſone ſub Tiberio Cæſare. Hunc etiam proximi filium eſſe exiſtimant. Quartus M. Craſſus Mucianus IV.
ter Conſul ſuffectus ex Kalend. Jul. fuit, in primo Conſulatu cum L. Cornelio Sulla anno DCCCIV. ſub Ti. Claudio Imp. in ſecundo collega Domitiani Cæſaris, temporibus Veſpaſiani ann. DCCCXXII. in tertio vero Conſulatu collega ejuſdem Domitiani quinquennio poſt fuit, quamquam hæc non certis indiciis, ſed ſuſpicionibus quibuſdam collecta ſunt. Quinctus M. Craſſus Frugi Coſ. fuit cum C. Lecanio Baſſo anno DCCCXVI. ſub Nerone. Hic ex Calpurniis Frugi in Liciniam familiam adoptione translatus eſt. Hujus, ut arbitror, filia Licinia Magna L. Piſonis Pontificis uxor fuit. Nam ſe in titulo cujuſdam monumenti Craſſi Frugi Pontificis filiam appellat. Eiſdem temporibus L. Piſo Frugi M. Craſſi filium adoptat, qui *L. Piſo Frugi Licinianus* dictus eſt. Hunc poſtea Ser. Galba Imp. adoptavit. Reliqui Conſulares Licinii ante Imp. Valerianum, qui ex eadem familia fuit, ſex fuerunt, quorum unus Nerva Silianus, duo Cæcinæ, ex quibus alter etiam *Largus*, unus *Sura*, qui ter
Conſul fuit, duo Sacerdotes appellati ſunt. Primus I.
A. Licinius A. F. Nerva Silianus cum Q. Metello
Cretico Conſul ann. DCCLIX. ſub Auguſto. Hic
P. Silii filius ab A. Nerva adoptatus eſt, ut Pater- II.
culus aſſerit. C. Cæcina Largus, quem Aſconius Longum appellat, Conſul fuit cum Ti. Claudio Imp. iterum Coſ. ann. DCCXCIV. Hic in magi-
ſtratu mortuus eſt. At vero A. Cæcina Conſul ſuf- III.
fectus ex Kal. Sept. ann. DCCCXXI. cum C. Fabio Valente. Sed ultimo die bimeſtris Conſulatus magiſtratus ei abrogatus eſt, quod a Vitellio Imp. ad Veſpaſianum defeciſſet, & in eum diem Conſul Dialis, ut Cicero luſit, cum de C. Caninii Rebili ſimiii Conſulatu ornati a C. Cæſare ageret, Roſcius Regulus creatus eſt. Anno proximo C. Cæcina Pætus, & L. Annius Baſſus menſe Novembri Conſules fuerunt, ſub Veſpaſiano Imp. Sed an hic Cæcina Licinius fuerit, incertum eſt.
Quartus L. Sura ter conſul cum C Soſio Senecione IV.
fuit ſub Trajano Imp. Primo conſulatu ſuffecti fuerunt ex Kal. Jul. anno DCCCL. Alter conſulatus Suræ, tertius Senecioni fuit quadriengio poſt, & poſtea quincto ab hoc anno tertius conſulatus Suræ, quartus Seneciani. Hoc *Suræ* cognomen P. Cornelio Lentulo acceſſit, qui a Cicerone Conſule ob conjurationem Catilinæ ex S. C. occi-
ſus eſt. Fieri poteſt, ut adoptione a Corneliis in V.
Licinios venerit. Sacerdotum alter cum Tertullo VI.
temporibus Pii Antonini ann. DCCCCX. alter collega M. Antonini Elagabali Imp. in ſecundo conſulatu poſt annos unum & ſexaginta. Triumphalia ornamenta hoſtibus devictis acceperunt A. Cæcina Severus legatus Ti. Cæſaris Imp. de Germaneis ann. DCCLXVIII. M. Licinius Craſſus Frugi legatus Ti. Claudii Imp. bis ante annum DCCXCVI ex Britannia, & M Craſſus Mucianus legatus Veſpaſiani Imp. de Sarmateis ann. DCCCXXII.

DCCCXXII. Valerianus Imperator, ejuſque filii Valerianus minor, & Gallienus Licinii fuerunt, quamvis adoptione ex Valeria familia, ut ipſum Valeriani nomen ſignificat, & quod pater Valerius fuerit, ut Trebellius Pollio teſtatur. Victor cognomen Colobii addit Valeriano; alii nomen Aurelii & Valerii. Sed in nummis eodem tempore ſignatis *P. Licinium Valerianum* tantum legimus. Cenſor ante Imperium fuit ſub Decio Imp. anno urbis MIII. ſine collega, & luſtrum non fecit, quater Conſul fuit, Tribuniciam poteſtatem ſepties accepit, annos LXXVII. natus in prælio victus a Perſis captus eſt. Ex duabus uxoribus duos filios habuit, quorum alter *P. Licinius Gallienus Aug.* alter *P. Licinius Valerianus Cæſar* dictus eſt. Gallieni uxor fuit Cornelia Salonina Pipa Marcomannorum Regis filia; ex hac duos filios procreavit, quorum alter *P. Licinius Cornelius Saloninus Valerianus Cæſar* appellatus, alterum ſunt qui *Q. Julium Licinium Saloninum Gallienum Cæſarem* appellent. Gallienus cum patre Imperium adeptus eſt, poſteaque filios *Cæſares* appellavit, Conſul ſepties fuit, Tribuniciam poteſtatem XV. accepit. Triumphum de Perſis egit. Valerianum fratrem, & Cæſarem, & Conſulem iterum, & deinde Auguſtum fecit. Ambo fratres, & Q Julius filius Gallieni ſimul occiſi ſunt, Cornelius Saloninus ante ſex annos occiſus fuerat. Poſt horum cædem quadrageſimo anno Galerio Maximiano & Conſtantino Maximo, & Maxentio Auguſtis adjectus eſt Valerius Licinianus Licinius. Hic inter agricolas natus fortis miles fuit, bonarum litterarum non ſolum expers, ſed etiam hoſtis, ut ſpadonum, & palatinorum, quos tineas & mures palatii appellabat. Uxorem duxit Conſtantiam Conſtantini Imp. ſororem, Filium habuit Valerium Licinianum Licinium Cæſarem. Conſulatus quattuor obtinuit, Tribuniciam poteſtatem XV. coactus eſt abdicare ſe imperio a Conſtantino, & poſtea occidi juſſus; nec multo poſt Licinianus Cæſar filius, qui ſemel tantum Conſul fuit. Poſt hos neminem Licinium Imp. aut Conſulem fuiſſe accepimus.

L i v i a m.

Livian familiam, quamvis plebejam olim floruiſſe admodum, octo Conſulatibus, Cenſuris duabus, triumphis tribus, dictatura ac magiſterio Equitum honeſtatam Suetonius in Tiberio Cæſare auctor eſt. Sed cum ejus verba cum his faſtis Conſularibus, qui hodie circumferuntur, contuli, ante ejuſdem Imp. tempora ſeptem Conſulatus, Magiſteria Equitum duo invenio, cætera eodem modo. Quo fit, ut exiſtimem alterum magiſtrum Equitum, non Magiſtrum ſed Conſulem in illis faſtis, quos Suetonius ſecutus eſt, proditum fuiſſe. Liviorum cognomina fuerunt Denter, Salinator, Druſus, Libo, Æmilianus, Claudianus. C. Denter incertis ſuſpicionibus Magiſter equitum fingitur C. Claudio Craſſino Regillenſi dictatori comitiorum habendorum cauſſa anno XDV. Hujus nepos M. Denter Conſul fuit anno XDLI. cum M. Aimilio Paullo. Hic etiam ornatur a quibuſdam Magiſterio Equitum poſt annos XVI. Q. Hortenſio dictatore ſeditionis ſedandæ cauſſa a quo lex Hortenſia de plebiſcitis lata eſt. Sed nos incertis hærere nolumus. Ad Salinatores venio, quorum primus M. Livius M. F. M. N. Magiſter decemvir ſacris faciendis fuit cum Manio Aimilio Manii filio ludis ſæcularibus tertius anno DXVII. ex Verrio Flacco. Idem, aut alius ejuſdem nominis patre & avo ortus ſimili etiam prænomine appellatus Conſul fuit cum L. Aimilio Paullo ann. DXXXIV. qui proximus fuit ante ſecundum bellum Punicum ambo Conſules de Illuricis triumphum egerunt. Peculatus accuſatus ob invidiam multa ei irrogata eſt omnium tribuum una excepta Mæcia ſuffragio. Iterum Conſul poſt duodecim annos urguente Hannibale creatus cum C. Claudio Nerone, cum quo inimicitias geſſerat, eas reip. cauſſa depoſuit. Maximamque rem ambo geſſere victo Aſdrubale, & Pœnis, de quibus triumphum iterum Salinator, in cujus Provincia res geſta fuit, egit. Nero ovans Urbem ingreſſus eſt. Eodem anno Dictator comitiorum cauſſa a collega dictus eſt. Triennio poſt Cenſores ambo fuerunt, qui cum equitum centurias recognoſcerent, in quibus adhuc ambo cenſeri ſoliti fuerant, in Pollia tribu Salinator a collega equum vendere juſſus eſt, quod olim populi judicio fuiſſet damnatus. At is omnes tribus una excepta Mæcia ærarias reliquit, quod magna inconſtantia in ſe uſæ fuerint, quem & damnaverint, & iterum Conſulem, atque Cenſorem fecerint. De collega queſtus eſt, quod non ſincera fide cum eo in gratiam redierit: & quod falſum in ſe teſtimonium dixiſſet. Ob quas cauſſas eum vendere equum juſſit. Ambo Cenſores cum a Cn. Bæbio Tribuno Pl. rei agerentur ob nimis aſpere actam Cenſuram, Senatus, ne cauſam dicerent, decretum interpoſuit. *Salinatoris* cognomen in cenſura inveniſſe Livius exiſtimat vectigali novo ex ſalaria negotiatione inducto. Sed aliis antiquum cognomen fuiſſe videtur. Poſt hunc C. Salinator M. F. M. N. ſuperioris, ut arbitror filius, Conſul fuit cum M. Valerio Meſſalla anno DLXV. Ante Conſulatum anno XIV. Prætor Brutios provinciam obtinuit: hujus ut arbitror patruus eodem prænomine; at hic idem triennio ante Prætor claſſem provinciam ſortitus eſt. Druſorum primus Conſularis C. Livius, quem Verrius M. Aimiliani filium, Marci nepotem fuiſſe affirmat. Conſul is fuit cum P. Scipione Africano Aimiliano anno DCVI. Druſi cognomen a Druſo hoſtium duce occiſo primum inveniſſe Suetonius ſcribit: eundemque Proprætore ex provincia Gallia aurum retuliſſe Senonibus Capitolium obſidentibus datum. Hujus abneporem ob eximiam adverſus Gracchos operam patronum Senatus dictum. Hunc ipſum patronum M. Cicero *M. Druſum C. F.* appellat, qui in Tribunatu C. Gracchum collegam iterum fregerit, eumque & C. Druſum fratrem laudat. Fuit autem C. Druſus, ni fallor, juris peritiſſimus, cujus ſenis, & cæci domum multi frequentabant, ut Cicero lib. V. *Tuſcul.* & Val. lib. VIII. ſcripſerunt. Nec diſplicet nobis eorum opinio, qui eundem ipſum eſſe arbitrentur M. Druſum, qui Conſul fuit cum L. Calpurnio Piſone Cæſonino ann. DCXLI. & ſuperioris Conſularis C. Druſi filium. Idem M. Druſus triumphum anno proximo

poſt

poſt Conſulatum Proconſule egit de Scordiſceis ex Thræcia. Cenſor biennio poſt fuit cum M. Aimilio Scauro luſtro mors Druſi impedimento fuit. Ex Cornelia uxore M. Druſum, qui Tribunus Pl. occiſus eſt anno DCLXII. & Liviam matrem M. Catonis, & duarum Serviliarum, & Q. Servilii Cæpionis procreavit: Serviliarum altera M. Bruti, & trium Juniarum mater, altera L. Luculli Conſularis, & triumphalis viri uxor fuit. Hos Druſos ab Æmiliis ortos fuiſſe *Æmiliani* nomen docet, & pro ſenatu Tribunos plebis ea de cauſſa ſtetiſſe credimus. Gravior tamen patris Druſi Tribunatus fuit, ob quem filius prætextatus diligebatur. Parva de re ob anulum forte orta cum Q. Cæpione ſororis ejus viro contentio maximas tragædias in perniciē reipublicæ excitavit. Plurimas leges promulgavit, quas omnes L. Philippo Conſule auctore eo prætextu, quod adverſus auſpicia latæ eſſent, Senatus abrogavit. Dum civitatem Latinis pollicetur, cauſſa belli ſocialis extitiſſe creditur. Hunc exiſtimo aut ejus filium adoptaſſe aliquam ex Claudia Pulchrorum familia, qui *Livius Druſus Pulcher Claudianus* appellatus ſit. Namque tranquillus refert Tiberium Cæſarem paternum genus a Tiberio Nerone, maternum ab Appio Pulchro ducere, qui ambo Appii Claudii Cæci filii fuarint. Inſertumque Liviorum familiæ adoptato in eam materno avo. Mater Tiberii Livia Druſilla filia fuit Livii Druſi, quem nobiliſſimum, & fortiſſimum virum appellat Paterculus, licet falſo *Calidianum*, pro *Claudiano*, eumque victis Bruto, & Caſſio ſe ipſum interemiſſe, & Aufidiæ Lingonis filiæ. Hanc cum ex Tiberio Nerone priori viro Tiberium, quem diximus, filium haberet, & prægnans eſſet Auguſtus, duxit, quam ſemper unice dilexit. Hunc Tiberium adoptavit, & Germanicum Druſi Neronis filium, quem Livia in domo Auguſti peperit poſt tres menſes a die nuptiarum, Tiberius idem adoptavit. Hæc Livia poſtea obitum Auguſti *Julia Auguſta* appellata eſt ob teſtamenti conditionem; poſt obitum vero ob conſecrationem *Diva Auguſta* dicta. Tertius Druſus Conſularis fuit temporibus Auguſti M. Livius L. F. Druſus Libo, qui cum L. Piſone Coſ. fuit ann. DCCXXXVIII. Ex Scribonia familia adoptivum *Libonis* nomen indicat, & Tacitus lib. II. refert mortem Libonis Druſi, cujus proavus Pompejus, amita Scribonia Auguſta uxor, conſobrini Cæſares eſſent ann. DCCLXVIII. Druſi cognomen Claudio eidem Suetonius addit, quem ſibi et ſtatua ſibi cum diademate ad Appii forum poſita Italiam per clientelas occupare temptaſſe. Antiquiſſimam Liviorum memoriam reperio apud T. Livium lib. IX. cum de Caudinæ pacis expiatione ageretur ann. CDXXIII. Nam L. Livius, Q. Mælius Tribuni Pl. impedire deditionem Conſulum cœperunt. Sed Cicero lib. III. *Officiorum* eoſdem Tribunos T. Numitium Q. Æmilium appellat. At cum ſe P. Decius P. F. Mus Coſ. devovit, M. Livius Pontifex verbis ſollemnibus præivit ann. CDLVIII. & cum lictoribus Decii Proprætore Gallos vicit. Ex Liviis Mamercus Aimilius Lepidus ortus eſt, qui Conſul fuit anno DCLXXVI. ac poſtea Cenſor, & princeps Senatus, quem a M. Verrio *Lepidum Livianum* appellari didicimus. An autem is D. Druſi filius fuerit, nobis incertum eſt, quamvis id alio loco retulerimus. Non omittam primum illum Latinum poetam L. Livium Andronicum, & T. Livium Patavinum optimum hiſtoricum huic familiæ decus adjeciſſe. Ille primus fabulam dedit ann. DXIII. ſed ejus ſcripta vix digna judicantur a Cicerone, ut iterum legantur: hujus eloquentiam mirantur omnes. Nunc Livias quaſdam referam, quæ aut Imperatorum uxores fuerunt, aut celebres. Nero Claudius Druſus Germanicus Liviæ, & Ti. Neronis, ut ſupra ſcripſimus, filius ex Antonia Minore M. Antonii filia Germanicum Cæſarem, & Ti. Claudium Druſum qui poſtea *Auguſtus* quinque appellatus eſt, & Liviam ſive Livillam, quæ Druſo Tiberii Cæſaris Imp. filio, & Agrippinæ Atticæ filiæ nupſit, eique filium Tiberium peperit. Hæc Livia ab Ælio Sejano corrupta virum veneno ſuſtulit, ut Sejano nuberet: ſed pœnas ambo dedere, ut Tacitus, & alii ſcripſerunt. Germanicus Cæſar ex Agrippina Juliæ filia C. Caligulam Imp. & quinque Sorores, quarum una *Livilla* dicta eſt, procreavit. Inter Caligulæ uxores Livia Oreſtilla fuit, quam is C. Piſoni nubentem ſibi vindicavit, & poſt paucos dies repudiatam biennio poſt relegavit. At Tiberii Claudii Imp. ſponſa fuit Livia Medullina Camilla, quæ genus ducere a M. Furio Camillo dicebatur, hanc ipſo nuptiarum die amiſit. Ad hæc Livia Rutilii uxor ſeptimum & nonageſimum annum viſiſſe memoriæ proditum eſt. Denique Livia Ocellina Ser. Sulpicii Galbæ Imp. noverca eundem adoptavit, & L. Livius Ocella uſque ad imperii tempus appellatus eſt.

LUCRETIA.

LUCRETIA patricia familia cum Tarquiniis Regibus propinquitate conjuncta, & ab ea propter injuriam deſciſcens vindicandæ libertati cauſſam præbuit, & exactis Regibus intra CXXX. annos ſepte in viri Conſulatus ſex, Tribunatus Conſulari poteſtate totidem, Triumphos duos obtinuerunt. Omnes cognomine *Tricipitini*, uno excepto Flavo, ſunt appellati. Primus Conſul Sp. Lucretius pater illius caſtiſſimæ & infeliciſſimæ feminæ Lucretiæ L. Tarquinii Collatini uxoris, quæ vim paſſa a Sex. Tarquinio ſuperbi Regis filio, & ſi infamiam timens conſenſit, ne ſervum cum ea ſimul occideret, ut Sextus minabatur, ſe ipſam in viri, & patris, & aliorum conſpectu interemit. Erat tum Præfectus Urbis a Rege conſtitutus idem Sp. Tricipitinus Tribunus Celerum L. Junius Brutus, imperio Regibus obrogato, ab eodem Præfecto comitia centuriata habita ſunt, & primi Conſules quos tunc *Prætores* appellabant, creati idem L. Brutus, & L. Collatinus Lucretia conjuge orbatus, quorum alter Tarquinia ſorore Regis natus erat, Collatinus fratris patruelis, ut multi, aut ſobrini ejuſdem Regis filius, ut Dionyſius affirmat, & altera ſorore Superbi natus. Sed abdicanti Collatino & Livium abeunti P. Valeſius Poplicula ſufficitur, & L. Bruto in prælio occiſo Sp. Lucretius magnus natu, & infirmis viribus, qui paullo poſt moritur, cui M. Horatius Pulvillus ſucceſſit. Erat is annus CCXLIV. poſt Urbem conditam

M.

II. M. Verrio Flacco, quem libens ſequor, teſte. Al-
ter T. Lucretius anno proximo cum eodem P. Va-
leſio iterum Conſul fuit, & luſtrum quinctum con-
diderunt. Tunc enim Conſulum munus erat, quod
poſtea Cenſoribus, quos Magiſtros morum dixe-
runt, proprium fuit. Antea Ser. Tullius Rex qua-
ter luſtrum condidit, & primus centuriata comitia
inſtituit. Iterum Conſul fuit poſt quadriennium
cum eodem Poplicula IV. Conſule. Ambo Conſu-
les de Sabineis, & Vejentibus triumphum egerunt.
III. Tertius L. Tricipitinus T. F. T. N. Conſul fuit
cum Sp. Veturio Craſſo anno urbis CCXCI.
Hunc ſuperioris filium fuiſſe exiſtimant, ea patris,
& avi prænominibus a Verrio adjectis. Trium-
IV. phum Conſul de Volſceis, & Æqueis egit. Sequi-
tur Hoſtus Lucretius, ſive Hoſtius, incertum enim
vetuſtas facit, & in hoc fere ſingulare prænomen,
quo ex Valerio Julius Paris ait vocatos eos, qui
peregre apud hoſpites, quos tunc *hoſtes* dicebant,
naſcerentur. *Perduelles* enim a *duello* hoc eſt bello
dicti ſunt, quos nunc *hoſtes* dicimus, onde *per-
duellionis crimen* nomen accepit, quamvis ea no-
mina una tantum L. littera tune & ſcriberentur,
& proferrentur. Hic igitur Lucretius Conſul fuit
cum L. Sergio Fidenate iterum ann. CCCXXIV.
V. Hujus filius P. Lucretius decimo poſtea anno Tri-
bunus Militum fuit cum Agrippa Menenio Lana-
to Sp. Nautio, Rutilo, & C. Servilio Axilla, &
poſt unius anni otioſi intervallum iterum cum eo-
dem Agrippa, & L. Servilio iterum, atque Sp. Ve-
VI. turio Craſſo. Poſt hunc quater Tribunus Militum
fuit L. Lucretius Tricipitinus ab anno CCCLXII.
ad ſeptuageſimum ſecundum, inter primum & ſe-
cundum Tribunatum vacui honoribus anni duo,
inter ſecundum & tertium anni quattuor, inter
VII. duos poſtremos annus relictos eſt. Collegas enume-
rare operoſum, & moleſtum eſt. Unus *Flavii* co-
gnomine L. Lucretius Conſul fuit cum Ser. Sulpi-
cio Camerino anno urbis CCCLX. Præter hos ſine
aliquo cognomine P. Lucretium Præfectum Urbis
fuiſſe invenio anno CCXCIV. & Sp. Lucretium
Ædilem Plebis creatum Prætorem in ann.
DXLVIII. Ariminum, ſive Galliam ei provin-
ciam obtigiſſe, nec non alterum Sp. Lucre-
tium Prætorem Hiſpaniam ulteriorem anno
DLXXXI provinciam optinuiſſe. Anno proximo
C. Lucretius Gallus Prætor etiam fuit Paullo ante
idem ſive alter C. Lucretius cum C. Matieno
Duumvir navalis creatus eſt anno DLXXII.
Sed hic Gallus Prætor, cui claſſis provincia
etiam fuit, cum ea in Aſia, & Græcia avare
verſatus magiſtratu exacto a populo damnatus eſt,
multaque ei decies æris dicta. Ante hæc tempora
anno primo belli Punici ſecundi, hoc eſt urbis
DXXXV. duo Quæſtores Romani a veniente in
Ligures Hannibale intercepti ſunt C. Fulvius, &
L. Lucretius. Sub Auguſta Q. Lucretius Q. F. Ve-
ſpillo Coſ. fuit cum C. Sentio Saturnino anno
DCCXXXIV. Fuerat autem is a Triumviris pro-
ſcriptus. Primus ex ea familia hoc cognomine appel-
latus eſt is Lucretius Ædilis, qui Tiberii Gracchi oc-
ciſi a P. Scipione Naſica corpus in Tiberim projecit.
Veſpæ, & *Veſpillones* Feſto dicuntur, qui Veſperi
cos efferunt, qui funebri pompa duci propter ino-
piam nequeunt. Annus Gracchanæ cædis fuit
DCXX. A Cicerone in *Bruto* Q. Lucretius Veſpil-
lo inter oratores enumeratur, qui in privatis cauſis
verſaretur, & laudatur, ut acutus, & juris peritus.
Offellæ cognomine Lucretium quendam legi fuiſ-
ſe, occiſum a L. Sulla Felice dictatore, ſive a L.
Bellieno avunculo L. Catilinæ ex ejus auctoritate,
quod auſus eſſet petere Conſulatum contra ejus vo-
luntatem; quod cum populus Romanus indigne tu-
liſſet, advocata concione omnes ſe id juſſiſſe certio-
res fecit, ut verba a tyranni facto non diſcreparent.
Hunc Florus & Aſconius *Aſellam* appellant non
ſine mendo, ut credimus. Sed ego eos omnes, quos
poſt Tricipitinos, & Flavum primo excepto enu-
meravi, ſuſpectos habeo, ut ex patriciis Lucretiis
non fuerint; & in eam opinionem propenſior ſum,
ut credam plebejos fuiſſe. Quamobrem duplicem
Lucretiam, ut pleraſque facere oportet patricio-
rum, & plebejorum familiam.

LUTATIORUM.

LUTATIORUM plebeja familia, ſed nobiliſſima
fuit clariſſimis viris, atque ornatiſſimis illuſtris
Conſulatus quinque, cenſuras duas, Triumphos
tres, & Principatum Senatus quinque tantum viri
conſecuti ſunt. Omnes *Catuli* cognomine, uno ex-
cepto Cercone, & ipſi eorumque parentes ſolo
Caii, aut *Quincti* prænomine nuncupati. Primus I.
C. Lutatius C. F. C. N. Catulus Conſul cum A.
Poſtumio Albino Flamine Martiali anno urbis
conditæ DXI. inſignem victoriam de Pœnis opti-
nuit, & finem bello Punico primo poſt XXIII. an-
no impoſuit. Anno proximo IV. Nonas Octob.
Proconſule navalem triumphum egit. Cum Q. Va-
lerio Prætore contendit Atilio Calatino ſponſionis
judice, & facile vicit; ut quamvis, dum prælium
commiſſum eſſet, conſul in lecto Claudus accu-
buerit, Prætorque pugnaverit: tamen cum impe-
rium Conſulis fuerit, & auſpicium, eidem jus
triumphandi competiiſſe. Eodem anno Q. Cerco II.
frater & Conſul fuit cum A. Manlio Torquato ita-
rum, & triumphavit de Faliſceis Kal. Mart. Quin-
quennio poſt idem Quinctus Cenſor fuit cum L.
Cornelio Lentulo Caudino, & in magiſtratu mor-
tuus eſt: *Cercones* cognomen a cauda dictum cre-
dimus, unde *cercolopex*, & *cercopithecus*. Eodem
cognomine Cn. Lutatius ad Regem Perſen cum
aliis legatus profectus eſt ann. DLXXX. Sequitur III.
C. Catulus, qui cum L. Veturio Philone Conſul
fuit ann. DCCCIII. Hujus parentes ignoramus,
ſed ex ſuperioribus fuiſſe credimus. Poſt hos fuere IV.
duo Q. Catuli inſignes viri, quos Cicero i-
ta diſtinguit, ut alterum patrem, alterum filium
appellet. Pater collega C. Marii in quarto Conſu-
latu fuit ann. DCLI. & ambo Conſules de Cimbreis,
aliiſque barbaris gentibus præclariſſima victoria po-
titi, anno proximo proconſulibus triumphum ege-
runt. Hujus mater Popillia poſt mortem Q. Catuli
prioris viri L. Julio Cæſari nupſit, ex quo liberos
duos L. Cæſarem, & C. Cæſarem Strabonem ſu-
ſcepit. Laudata Popillia eſt a Q. Catulo filio ſuo
poſt mortem exemplo ſingulari. Hic eſt ille Q. Ca-
tulus, quem Cicero cum C. Cæſare fratre finxit
lib. II. de oratore interfuiſſe illi ſermoni, quo L.
Craſ-

Digitized by Google

Craſſus, & M. Antonius de ratione dicendi uſi ſunt. Ejus uxor Domitia Cn. Domitii Ahenobarbi filia Cn. Domitii ſoror, qui Tribunus Plebis legem de ſacerdotiis tulit. Ex ea Q. Catulum, & Lutatiam procreavit, quam L. Hortenſius orator duxit. Sunt qui hanc Servilia matre fuiſſe credant. Mortem ſibi conſcivit cubiculo incluſus nuper calce illito, & igne admoto, cum L. Cinna, & C. Marius Cæſares fratres, & alios Senatores occidi juſſiſſent, & a militibus collega Mario miſſis quæreretur anno DCLXVI. Poſt quattuor annos Capitolium conflagravit, quem Q. Catulus filius curavit reſtituendum, quamobrem *Capitolinus* a Suetonio appellatur. Conſul fuit cum M. Aimilio Lepido anno DCLXXV. cum L. Sulla ſe Dictatura perpetua abdicaſſet; maximis contentionibus hi duo Conſules inter ſe, utpote diverſarum factionum homines contenderunt, & Lepidum Catulus ex Italia ejecit. Cenſuram cum M. Licinio Craſſo poſt XIII. annos geſſit, ſed diſcordiæ cauſſa luſtrum non fecerunt: quadriennio poſt principem Senatus a Cenſoribus lectum, & eodem anno mortuum eſſe ferunt: ejus adoleſcentia delicatior quam par erat, fuit. Sed cum de mittendo in Aſiam adverſus Mithridatem duce ageretur, & Manilius Tribunus plebis legem promulgaſſet, ut Cn. Pompejus mitteretur, diſſuaſit hic idem Q. Catulus, qui cum in concione diceret, non in uno Pompejo omnia eſſe ponenda, neque eum omnibus periculis objiciendum eſſe: quem enim haberent, ſi quid ei accidiſſet, in quo ſpem eſſent habituri: una voce populus exclamavit in te: *Cepit*, inquit Cicero, *qui tunc Prætor erat, & Maniliæ rogationis ſuaſor, cepit magnum ſuæ virtutis fructum, atque dignitatis: cum omnes prope una voce in eo ipſo vos ſpem habituros eſſe dixiſtis. Etenim talis eſt vir, ut nulla res tanta ſit, ac tam difficilis, quam ille non & conſilio regere, & integritate tueri, & virtute conficere poſſit.* Uterque Q. Catulus & pater, & filius eruditiſſimi tum Græcis, tum Latinis litteris fuerunt: pater libros ſcripſit de rebus geſtis & conſulatu, ejuſque carmina ut mollia, & delicata laudantur. Filius non fuit in oratorum numero, ſed elegans quoddam, & eruditum orationis genus ſequebatur. Hujus filiam duxit Mummius L. Mummii Achaici, qui Corinthum evertit, nepos, ex qua Mummiam Achaicham ſuſcepit Ser. Sulpicii Galbæ Imperatoris matrem. Itaque Galba ſtatuarum titulis ſe pro nepotem Q. Catuli Capitolini ſemper adſcripſit: & cum generis ſui imagines longo ordine in atrio collocaret, paternam originem ad Jovem, maternam ad Paſiphaen Minois uxorem retulit. Tanta erat illis temporibus cæcitas, ut nobiliſſimum hic ſe eſſe putaret, ſi genus duceret, vel ab illo omnium nobilium adultero, vel ab hac ſuæ pudicitiæ ſupra ſexum, atque feminæ conditionem prodiga.

M a n l i a.

Manlia gens patricia clariſſima fuit, & ab ipſis initiis libertatis ad Cn. Pompeii, & C. Cæſaris Conſulatum tempora multis præclaris viris effloruit. Initio *Vulſonis*, & *Capitolini* cognomine, poſtea *Imperioſi*, & *Torquati* multi uſi fuerunt,

unus atque alter *Atticus*, *Acidinus*, *Fulvianus*, *Longus* appellatus eſt. Fuerunt etiam Vulſones poſteriores a Torquateis, & Imperioſſeis diſtincti. Nos igitur prius de iis agemus, qui ante primum Imperioſſum in majoribus magiſtratibus fuerunt, hos ſequentur Imperioſi, illos Torquati, Torquatos Vulſones poſteriores, & Acidinus Fulvianus. Novem igitur Manlii fuerunt, primo loco a nobis conſtituti, qui Conſulatus tres, Tribunatus Conſulari poteſtate duodecim, Dictaturam, Decemviratum legibus ſcribendis, & ovationes duas obtinuerunt. At Imperioſi tres, Conſulatus duos, Dictaturam, Cenſuram, & Magiſterium Equitum. Torquati autem ſeptem Conſulatus undecim, Dictaturas quattuor, Cenſuras duas, Triumphos tres conſecuti ſunt. Poſtremo Vulſones poſteriores tres Conſulatus quattuor, triumphos duos. Acidinus novo exemplo Conſul cum fratre germano fuit, & ante Conſulatum ovans urbem ingreſſus eſt. Tot præmiis fecunda virtus Manliorum exornata annos
quadringentos & amplius emicuit. Primus Conſul, I.
vel ut tunc appellabant, Prætor Cn. Manlius fuit,
cujus cognomen ignoramus, cum M. Fabio Vibulano iterum anno urbis CCLXXIII. poſt Reges exactos anno XXIX. Fortiter adverſus Etruſcos pugnans cum Q. Fabio collegæ fratre occiſus eſt. M.
Fabius victor, quamvis laucius, & triumphum re-
cuſavit, & ſe conſulatu abdicavit. Sexto abhinc an- II.
no A. Manlius Cn. F. P. N. Conſul fuit cum L. Furio Medullino, & luſtrum octavum fecit; non enim Cenſores adhuc creati erant. Idibus Martiis ovans ingreſſus eſt, quod inducias cum Vejentibus fecerit. Anno CCXCIX. miſſus legatus eſt ad leges Græcorum conſcribendas cum Sp. Poſtumio Regillenſi, & Ser. Sulpicio Camerino: eas cum attuliſſent, conſulibus abdicantibus Decemvir cum aliis collegis creati ſunt legibus ſcribendis anno urbis trecenteſimo ſecundo. His duodecim tabularum lex fons, & origo totius juris civilis Romanorum debetur. Hujus cognomen *Baſſi* vel *Vulſonis* tantle, ut ſuperioris *Cincinnati*, aut *Cæciner* alicubi inveni, ſed parum tutum eſſe exiſti-
mavi eorum librorum fidem ſequi. Tertius L. Man- III.
lius eſt, quem *Capitolinum* Livius appellat, Tri-
bunus militum fuit anno CCCXXXI. Hunc ſequi- IV.
tur M. Manlius eodem magiſtratu functus poſt alterum annum, cujus & parentes, & cognomen
ignoramus. Poſt hunc M. Verrio debemus. A. Man- V.
lium A. F. Cn. N. Vulſonem Capitolinum, qui cum aliis quinque Trib. Mil. fuit anno CCCXLVIII. & biennio interjecto iterum. Additurque a quibuſdam tertius Tribunatus anno CCCLVI. quod Livio A. Manlius hoc anno Tribonus nuncupetur.
Sed eundem eſſe non ſignificat, cum is numerum
tertium non addat. Ventum eſt ad M. Manlium VI.
Capitolinum, qui bonis tutiis, dum altiſſimum gloriæ gradum conſecutus altiora ſe cum cogitat, eodem Capitolino ſaxo, quod ſervarat, dejectus eſt. Conſul is fuit anno CCCLXI. Cum L. Valerio Potito, ovans de Aequeis urbem ingreſſus eſt. Biennio poſt urbe capta a Galleis, in arce Capitolina, dum anſeres obſtrepunt, hoſtes intelligens, eos dejecit ea cuniculo, qua aggreſſi arcem erant. Interrex fuit triennio poſt, damnatus eſt anno

CCCLXX. Poſt hunc nemo Manlius *Marci* præ-
nomine eſt uſus. Hujus fratres fuerunt Aulus, &
Titus Manlius, quorum alter fortaſſe eſt is, de quo
locuti ſumus A. Vulſo Capitolinus. Sea civicas tu-
liſſe hunc M. Capitolinum, in quibus unam de du-
ce Servilio Plinius lib. XVI. auctor eſt. Sed Livius
ſpolia hoſtium cæſorum triginta, dona imperato-
rum XL. in quibus inſignes duas murales coronas;
civicas octo: inter ſervatos cives C. Servilium
Mag. Equit. nominatum. *Capitolini* nomen non
hunc primum adeptum oſtendunt alii, quos retuli-
mus, quod in Capitolio habitarent, ita appellati:
VII. id deinde patriciis prohibitum. Septimum eſt A.
Manlius, quem ter Tribunum Militum fuiſſe Livius
affirmat anno urbis CCCLXV. & CCCLXVIII.
& CCCLXX. Sunt qui quartum Tribunatum ad-
dant poſt annos duodecim, quo anno Livius A.
VIII. Manli Tribunii mentionem facit. Octavo loco C.
Manlii Tribunatus cum P. Manlii Tribunatu con-
IX. jungitur anno CCCLXXIV. Publius hic *Capitoli-
nus* cognomento Dictator fuit ſuffectus M. Furio
Camillo abdicanti ſeditionis ſedandæ, & rei gerun-
dæ cauſſa anno CCCLXXXV. Is C. Licinium
Calvum primum plebejum Magiſtrum Equitum
dixit. Anno huic proximo idem P. Manlius ſive al-
ter ejuſdem nominis Tribunus Militum fuit, quem
Verrius Flaccus A. F. A. N. Capitolinum appel-
lat, nec addit notam, quam ſolet ſecundis magiſtra-
.·.II.·. tibus. *Imperioſi* cognomen primus habuit L. Man-
lius A. F. quod nimis ſevere delectum habuerit Di-
ctator anno urbis CCCXC. Clavi fingendi cauſſa
creatus, cui M. Pomponius Tribunus plebis diem
dixit, quod aliquot ſibi dies ad Dictaturam geren-
dam addidiſſet, quodque Titum filium, qui poſtea
Torquatus appellatus eſt, rus ab hominibus relegaſ-
ſet. Sed filius Pomponium coegit jurare ſe ab accuſa-
II. tione diſceſſurum. Alter Torquati frater is eſt, ut
arbitror, quem M. Verrius *Cn. Manlium L. F. A.
N.* Capitolinum *Imperioſum* appellat. Conſul is
fuit cum M. Popillio Lænate anno quarto poſt pa-
tris Dictaturam. Iterumque anno interjecto cum C.
Marcio Rutilo, ut quidam arbitrantur; neque
enim a veteribus proditum eſt eundem iterum crea-
tum. Interrex biennio poſt fuit. Cenſor cum eodem
Rutilo primo e plebe fuit anno CDII. luſtrum fe-
III. ciſſe dicuntur XXII. Tertius alter Cn. Manlius ſu-
.·.III.·. perioris, ut creditur filius, niſi forte idem ipſe eſt,
Magiſter Equitum fuit a Dictatore L. Furio Ca-
millo dictus ann. CDVIII. *Torquati* cognomen in-
venit T. Manlius L. F. A. N. Imperioſus cum an-
no CCCXCII. cum Gallo pugnat, & ei torquem
aureum detrahit, eoque ſe induit. Hic ter Dictator,
ter Conſul fuit, & in tertio conſulatu triumphavit.
Primam Dictaturam geſſit anno urbis quadringen-
teſimo rei gerundæ cauſſa. Magiſtrum Equitum di-
xit A. Cornelium Coſſum. Iterum Dictator quarto
deinde anno comitiorum habendorum cauſſa eun-
dem Mag. Equit. dixit: & biennio poſt Conſul fuit
cum C. Plautio Vennone; iterumque Conſul cum
C. Marcio Rutilo tertium anno CDIX. Tertium
Conſulatum geſſit cum P. Decio Mure quadrien-
nio poſt; & urgentibus Latinis inſignem victo-
riam optinuit. Collega ſe devovit, & occiſus
eſt. Hic Titum filium, quod ejus injuſſu pugna-
vit, licet victorem occidi juſſit. Quamobrem odio-
ſum ſe juventuti Romanæ fecit, nemoque ei adu-
leſcens nobilis obviam proceſſit urbem ingredien-
ti, dum triumphum egit XV. Kalend. Junias de
Latineis, Campaneis, Sidicineis, & Auruncceis.
Tertia Dictatura fuit ann. DXXXIII. comitiorum, II.
ut creditur, cauſſa. Alter Torquatus ſuperioris
fortaſſe nepos in Conſulatu, quem cum M. Ful-
vio Paitino geſſit anno CDLIV. ex quo lapſus,
dum ſe exercet, mortuus eſt. Tertius a Verrio III.
Flacco *A. Manlius T. F. T. N. Torquatus Atti-
cus* appellatus Cenſor fuit anno DVI. cum A. Ati-
lio Calatino, & luſtrum fecerunt XXXVIII.
Conſul triennio poſt cum C. Sempronio Blæſo
iterum factus eſt, iterumque Conſul cum Q. Lu-
tatio Cercone anno DXII. cum eodem de Faliſceis
triumphum egit. Cerco Kal. Martiis, Atticus IV.
Nonas. Quartus T. Torquatus T. F. T. N. proavi- IV.
mi frater, aut fratris filius ut ſuſpicemur, Conſul
fuit cum C. Atilio Bulbo iterum ſexennio poſt il-
lum triumphum, & de Sardeis VI. Idus Martias
hic quoque triumphavit, eodem anno pac. ubique
parta templum Jani iterum clauſum fuiſſe veteres
prodiderunt. Sub Numa Rege antea ſolum clauſum
fuerat. Tertio temporibus Auguſti Cæſaris Cen-
ſuram geſſit cum Q. Fulvio Flacco ann. DXXII.
Sed luſtrum non fecerunt, quod vitio facti fuiſſe
dicerentur. Itaque abdicarunt Verrio teſte. Septi-
mo poſtea anno cum eodem Flacco iterum Con-
ſule iterum hic ipſe Torquatus Conſul fuit. Di-
ctator quoque anno DXLV. tum Comitiorum ha-
bendorum, tum ludorum cauſſa fuit. Triennio an-
tea cum Comitiis Conſularibus prærogativa cen-
turia eum conſulem faceret, & aliæ idem facturæ
eſſe viderentur, oculorum valetudinem excuſavit,
quæ cum excuſatio recepta non eſſet: *neque ego
veſtros*, inquit, *mores conſul ferre potero*, *neque
vos imperium meum*. Hunc filius, ut opinor, Au- V.
li ſequitur *T. Manlius* A. F. T. N. a Verrio di-
ctus, quem Valerius juris civilis, & Sacrorum
Pontificalium peritiſſimum appellat. Conſul hic
fuit cum Cn. Octavio anno Urbis DLXXXVIII.
filium D. Junio Silano in adoptionem dedit, in
quem auditis Macedonum legatis ſententiam tulit
pecunias eum a ſociis accepiſſe, eaque de cauſſa &
rep. & domo ſua indignum eſſe. Eam notam filius
tam acerbe tulit, ut eadem nocte ſe ipſum laqueo
interemerit. Pater funeri noluit intereſſe, ſed conſul-
toribus eodem tempore vacare. Proximo anno A.
Torquatus fratri in conſulatu ſucceſſit, eujus col-
lega fuit Q. Caſſius Longinus. Prætor triennio VI.
ante fuerat, de reb. capitalibus quæſtiones exer-
cuit. Septimus L. Torquatus Conſul fuit cum L. VII.
Aurelio Cotta anno DCLXXXVIII. Hi viden-
tur præmio legis Conſules facti, cum accuſaſſent
ambitus P. Sullam, & P. Autronium competitores
Conſules deſignatos, & optinuiſſent. Sed maxi-
mum periculum Kal. Jan. & Nonis Febr. ſubie-
runt ab eiſdem, quos accuſaverant, inita conjura-
tione cum L. Catilina, & Cn. Piſone. Sed detecta
conjuratio eſt, & Cn. Piſo in Hiſpaniam miſſus,
Catilina Conſulatum cum optinare non potuiſ-
ſet, Ciceroni Conſuli biennio poſt, iterum conju-
rationem inſtituit. Exſtat Ciceronis Oratio *pro P.*

Sul-

Sulla, ex qua apparet L. Torquatum L. Torquati conſularis viri filium, cujus mater Aſculana fuiſſe dicitur, Sullam accuſaſſe, ut utriuſque conjurationis non expertem. Hic eſt L. Torquatus filius, quem ut Epicureum fingit idem Cicero *lib. I. de finibus* eum eo longum habuiſſe ſermonem. Fuit eodem tempore A. Torquatus quæſitor in
III. Milonem de ambitu. Nunc ad Manlios Vulſones
I. poſteriores venio. Primus L. Manlius A. F. P. N. Vulſo longus Conſul fuit anno CDXCVII. cum Q. Cædicio, & eo mortuo cum M. Atilio Regulo iterum, bello Punico primo in Conſulatu navalem de Pœnis triumphum egit. Iterum Conſul fuit ſexto anno a priore, ejuſque collega C. Atilius
II. Regulus iterum. Alter *Cn. Vulſo Cn. F. L. N.* a Verrio dictus, ſuperioris, ut credimus, nepos Conſul fuit cum M. Fulvio Nobiliore anno DLXIV. triumphum egit III. Nonas Martias biennio poſt de Gallis Aſiaticis. Hujus res geſtas Hannibal
III. Græce ſcripſit. Tertius A. Vulſo ſuperioris frater, ut exiſtimamus, cum a Verrio Flacco Cn. F. L. N. ut ille appelletur, Conſul fuit cum M. Junio Bruto ann. DLXXV. Præter hos P. Manlius Vulſo Prætor Sardiniam optinuit ann. DXLIII. & anno poſtea XIII. L. Vulſo Pr. Siciliam eandem provinciam biennio poſt C. Vulſo Prætor ſor-
IV. titus eſt. Reliquum eſt, ut de Acidino Fulviano agamus. Q. Fulvius Flaccus, qui quater Conſul, ſemel Dictator, Cenſor, Magiſter Equitum, & Triumphalis fuit, filium in adoptionem dedit L. Manlio L. F. Acidino. Itaque filius, qui antea, ut credimus, *M. Fulvius Flaccus* dicebatur, poſtea *L. Manlius L. F. L. N. Acidinus Fulvianus* appellatus eſt. ἀκιδνὸς Græcis *imbecillum* ſignificat, ac tenuem, inde fortaſſe *Acidini* cognomen deducitur, niſi potius *ab acido Acidinus* eſt. Hic cum fratre germano Q. Fulvio Q. F. M. N. Flacco, quod numquam alias ante Cæſarum imperium accidit, Conſul fuit anno urbis DLXXIV. Triumpharunt duo fratres germani Metelli eodem die, duo etiam Cenſores eodem anno fratres patrueles fuerunt, & ut Paterculus refert, duo quoque Cenſores fuerunt Scipiones, ſive Cæpiones fratres germani, quod, ut alia multa, quo anno acciderit, ignoramus. Acidinus biennio ante Conſulatum cum P. Scipione Naſica, & C. Flaminio Aquilejam Coloniam Latinam Triumvir deduxit, ex Hiſpania Citeriore Proprætorem fuiſſe reverſum ovantem conſtat anno urbis DLXVIII. Prætor is fuerat ante triennium. Alius quoque L. Acidinus Prætor fuit ann. DXLIII. M. Marcello IV. Conſule. Idemque ut arbitror poſt undecim annos ex Hiſpania reverſus a ſenatu, ut ovans ingrederetur, impetraverat, ſed a M. Porcio Læca Tr. Pl. prohibitus eſt, magnum tamen auri & argenti pondus in ærarium tulit. Præter hos omnes P. Manlius Coſ. fuiſſe dicitur cum C. Papirio Carbone anno DCXXXIII. ſed is Mallius, aut Manilius fortaſſe eſt, quæ ambæ Conſulares familiæ fuerunt, quamvis a multis tam Græcis, quam Latinis & inter ſe & cum his Manlia confundantur, ut in collega P. Rutilii Rufi. Coſ. ann. DCXLVIII. quem *Cn. Mallium* in titulo veteris monumenti appellatum eſſe lego, & in collega L. Marcii Cenſorini, qui conſul fuit ann. DCIV. quem *Manium Manilium* P. F. P. N. Verrius appellat. Prætorem quoque L. Manlium fuiſſe ſcimus anno primo belli Punici ſecundi, urbis conditæ DXXXV. & poſt undecim annos C. Manlius Prætor Siciliam optinuit. Nec dubito, quin apud Livium lib. XXVIII. Q. Manilius Thurinus fuerit is, qui Ædilis Plebis cum M. Pomponio Mathone ludos plebejos inſtauravit ann. DXLVI. & anno proximo Prætor peregrinus fuit, quamvis *Q. Manlius* mendoſe legatur. At P. Manlius ann. DLVIII. Prætor Hiſpaniam citeriorem provinciam optinuit, adjutorque M. Porcio Catoni Conſuli datus eſt. Idem iterum Prætor eandem provinciam optinuit poſt annos tredecim. Quærendum quoque eſt, quis nam L. Manlius fuerit, qui cum L. Minucio Myrtilo juſſu M. Claudii Prætoris Urbani, quod legatos Carthaginienſium pulſaſſent traditi legatis ſunt, ut Carthaginem ducerentur.

Marcia.

Marcia gens duplex patriciorum, & plebejorum, utraque nobiliſſima, illa vetuſtate, atque origine a duobus Romanorum Regibus orta, atque decorata, & Coriolano clariſſimo viro, atque fortiſſimo illuſtris, hæc in varias ſtirpes diviſa multis inſignibus viris eluxit. Nam & Rutili & ex his orti Cenſorini, & Philippi, & Figuli, ac Reges, & ſi qui alii aliis cognominibus diſtinguntur, omnes plebeii fuerunt. At patricii, quos majorum gentium dicere poſſumus, ſi eorum opinionem ſequamur, qui credunt a L. Junio Bruto primo Conſule adſcitos ex equeſtri ordine, primos patricios minorum gentium fuiſſe appellatos, ex Sabinis Romam cum Numa Pompilio Rege migrarunt. *Numa Marcius* princeps gentis appellatus eſt, quod Marci filius eſſet, ut Numa Rex, quod Pomponis eſſet, Pompilium gentis nomen invenit. Hunc Numam Marcium Præfectum Urbis fuiſſe, & Pontificem Maximum ſub Numa, & Tullo Hoſtilio invenio. ex uxore Pompilia. Numæ Regis filia Ancum Marcium Regem quartum Romanorum ſuſcepit. Numæ Regis uxor Tatia Titi Tatii Regis Sabinorum filia fuit, qui Romæ cum Romulo regnavit. Ex ea Pompilia nata fuerit, nec ne, ignoramus. Sunt, qui affirment eundem Regem quatuor præterea filios procreaſſe Pomponem, Pinum, Calpum, & Marcum ſive Mamercum, utroque enim nomine idem ſignificatur, ut cum *Mamers Mars* dicitur. Ab his ortos fuiſſe Pomponios, Pinarios, Calpurnios, & Marcios quos falſo *Mamercios* Plutarchum appellaſſe quidam arbitrantur. Ita duplex origo Marciorum, aut a Numæ Regis filio, aut ab Anco Rege, & a Numæ filia, orationibus, & laudationibus funerum jactabatur. Quibus affirmat Cicero hiſtoriam rerum Romanarum effectam eſſe mendacem: „ Multa
„ enim, inquit ſcripta ſunt meis quæ facta non
„ ſunt: falſi triumphi, plures Conſulatus, genera
„ etiam falſa, & a plebe, vel ad plebem tranſitio-
„ nes, cum homines humiliores in alienum ejuſ-
„ dem nominis infunderentur genus". Anci prænomen Marcii Regis Sabinum eſſe Varro ſignifi-

 cat,

eat, quidam Græcum eſſe putant a vitio brachii ni-
mis adunci. Regnavit annos XXIV. trium-
phum bis egit de Vejentibus, & Sabineis, Oſtiam
Coloniam deduxit. Duos filios, qui poſtea L.
Tarquinium Priſcum Regem occiderunt, reliquit,
quos Ser. Tullius Rex in exilium miſit. Tarqui-
nius annos XXXVIII. regnavit, occiſus eſt anno
urbis conditæ CLXXV. Ab hoc anno ad CCLX.
nulla Marciorum mentio, quod ſciam, fuit.
Tum Cn. Marcius, quem *Cajum* Plutarchus ap-
pellat, a Poſtumo Cominio Conſule laudatus,
quia fortem ſe, dum Corioli Volſcorum oppidum
caperetur, oſtenderat, qui cum ei multa dona
optare concederet, equum, & hoſpitem tantum
Marcius Coriolanus, ſic enim appellatus poſtea
eſt, optavit. Anno proximo cum repulſam in Con-
ſulatus petitione tuliſſet, & de Tribunorum Pl. po-
teſtate abroganda in Senatu conſilium dediſſet, ne
damnaretur præſens, ſolum vertit in patriam: Ma-
gnum Volſcorum exercitum quadriennio poſt du-
xit, ſed Veturiæ matris, & Volumniæ uxoris, & a-
liarum matronarum precibus ab incepto deſtitit.
Matronis multa conceſſa a Senatu enumerantur,
aram Fortunæ muliebri eodem loco faciendam cu-
rarunt, quo id impetraverant. Coriolani mortem
varie veteres ſcripſerunt. Alii a Volſcis proditionis
crimine inviſum occiſum eſſe, alii ſe ipſum interе-
miſſe, ut Themiſtoclem; tertii ſenem admodum in
.II. exilio eſſe mortuum. Plebejorum vetuſtiſſimus C.
Marcius, qui Tribunus plebis fuit, anno poſt ur-
bem conditam CCCLXIV. Rutilorum, & Cen-
ſorinorum tres Conſulares ante Auguſti tempora
fuerunt, quorum primus quater Conſul, bis trium-
phum egit, idemque primus e plebe Dictator, pri-
muſque plebejus Cenſor fuit. Alter cum bis Cen-
ſor fuiſſet, quod nemo umquam optinuit: *Cenſo-
rini* cognominis cauſſa fuit. Tertius & Conſula-
tum, & Cenſuram conſecutus eſt. Primus igitur C.
Marcius L. F. C. N. Rutilus in primo Conſu-
latu, quem cum Cn. Manlio Imperioſo II. geſſit
ann. CCCXCVI. de Privernatibus triumphavit
Kal. Junis & anno proximo de Tuſceis pridie No-
nas Maii Dictator. Quarto poſtea anno iterum
Conſul fuit cum P. Valerio Potito Poplicola. An-
no vertente Cenſor cum Cn. Manlio Imperioſo,
luſtrum fecerunt XXII. Tertium Conſul fuit an-
no CDIX. cum T. Manlio Torquato II. & cum
II. Q. Servilio Ahala: quartum Conſul uno anno inter-
jecto honoribus vacuo. Ex hoc clariſſimo principe
familiæ natus eſt C. Rutilus, qui cum Q. Fabio
Maximo Rulliano iterum anno CDXLIII. Con-
ſul fuit. Cenſuram priorem geſſit poſt annos XVI.
cum P. Cornelio Arvina: luſtrum fecerunt tri-geſi-
mum. Iterum Cenſor poſt annos novem & viginti,
hoc eſt anno CDLXXXVIII. cum Cn. Cornelio
Blaſione fuit, luſtrumque fecerunt XXXV. Tunc
Cenſorini nomen accepit, quod poſteris quoque
acceſſit. Populum increpuiſſe dicitur, quod bis ei-
dem tantam poteſtatem detulerit: & ne aliquis bis
Cenſor fieret, legis promulgandæ auctorem fuiſſe.
III. Tertius L. Marcius C. F. C. N. Cenſorinus Ma-
nii Manilii in Conſulatu collega anno primo ter-
tii belli Punici, hoc eſt anno urbis DCIV. bien-
nio poſt Cenſor fuit cum L. Cornelio Lentulo
Lupo: luſtrum fecerunt LVI. Hunc nepotem,
aut pronepotem ſuperioris fuiſſe credimus.

Philippi.

Philippi quattuor, Conſulatus quinque, Cen- .III.
ſuras duas, Magiſterium Equitum, & triumphum
optinuerunt. Primus Q. Marcius Q. F. Q. N. in
Conſulatu, quem cum L. Aimilio Barbulo geſſit,
triumphavit de Etruſceis Kalend. Aprilis anno
CDLXXII. Magiſter Equitum fuit anno XVIII.
Cn. Fulvio Maximo Centumalo Dictatore clavi
figendi cauſſa. Sequitur Q. Philippus L. F. Q. N.
Verrio teſte, quem proximi nepotem fuiſſe ſuſpi-
camur. Conſul fuit cum Sp. Poſtumio Albino an- II.
no DLXVII. ob Bacchanalia ex Senatus conſul-
to Conſules quæſtiones exercuerunt in pleraſque
feminas non viles; quæ ſacrorum prætextu turpi-
ter vixerant ante biennium Prætor Siciliam opti-
nuit. Iterum Conſul fuit cum Cn. Servilio Cæ-
pione ann. DLXXXIV. quinquennio poſt Cenſor
cum L. Aimilio Paullo. Luſtrum fecerunt LIII.
Hujus filius Q. a Livio commemoratur. Tertius III.
L. Philippus Q. F. Q. N. cujus mater Clodia ſo-
ror fuit Appii Pulchri C. F. Conſularis viri, cla-
riſſimus vir fuit, & poſt L. Craſſum, & M. An-
tonium eloquentiſſimus: in Tribunatu plebis le-
gem Agrariam promulgavit. Sed eam non pertu-
lit, in Tribuni Militaris, & Conſulatus petitio-
ne repulſam tulit, Conſul tamen factus eſt cum
Sex. Julio Cæſare anno proximo ante Marſicum,
ſive ſociale bellum, hoc eſt urbis ann. DCLXII.
in eodem conſulatu M. Druſi Tr. Pl. conatus fre-
git, ejuſque leges Livias neminem tenere decer-
nendi ſenatui auctor, ut Conſul & Augur fuit,
utpote contra auſpicia latas. Cenſor cum M. Per-
perna quinquennio poſt luſtrum condidit LXVII.
Quartus L. Philippus L. F. hoc eſt ſuperioris L. IV.
Philippi filius Conſul fuit cum Cn. Lentulo Mar-
cellino ann. DCXCVII. Hic vitricus fuit C. O-
ctavii, qui poſtea adoptione majoris avunculi C.
Cæſar Octavianus appellatus eſt, & poſtea *Augu-
ſti* cognomine imperium tenuit. Namque Attia
Auguſti mater poſt C. Octavii Prætorii viri mor-
tem L. Philippo nupſit, ex qua L. Philippum
procreavit, ut Dion ſcribit. Ovidius vero in cal-
ce *lib. VI. faſtorum* materteram Cæſaris Auguſti
Philippo nupſiſſe ait, & ex eo natam Marciam,
quæ tum ab Anco Rege, tum ab eo Philippo, qui
templum Herculis Muſarum ædificavit, genus du-
ceret. Hunc autem Auguſti tempore fuiſſe, qui
id templum conſtruxerit, Suetonius auctor eſt. Ex
alia uxore Philippi Marcia nata eſt M. Catonis, &
Q. Hortenſii uxor, quæ vivo Catone ab Hortenſio
expetita eſſe dicitur, & mortuo Hortenſio ad Ca-
tonem rediiſſe. L. Philippum patrem invenio Gel-
lii vitricum fuiſſe, & Gelliæ Poſtumii matris. Eſt
autem is Gellius quem Catullus turpiſſimis verbis
proſcidit, in quem Cicero *in Sextiana* invehitur
frater, ut arbitror L. Gellii Publicolæ viri Cenſo-
rii. Figulos duos tantum Conſulares reperio ambos .IV.
eodem prænomine. Prior C. Marcius C. F. Q. N.
Conſul cum P. Cornelio Scipione Naſica, qui *Cor-
culum* dictus eſt ann. DXCI. Sed Figulus e Gallia,
Naſica e Corſica redierunt, & abdicarunt ſe conſu-
la-

lato, quod vitio facti eſſe dicerentur. In eorum locum facti ſunt P. Lentulus, & Cn. Domitius Ahenobarbus. Iterum tamen Conſul ſexto poſtea anno fuit cum L. Lentulo Lupo: cum Delmatis varie pugnavit, victoria tandem potitus eſt. C. Figulum Prætorem fuiſſe invenio ann. DLXXXIV. eum hunc ipſum fuiſſe arbitror, & Claſſi præfectum fuiſſe. Hujus filius C. Figulus juriſconſultus cum in petitione Conſulatus repulſam tuliſſet, poſtridie fertur conſulentibus dixiſſe: „Vos conſulere ſcitis, Con„ſulem facere neſcitis“. Alter Conſularis *C. Figulus* C. F. a Dione appellatur, Figuli juriſconſulti, ut arbitror, filius, aut nepos. Conſul fuit cum L. Julio Cæſare ann. DCLXXXIX. Ante hos T. Marcius Figulus ann. DLXXXIV. nuntiavit Senatui palmam enatam in impluvio ſuo.

R e g e s.

∴V∴ Reges duos etiam Conſulares invenio, & alterum triumphalem. Prior Q. Marcius Q. F. Q. N. Conſul fuit cum M. Catone Liciniano anno DCXXXV. Proconſule anno proximo triumphum egit de Liguribus Stoeneis III. Nonas Decembres. Hic in conſulatu unicum filium amiſit magnæ ſpei adoleſcentem; eodem die Senatum habuit. Alter Q. Rex ſuperioris ut creditur fratris filius Conſul fuit ann. DCLXXXV. majoreque parte anni ſolus Conſulatum geſſit, propterea quod cum L. Metellus collega initio anni mortuus fuiſſet, & cum qui ei ſuffectus fuerat, antequam iniret, mortuum fuiſſe audirent, religioni habitum eſt Regi collegam creare. Ex hac familia Marcia fuit avia paterna C.

I. Cæſaris Dictatoris. Nam cum in funebri oratione Juliam amitam, quæ C. Marii ſepties conſulis uxor fuit, laudaret, ejus paternum genus cum diis immortalibus conjunctum eſſe dicebat, eum a Venere Julii eſſent: & maternum ab Regibus ortum; cum ab Anco Marcio Marcii Reges eſſent, quo nomine fuiſſet mater amitæ. Capitale quoque P. Clodium Ap. F. Pulchrum conſtat Q. Marcii Regis conſularis hereditatem, qui Tertiam Clodiam ejus ſororem duxerat, ex Ciceronis joco diſcere

∴VI∴ quis poteſt: ſed ad Conſules revertamur. Ante hos omnes, quos diximus Philippos, Figulos, Reges Q. Marcius Tremulus fuit, qui bis Conſul, & triumphalis Marciæ genti maximum ornamentum addidit. Priori Conſulatu, quem cum P. Cornelio Arvina geſſit, triumphum egit de Anagninis, Hernicisque prid. Kal. Quinctiles ann. CDXLVII. ſtatua ei equeſtris togata ante ædem Caſtorum ſtatuta eſt, quod Samnites bis devicerat, & Anagnia

V. capta populum ſtipendio liberaverat. Prætorem invenio urbanum fuiſſe M. Marcium Rullam anno DXLIX & biennio poſt legatum Carthaginem miſſum cum L. Veturio, & L. Scipione: ſine cognomine inſignis vir L. Marcius fuit Septimii filius eques Romanus, qui morte Publii, & Cn. Scipionis, quorum alter Africani, alter Naſicæ pater fuit, perditas res in Hiſpania collecto exercitu reſtauravit, & maximos hoſtium exercitus vicit. Senatum tamen offendit, quod ſe *Proprætore* appellaverit in litteris, quibus de rebus geſtis eum certiorem fecit. A militibus enim novo exemplo fuerat dux electus, & *Proprætore* ſalutatus. Eidem fuerunt concionanti caput ardere viſum; clypeumque in Capitolino templo poſitum eſſe, quod *Marcium* diceretur cum imagine Aſdrubalis ab eo victi. M. VII.
Marcius Tribunus Militum ſecundæ legionis occiſus a Gallis ann. DLX. M. Marcius Rex ſacrorum moritur ann. DXLIII. quem arbitror patricium fuiſſe. Nam Cicero in oratione ad Pontifices Regem Sacrorum, Flamines, Salios, & ex parte dimidia ſacerdotes, & Interregem, & eum, a quo is proditur patricios eſſe oportere affirmat. L. Marcius cum Q. Fulvio Ædilis Curulis fuit anno DLXXXVIII. cum Hecyra Terentii tertio relata eſt. Potuit is eſſe L. Marcius Cenſorinus, quem Conſulem fuiſſe diximus poſt annos XVI. De aqua Marcia varietas inter ſcriptores eſt, a quo nomen ſumpſerit: *Plinius Marcia*, inquit, *quondam Aufeia, fons ipſe Piconia. Primus eam in urbem ducere auſpicatus eſt Ancus Marcius unus e Regibus, poſtea Q. Marcius Rex in prætura rurſuſque reſtituit M. Agrippa.* Plutarchus *Marcii* inquit *fuere Publius, & Quinctus, qui maximum, pulcherrimumque Romæ aquæductum fecere.* Julius Frontinus anno ab urbe condita DCVIII. *Ser. Sulpicio Galba, L. Aurelio Cotta Coſ. datum eſt a Senatu negotium Marco Titio, qui tum Prætor inter cives, & peregrinos jus dicebat, aquæductuum reficiendorum, & ut alias aquas duceret. Is hinc aquam a tertio miliario duxit, cui ab auctore* Marciæ *nomen eſt.* Feneſtellam quoque is refert Marco decreta in hæc opera HS. DCCCIV. & Præturam in alterum annum prorogatam. Sed in verbis Frontini mendum eſſe poteſt, ut *pro Marcia*, vel *pro Marcio Titio M. Titius* ſcribatur, nam cur a prænomine *Marco Marcia*, non a *Titia* nomine gentis *Titia* dicta eſt? quamvis *Appia* & via, & aqua a prænomine Appii Claudii dicitur, ſed nonnulli *Claudiam aquam* dixere, & *Appii* prænomen genti Claudiæ ita hæſit, ut raro apud alias inveniatur. Augent opinionum varietatem denarii Philippi Monetalis, qui adhuc extant, in quibus Anci Regis imago cernitur ejus prænomine adſcripto, & aquæductus his litteris inſcriptus AQVA. MARC. & in eo ſtatua equeſtris cum his litteris PHILIPPVS. Non dubito, quin is Triumvir Monetalis, qui denarium ſignavit, voluerit gentis ſuæ monumenta celebrare, & ſe originem ducere ab Anco Rege ſignificare, & ab eo, qui aquam duxerit, & cui ſtatua equeſtris donata ſit, quem fortaſſe antea *Tremulum* cognomento appellavimus. Laudatur præterea a Plinio Manius Marcius Ædilis plebis, qui primus frumentum populo in modios aſſibus donavit. Nec eſt omittendus Marcius vates a veteribus Romanis celebratus, quiſquis ille fuit. Sub Auguſto Cæſare duos Conſulares fuiſſe video ex Cenſorinorum familia, quorum alter triumphalis etiam fuit. Prior L. Marcius L. F. C. N. Coſ. ex Macedonia triumphum egit Kal. Jan. ann. DCCXIV. ejus collega fuit C. Calviſius C. F. Sabinus. Alter ſuperioris filius C. Cenſorinus L. F. L. N. Conſul fuit ann. DCCXLV. Tiberii Cæſaris temporibus unus Q. Marcius Barea cum T. Ruſtio Nummio Gallo Coſ. ſuffectus fuit ann. DCCLXXXVIII. Neque poſt hæc tempora alium

alium Conſularem Marcium invenio. Marciæ
Auguſtorum uxores, aut concubinæ hæ a nobis
collectæ ſunt. Marcia Furvilla Titi Veſpaſiani
filii uxor ſplendidi generis, ut ait Suetonius, ex
qua filia nata eſt Julia, quam Domitianus patruus
adamavit. Marcia item Commodi Imp. concubi-
na, quam Amazonis habitu diligebat, & *Amazo-
nium* ſe, menſemque Decembrem, vel Janua-
rium appellabat. Hanc dum occidere meditatur,
ejus conſilio occiſus eſt. Marcia quoque L. Septi-
mii Severi uxor prior appellata eſt, cui Impera-
tor factus ſtatuas poſuit. Marciæ Otaciliæ Severæ
Auguſtæ uxoris Philippi Imperatoris multa mo-
numenta extant, & pecunia ejus nomine, & ima-
gine ſignata. Fuit præterea Marcia Fabii Maximi
uxor Liviæ Auguſtæ valde familiaris, & Marcia
Veſtalis cum Licinia prius abſoluta, poſtea damna-
ta L. Caſſio Quæſitore, cum Sex. Peduceus Tri-
bunus Pl. L. Metellum Pont. Max. & totum col-
legium Pontificum criminatus eſt male judicaſſe
Æmiliam tantum condemnando, ceteras abſol-
vendo, ut Aſconius teſtatur *in Miloniana.*

M i n u c i æ.

Minuciæ gentis familia duplex patriciorum, &
plebejorum, utraque Conſularis. Namque Augu-
rini patricii Conſulatus quinque, Decemviratum
legibus ſcribendis, & Pontificatum Maximum
optinuerunt. Rufi plebeii Conſulatus tres, trium-
phos duos, & Magiſterium Equitum cujus impe-
rium cum Dictatore novo exemplo eſt æquatum.
Præter hos Thermorum familia, quam plebejam
I. fuiſſe exiſtimo, Conſularis & triumphalis fuit. Pri-
mus M. Minucius Augurinus Conſul fuit cum A.
Sempronio Atratino anno urbis CCLVI. poſt Re-
ges exactos anno XIII. Iterum cum eodem colle-
ga Conſul fuit, vel ut tunc dicebatur, Prætor
II. ann. poſt ſuperiorem Sexto. Anno proximo hoc
eſt ann. CCLXI. Conſul fuerat P. Augurinus cum
III. T. Geganio Macerino. Tertius L. Minucius eo-
dem cognomine ceteris & virtute, & præmiis præ-
cellens Conſul fuit ann. CCXCV. cum C. Nau-
tio Rutilo iterum coactus eſt abdicare a L. Quin-
ctio Cincinnato Dictatore. Decemvir legibus ſcri-
bendis fuit anno CCCIII. & proximo, quo abdi-
care cum reliquis eſt coactus propter Appii Claudii
collegæ libidinē, atque potentiam. Idem tamen ſive
alius ejuſdem nominis præfectus Annonæ fuit anno
CCCXIII. & proximo, quibus Sp. Mælii facinus ty-
rannidem captantis, quem C. Servilius Ahala inte-
remit, detexit, & farris pretium trinis nundinis ad aſ-
ſem redegit: ob quas res undecimus Tribunus ple-
bei creatus eſt, & ei ſtatua, atque columna ſtipe
a populo collata extra portam Trigeminam ſtatu-
ta eſt non ex Senatus conſulto, ſed tum primum
ex populi decreto, ut Plinius auctor eſt. Livius
tantum bove aurato extra portam Trigeminam
donatum aſſerit, falſumque eſſe imaginis titulum,
quo diceretur undecimum Tr. Pl. cooptatum, cum
patricius fuerit, & patres non ſinerent augeri nume-
rum. Extant hodie Augurinorum denarii cum co-
IV. lumnæ, & Auguris imagine. Quartus Q. Auguri-
nus Coſ. fuit ann. CCXCVI. cum C. Horatio Pul-
V. villo. Quinctum invenio Sp. Augurinum Pontifi-
cem Maximum fuiſſe ann. CCCXXXV. Poſtremo VI.
Ti. Minucium reperio Conſulem L. Poſtumii Me-
gelli in Conſulatu collegam ann. CDXLVIII.
mortuum eſſe, eique ſuffectum M. Fulvium Cur-
vum plebejum. Quod facit, ut dubitent quidam,
num ipſe Minucius plebejus fuerit. Sed mihi non
mirum eſſe videtur, ut initio anni duo patricii
Conſules fuerint, & poſtea altero mortuo plebejus
fuerit ſuffectus. Venio nunc ad Minucios plebejos, I.
quorum vetuſtiſſimus eſt M. Minucius Tribunus
plebis ann. CCCLII. Rufotum vero primus Mar-
cus ille Minucius, qui Coſ. ann. DXXXII. cum
P. Scipione Aſina, & quarto poſtea anno Magi-
ſter Equitum fuit Q. Fabio Maximo Verrucoſo
II. Dictatori, qui cum victorem Hannibalem cun-
ctando coercuiſſet, eam cunctationem milites i-
gnaviam, & ſocordiam appellantes a populo Ro-
mano optinuerunt, ut Minucio cum Dictatore æ-
quaretur imperium. Sed cum id in perniciem ceſſiſ-
ſet, niſi Minuciani a Fabianis fuiſſent ſummo pe-
riculo liberati, iterum ſe omnes Dictatori ſubje-
cerunt, eumque patrem appellarunt. Alter eſt *Q.* II.
Minucius C. F. C. N. *Rufus* a Verrio dictus:
is Conſul ann. DLVI. cum C. Cornelio Cethego,
triumphum egit de Liguribus, & Boiis in monte
Albano. Prætor Bruttios provinciam ante trien-
nium optinuit: & M. Rufus Prætor peregrinis jus
dixit, anno Conſulatus Q. Rufi. Tertius Q. Ru- III.
fus, quem aliqui M. appellant, Conſul fuit cum
Sp. Poſtumio Albino anno ſecundo belli Jugurthi-
ni, hoc eſt urbis DCXLIII. triumphum egit an-
no proximo de Scordiſceis, & Triballeis ex Thra-
cia. Thermum Conſularem unum inveni Q. Mi-
nucium Q. F. L. N. qui Proprætore an. DLVIII.
ex Hiſpania Citeriore triumphum egit, Conſul
fuit biennio poſt cum L. Cornelio Merula. Hic
Ædilis Curulis cum T. Sempronio Longo anno
DLV. fuerat: & ab his ludi Romani quater in-
ſtaurati fuerunt. Præturam biennio poſt geſſit in
Hiſpania Citeriore, ex qua, ut diximus, trium-
phum egit. Occiſus eſt ann. DLXV. a Thracibus.
Prætor M. Thermus fuit, ſub quo C. Julius C. F.
Cæſar poſtea Dictator prima ſtipendia in Aſia fe-
cit: & ab eo in expugnatione Mytilenarum civica
donatus eſt anno plus minus DCLXXIII. Præter
hos invenio T. Minucium Molliculum Prætorem
inter cives, & peregrinos mortuum eſſe anno
DLXXIII. C. Minucium Numatium occiſum
Cannenſi prœlio, quem Magiſtrum equitum fuiſ-
ſe anno proximo, hoc eſt anno urbis DXXXVI.
aliquot dies Livius aſſerit. Minucia Veſtalis viva
defoſſa extra portam Collinam campo ſcelerato
nomen dedit ann. CDXVI. Lucius Minucius lega-
tus a Q. Fulvio Flacco miſſus ex Hiſpania Cite-
riore ann. DLXXIII.

M u c i a.

Mucia gens plebeja quidem, & quæ ſero ad
Conſulatum pervenerit; tamen clariſſimos viros
habuit, & tum juris civilis ſcientia, tum gravita-
te morum inſignes: Conſulatus quinque, Pontifi-
catus Maximos duos, & triumphum optinuit. O-
mnes eodem cognomine *Scævolæ* ſive *Scævulæ* a-
ſſi ſunt, eo excepto, qui primus id cognomen inve-
nit,

nit, quem *Cordum* a multis, ab Athenodoro *Opſi-*
gonum appellatum fuiſſe accepimus. *Cordi* agni,
& *Cordum* frumentum, aut ſenum dictum eſt,
quod ſero naſceretur, aut matureſceret: idem *Opſi-*
gonus ſignificat. *Scævola* is dictus eſt, quod dexte-
ram in ignem miſerit, cum Purſenam Regem ur-
bem obſidentem interimere putans, purpuratum e-
jus ſive ſcribam occidit: & poſtea ſiniſtra uſus ne-
ceſſario eſt. *Scæva* Græca origine ſiniſtram ſignifi-
cat, & *Scævula* deminutionis cauſſa dicitur, ut
ſportula, & *animula*. Quod vero O littera pro V
poſteri in eo nomine uſi ſint, mirandum non eſt,
tum propter earum litterarum in multis aliis faci-
lem permutationem, tum propter uſum ejus voca-
lis poſt digamma, quæ raro ab eruditionibus vete-
ribus retinebatur, ſed in O mutabatur. Unde in
nummis paullo poſt cædem C. Cæſaris ſignatis
DIVOS. IVLIVS. ſic in veteribus Plauti, & Terentii,
& aliorum libris VVLGVS, VOLT, VOLTIS, VOL-
TVS, & cetera eadem ratione. Sed Antiquius eſſe
arbitror *Scævulæ* uſum, ut *Popliculæ*, & *epiſtulæ*,
quorum alterum in *Publicolam* mutatum eſt, alte-
rum licet ut origine Græcum, O littera ſcribendum
eſſet, non niſi poſt Juſtiniani tempora eam litteram
accepit. Prænomen Cordi varie ſcriptum video.
Sunt, qui Cajum Mucium, quo prænomine Con-
ſulares uſi non ſunt, alii Quinctum, vel Publium,
quibus frequenter us gentiles uſos video, prodiderunt.
Ab hoc *Mucia prata* dicta ſunt ea, quæ virtutis er-
go ei donata cum ſtatua eſſe dicuntur. Fuit is annus
poſt Reges exactos alter, poſt urbem vero condi-
tam CCXLV. Hunc patricium fuiſſe non nemo
ſcripſit, ſed cum neque is, nec poſteri magiſtratus
optinuerint ante quam cum plebeiis communica-
I. rentur, id mihi non ſit veriſimile. Primus Conſul
P. Mucius Q F P. N. Scævola triumphum egit
de Liguribus ann DLXXVIII. ejus collega fuit
M. Aimilius Lepidus in ſecundo conſulatu. Hujus
pater ut arbitror Prætor ann DXXXVIII. Sardi-
II. niam optinuit. Publii frater germanus Q. Scævola
Conſul proximo anno poſt fratris Conſulatum fuit
cum Sp. Poſtumio Albino Paullulo Tres Soles eo
anno viſi Prætores ambo fratres eodem anno fue-
runt ann. DLXXIV. Publius Pr. urbanus fuit, &
quæſtionem de veneficiis exercuit. Quinctus Sici-
III. liam optinuit. Tertius P. Scævola P. F. Maximus
vis, & juris periti ſſimus Tribunus plebis anno
DCXII. adverſus L. Tubulum, qui Prætor quæ-
ſtionem de ſicariis anno proximo exercuerat, pecu-
nias accepiſſe dicebatur, rogationem pertulit, qua
Cn Cæpioni Coſ. ea quæſtio deferebatur. Sed Tu-
bulus in exilium profectus eſt Prætor fuit quin-
quennio poſt, & Conſul ann. DCXX. cum L. Cal-
purnio Piſone Frugi. In Conſulatu Ti. Gracchi Tr.
Pl. conatus non ſolum non repreſſit, verum etiam
adjuviſſe cum fratre germano P. Licinio Craſſo
Muciano juriſconſulto, & anno proximo Pontifice
Maximo creato dictus eſt. Quamobrem nobilitas
exarſit, & duce P. Scipione Naſica Tiberius occi-
ſus eſt. Pontifex Maximus fratre in Aſia mortuo
IV. cooptatus eſt anno tertio poſt Conſulatum. Quar-
tus eſt Q. Mucius Q. F. quem Augurem Cicero ap-
pellat, Conſulatum geſſit cum L. Metello Delma-
tico ann. DCXXXVI. Hic ex Lælia Majore C. Læ-
lii ſapientis filia duas Mucias procreavit, quarum
alteram L. Craſſus duxit, alteram C. Marius ſe-
pties Conſul. Craſſus duarum Liciniarum pater
fuit, quæ P. Scipioni Naſicæ, & C. Mario filio
nupſerunt. C. Lælius minorem filiam C Fannio
M. F. collocavit, qui cum major natu eſſet, quam
Q. Scævola, moleſte admodum tulit ſibi illum in
Auguratus collegio prælatum. Horum omnium no-
mina leguntur in dialogis Ciceronis, qui inſcribuntur
Cato major ſive *de ſenectute*, & *Lælius* ſive *de*
amicitia, & *de Oratore ad Q. fratrem*. Hunc et-
iam Q. Mucium juriſconſultum fuiſſe accepimus,
quamvis a Pomponio omiſſus ſit, cujus hiſtoria mi-
nus vera & plena eſt. Sequitur Q. Mucius P. F. V.
quem *Pontificem*, aut *Pontificem Maximum*, ut
ab Augure diſtinguant, appellant. Hic paternam
diſciplinam exornavit, majoreſque progreſſus in
ea fecit, cujus hodie extant aliquot capita in *Dige-*
ſtis ex libro definitionum. Conſul fuit anno
DCLVIII. cum L. Licinio Craſſo Auguris gene-
ro, cum quo alios magiſtratus geſſit excepto Tri-
bunatu Plebis, in quo Scævola Craſſo ſucceſſit. Et
Scævola Tribuno in roſtris ſedente legem Servi-
liam Q. Cæpionis Conſulis Craſſus ſuaſit anno
DCXLVII. quo anno Cicero natus eſt. Ambo
Conſules legem Liciniam, & Muciam pertulerunt
de civibus regendis, ut in ſuæ quiſque civitatis jus
redigeretur, neque jus civitatis Romanæ uſurpa-
ret; quam Cicero *in Corneliana* perniciosam Rei-
publicæ fuiſſe dixit. Ex ea enim alienati ſunt animi
Italicorum, & belli ſocialis occaſio quinquennio
poſt exorti fuit. Provinciam Aſiam novem menſes
Prætor, ut arbitror, rexit ea juſtitiæ, æquitatis,
& integritatis, ac diligentiæ fama, ut exemplum
provinciarum rectoribus reliquerit, ejuſque edicta
Aſiatica in alias provincias transferrentur: & feſtos
dies ſingulis annis deinceps ageret Aſia, quæ *Mucia*
dicerentur, ut tanti viri memoriam quotannis re-
novarent. Pontifex Maximus fuit ann. DCLXIV.
triennio poſt in funere C. Marii ſepties Conſulis,
C. Fimbriæ perditiſſimi civis juſſu vulnus accepit,
ab eodem paullo poſt accuſatus eſt: quadriennio
poſt ante Veſtæ templum occiſus L. Licinii Da-
maſippi Prætoris, qui Marianarum partium erat,
auctoritate. Hic non ſolum juriſconſultus, ſed et-
iam orator habitus eſt non contemnendus. Hujus
ſoror Mucia Manio Acilio Glabrioni nupſit,
ex quo Manium Glabrionem peperit, qui Con-
ſul fuit anno DCLXXXVI. apud quem Prætorem
C. Verres accuſatus eſt. Apud Pomponium mentio
extat Q. Mucii Vulſi, qui Auli Caſcelli præceptor
fuit, a quo P. Mucius Quincti nepos heres inſtitutus
eſt. Eum Voluſum Plinius libro octavo *Volcatium*
appellaſſe videtur, defenſumque eſſe a cane nar-
rat, ne a graſſatore occideretur. Sed in utroque li-
bro mendoſus locus eſt. Apud Aſconium legi Q.
Mucium Oreſtinum Tribunum plebis fuiſſe anno
DCLXXXIX. quam Cicero furti a L. Fuſſio Ca-
leno accuſatum privato judicio defenderat, ſed Ca-
tilinæ in petitione Conſulatus favebat, & in ſena-
tu interceſſerat, ne lex ambitus aucta pœna ferre-
tur. De Tertia Mucia Cn. Pompeii ter Conſulis
tertia uxore, ex qua tres liberos procreavit, quam
non ſine adulterii ſuſpicione dimiſſam M. Æmi-
lius

Digitized by Google

lios Scaurus dixit, Scauri principis ſenatus filios,
ex qua etiam filium ſuſcepit, alio loco diximus fuiſ-
ſe quidem Scævolæ alicujus filiam, ſororemque u-
terinam Q. Metelli Nepotis, & ſortaſſe Q. Metel-
li Celeris. qui ambo Conſulares fuerunt. Quanc
eandem Muciam Pompejo objectum eſt a C. Curio-
ne patre, & filio, cur ejus, quem *Ægiſthum* ſoli-
tus erat appellare, filiam uxorem acceperit, hoc de
C. Cæſare dixiſſe aliquando Pompejum in memo-
riam redigebant, regnandique cupiditatem utrique
exprobrantes, quæ ambos ſimul cum republica
tranſverſos egit.

Nautiæ.

Nautiæ gentis origo a Nauta comite Æneæ
Trojano fuit, cui Palladium a Diomede traditum
fuiſſe, & poſteris Minervæ ſacra ſemper commiſſa,
Varro in libris *de familiis Trojanis* prodidit. Ita-
que ex his patricia familia Rutilorum, majorum
ut arbitror, gentium ſeptem habuit, qui Conſula-
tus quinque & Tribunatus Militares cum Conſula-
I. ri poteſtate quattuor conſecuti ſunt. Primus Sp.
Nautius Conſul fuit cum Sex. Furio Fuſo Medul-
lino ann. CCLXV. Hunc Dionyſius, ut nobiliſſimũ
adoleſcentem, & Minervæ ſacerdotem, Palladiique
cuſtodem, & mox futurum Conſulem ſexto antea
II. anno laudat. Patrẽ ejus Spurium appellant, qui exi-
ſtimant ejus filium fuiſſe C. Rutilum bis Conſulẽ,
quem Verrius Flaccus Sp. F. Sp. N. appellat. E-
jus in priore Conſulatu, quem geſſit anno
CCLXXVIII. collega fuit P. Valeſius P. F. Po-
plicola, in poſteriore L. Minucius Augurinus ann.
CCXCV. Anno viceſimo ab hoc Conſulatu Sp.
Nautius legatos Populi Romani a Fidenatibus juſ-
ſu Lartis Volumnii Vejentum Regis cum aliis tri-
bus C. Fulcinio, & L. Roſcio, & Tullio Cluvio,
ſive Cœlio, aut C. Julio Julo occiſus eſt. Pro *Sp.
Nautio*, quem Livius, & Plinius produnt, Cicero
in Philippicis, niſi mendoſus liber ſit, *Sp. An-
tium* refert. Horum in roſtris ſtatuæ ex S. C. po-
ſitæ ſunt. Primus poſt hos Tribunus Militum fuit
III. Sp. Rutilus anno CCCXXIX. Alter Spurius ter
eodem magiſtratu functus eſt annis XXXIV.
XXXVII. & XLIX. ſupra trecenteſimum. Hunc
V. etiam Verrius Sp. F. Sp. N. appellat. Quinctus C.
Rutilus Conſul fuit cum M. Papirio Mugillano
VI. anno CCCXLII. Sextus Sp. Nautius Sp. F. Sp.
N. Rutilus, ut Verrius notat, Coſ. fuit cum M.
VII. Popillio Lænate anno CDXXXVII. Poſtremus
C. Nautius in Conſulatu, quem geſſit anno
CDLXVI. Collegam habuit M. Claudium Mar-
cellum.

Octavia.

Octavios Velitris ortos Romam a Tarquinio
Priſco translatos, in Senatumque adſcitos, a Ser.
Tullio patricios factos eſſe Suetonius auctor eſt.
Velitris vicum Octavium celebrem fuiſſe, & aram
Octavio conſecratam, qui belli cum finitimis dux
Marti ſacrificans nuntio accepto hoſtes adeſſe, ſa-
crum imperfectum reliquit, hoſteſque vicit: ex
quo decreto publico ſingulis annis exta Marti ſe-
micruda reddi, reliquias ad Octavios referri ſolitas
fuiſſe dicebant. Romæ ad plebem tranſlati Conſu-
latus quinque, triumphum unum optinuerunt. Ite-
rum a Cæſare Dictatore patricii facti ſunt, ut ſoro-
ris ſuæ nepoti, quem poſtea teſtamento adopta-
vit, gratificaretur. Is fuit C. Octavius C. F. C. N.
C. Pron. C. Abn. qui poſtea *C. Julius C. F. Cæ-
ſar Octavianus Auguſtus* appellatus eſt. Primus
populi ſuffragio magiſtratum adeptus eſt C. Octa-
vius Rufus, cui Quæſtorio, Cnæus, & Cajus filii
nati ſunt. Cnæus, & qui ab eo orti ſunt, ſummos
honores optinuerunt. Cajus ejuſque liberi in eque-
ſtri ordine permanſerunt uſque ad C. Octavium
Auguſti patrem, qui primus Senator fuit, & poſt
Præturam Proconſule Macedoniam provinciam o-
ptime rexit. Primus Cn. Octavius Cn. F. Cn. N. I.
ut Verrius ait, cum Proprætore Kal. Decembr.
anno DLXXXVI. triumphum navalem egiſſet
ex Macedonia, & Rege Perſe, biennio poſt
cum T. Manlio Torquato Conſul fuit. Hic
poſtea miſſus ad Regem Antiochum cum Rex
reſponſum dare differret, Regem, circulo fa-
cto circumſcripſit virga, quam gerebat, & ſta-
tim dare reſponſum coegit, quod ipſum ab
aliis Cn. Popilio tribuitur, ſed huic quidem certe
in legatione mortuo ſtatua in roſtris ex Senatuſcon-
ſulto poſita eſt. Eidem in palatio domum præclare
ædificatam ad Conſulatum ſuffragium attuliſſe Ci-
cero ſcribit. Hunc exiſtimo C. Rufi pronepotem
fuiſſe. Hunc Feſtus ait porticum Octaviam feciſſe
theatro Pompeii proximam, quam combuſtam re-
ficiendam curaſſe Cæſarem Auguſtum, eumque
fuiſſe refert, Ædilem Curulem, Prætorem, Con-
ſulem, Decemvirum ſacris faciundis, & Trium-
phalem. Alter Cn. Octavius ſuperioris, ut credi- II.
tur, filius Conſul fuit cum T. Annio Luſco ann.
DCXXV. Tertius eodem prænomine infelicem III.
Conſulatum geſſit cum L. Cornelio Cinna anno
DCLXVI. nam licet ſeditione cum collega orta,
cum ex urbe abrogato ei magiſtratu ejecerit, & in
ejus locum ſuffectus fuerit L. Cornelius Merula
Flamen Dialis: Cinna tamen cum C. Mario exu-
le, magnoque exercitus advocato urbem ingreſ-
ſus eſt, & Octavium collegam, M. Antonium, L.
& C. Cæſares occidi juſſit. Merula quoque Dialis
Col. & Q. Catulus, & P. Craſſus Marci divitis pa-
ter ſibi manus intulerunt, ut crudeliorem mortem
effugerent. Quartus Cn. Octavius M. F. Cn. N. IV.
proditur a Verrio, qui cum C. Scribonio Curione
Conſul fuit ann. DCLXXVII. Hunc magnos cru-
ciatus fortiter pertuliſſe, cum omnes ejus artus ar-
dere viderentur, Cicero lib. II. *de finibus* refert.
Poſtremus L. Octavius Cn. F. Cn. N. anno proxi- V.
mo Conſul fuit cum C. Aurelio Cotta. Apud Li-
vium primus Prætor Cn. Octavius, qui anno pro-
ximo Ædilis plebis fuerat, Sardiniam provinciam
optinuit ann. DXLVIII. naveſque onerarias
LXXX. Pœnorum cepit. Sed biennio poſt cum
CC. onerariis; & XXX. longis navibus ex Sicilia
in Africam trajiciens adverſa tempeſtate claſſem
amiſit. Hunc exiſtimo patrem fuiſſe ejus, qui pri-
mus ex hac familia Conſul factus eſt. Redeo nunc
ad Auguſti majores. Proavus Auguſti ſecundo bello
Punico ſtipendia in Sicilia Tribunus militum fecit
Æmilio Papo Imperatore. Avus Velitris locuples
conſenuit, quidam argentarium fuiſſe dixerunt.

Pa-

Pater, ut ex titulo ejus ſtatuæ didicimus, Tribunus militum fuit bis, Quæſtor Ædilis plebis cum C. Toranio, quem tutorem filio ſuo reliquit, a quo Triumviro proſcriptus eſt. Judex etiam quæſtionum fuit, & Prætor, & Proconſule Imperator appellatus eſt ex provincia Macedonia Beſſis, & Thracibus magno prœlio fuſis, fudit quoque in itinere fugitivos, qui agrum Turinum occuparant, quamobrem fortaſſe filio cognomen Turini, dum puer eſſet, hæſit, quamvis M. Antonius proavum ejus Reſtionem ex agro Turino libertinum exprobaret, eaque de cauſſa identidem eum *Turinum* appellaret. *Reſtionis* cognomen Antiorum familiæ fuit. Apud Dionem, & Xephilinum *Cæpias* non ſine mendo ſcriptum cognomen Auguſti eſt. Pater, dum ad petitionem Conſulatus venit, Nolæ mortuus repentino eſt in eodem cubiculo, in quo poſtea Auguſtus filius, quem tum quadrimum reliquit anno DCXCIV. Uxores duas habuit Anchariam, ex qua Octavia major, & Attiam M. Attii Balbi, & Juliæ C. Cæſaris poſtea Dictatoris ſororis filiam, ex qua Octavia minor, & Auguſtus nati. Balbus paterna ſtirpe Aricinus ex ſenatoria familia, quam Vergilius ab Æneæ comitibus ortam ſignificat illis verſibus:

Alter Atys, genus unde Atii duxere Latini,
Parvus Atys pueroque puer dilectus Julo.

Maternum Balbi genus Cn. Pompejo magno propinquum fuit. De Octavia minore nihil accepimus. Octaviam majorem C. Marcellus duxit, ex qua tres liberos procreavit, & M. Marcellum generum Auguſti, & filias duas. Mortuo Marcello M. Antonio Triumviro intra decem menſes nupſit, & ex eo duas Antonias peperit. Major Neronis Auguſti avia fuit, minor Tiberii Claudii Auguſti mater C. Cæſaris Caligulæ avia, Neronis Auguſti proavia. Octavia porticus theatro Marcelli proxima ab hac Octavia majori ſorore Auguſti facta eſt. Laudavit aviam Juliam mortuam Auguſtus annos natus duodecim, matrem Attiam amiſit in primo conſulatu viginti annos natus, Octaviam ſororem poſt XXXIV. ann. Attia mater L. Marcio Philippo Conſulari viro nupſit, ex quo liberos ſuſcepit, ut Dion ſignificat. Octavia quoque appellata eſt Tiberii Claudii Auguſti, & Meſſallinæ filia Neronis Auguſti uxor, a quo occiſa eſt. Præter hos laudantur a Cicerone *in Bruto* M. Octavius Ti. Gracchi in tribunatu plebis collega, qui dum perſeveraret in interceſſione adverſus leges Sempronias, quas Gracchus ferebat, ei abrogatus eſt Tribunatus ann. DCXX. Alter M. Octavius Cn. F. qui tantum auctoritate, dicendoque valuit, ut idem ſcribit, ut legem Semproniam frumentariam C. Gracchi populi frequentis ſuffragiis abrogaverit. Cædes C. Gracchi poſt XII. annos fuit, quam Tiberii fratris Tribunatus & cædes. Sed eodem an alio anno hic M. Octavius eam legem abrogaverit, nobis incertum eſt. Tertius M. Octavius M. F. laudatur a Cicerone, ut optimus Senator cum M. Catone patre & Q. Catulo filio. Sed & L. Octavius Balbus juris conſultus Senator tam in *Verrinis*, cujus quæſtionis in conſilio fuit, quam etiam in *Cluentiana*, in qua tamen P. dicitur, maximis laudibus extollitur. Et in eiſdem *Verrinis* M. Octavius Ligus *ſenator ornatiſſimus* dicitur *loco, ordine, nomine, virtute, ingenio, & copiis*. Antiquiſſimus Octavius Mamilius Tuſculanus, qui genus ab Ulyſſis filio Tuſculi conditore ducere ſe jactabat, Superbi Regis gener, a quo Mamilia gens Romæ orta. Sed mihi is *Octavus Mamilius* dicendus videtur, ut ſimile prænomen ſit Quincto, & Sexto, & Decimo a numero liberorum; & ut ab illis *Quinctia*, *Sextia*, *Decia ac Decimia* familiæ deducuntur, ſic ab *Octavo* prænomine *Octavia* gens eſt.

PAPIRIA.

PAPIRIA gens, quam veteres *Papiſiam* vocabant, & patriciorum & plebejorum fuit. Patricii, quos Cicero minorum gentium fuiſſe teſtatur, his cognominibus diſtinguuntur: Mugillani, Craſſi, Curſores, Maſones. Plebeii Conſulares Carbones tantum fuerunt, non Conſulares alii, ut Turdi, Pæti, atque alii minus frequentes. Patricii multi inſignes viri, & qui ab ipſis initiis libertatis ad annum DXXIII. annis trecentis fere clariſſimi floruerunt. Plebeii Carbones viri Seditioſi, & partium minus bonarum habiti ſunt extremis temporibus Reipublicæ, quibus jam omnia bellis civilibus, & ambitione, ac dominandi cupiditate flagrabant. Antiquiſſima Papiſiorum memoria eſt apud Pomponium, qui refert Sextum Papiſium aut Publium, temporibus Superbi Tarquinii Regis leges Regias collegiſſe, eumque librum *jus Papirianum* a poſteris appellatum. Sed & ab aliis, quo anno Reges exacti ſunt, & C. Papiſius Pontifex Maximus, & Manius Papiſius Rex ſacrorum primus appellatur: & poſt annos IX. M. Papiſium item Pontificem Maximum Aſconius, quem Livius Q. *Fuſium Fuſium* appellet. Mugillani tres Conſulatus, & Tribunatus militares cum Conſulari poteſtate totidem, & cenſuram conſecuti ſunt. Primus L. Papiſius anno poſt Romam conditam CCCIX. cum L. Sempronio Atratino Conſul ſuffectus fuit Tribunis Militum, qui eo anno primum cum Conſulari poteſtate creati cœpti, quod vitio creati ſore dicerentur. Cenſor anno proximo cum eodem factus eſt, quem veteres *Magiſtrum morum* dicebant, ut Conſulem *Prætorem* prius, & poſtea *Judicem*, ac *Dictatorem Magiſtrum populi*. Hi primi Cenſores quinquennio fuerunt, luſtrumque fecerunt undecimum. Id munus a Rege Ser. Tullio quater adminiſtratum, Sexies, a Conſulibus fuit. Iterum Conſul fuit cum C. Servilio Ahala ann. CCCXXVI. Cicero unius tantum Conſulatus collegæ Atratini mentionem facit, eumque geſſiſſe refert anno CCCXII. eodemque eoſdem Cenſores ſimul fuiſſe, & ab hoc ad L. Papirium Craſſum Dictatorem tredecim ſellam curulem Papiſios obtinuiſſe. Hunc eundem invenio Interregem fuiſſe ann. CCCXXXIII. Alter L. Mugillanus Tribunus Militum fuit biennio ante eum annum, qui fortaſſe II.
idem Interrex fuit. Tertius M. Mugillanus bis Tribunus Militum fuit annis XXXV. & XXXVII. III.
ſupra trecenteſimum, & Conſul quinquennio poſt Tribunatum poſteriorem cum C. Nautio Rutilo. Occiſus eſt urbis a Gallis captæ ann. CCCLXIII.

eum in Sella curuli ſedenti Gallis barbam prius de-
mulcere cœpiſſet, iſque Scipione eburneo Gallum
percuſſiſſet. Hunc Manium Papirium Plutarchus
appellare videtur, licet mendoſe *Martus* ſcriptum
∴II.∴ ſit. Craſſi novem ſunt conſecuti quinque Conſula-
tus, Tribunatus Militares quatuor, Dictaturas
duas, Cenſuras, & Magiſteria equitum totidem.
I. Primus Marcus ſive Manius Papiſius Coſ. fuit
II. cum C. Fuſio Pacilo ann. CCCXII. Sequitur L.
Craſſus bis Conſul, & Cenſor, priorem Conſula-
tum geſſit cum M. Cornelio Maluginenſi quin-
quennio poſt ſuperiorem, & poſt quinquennium al-
terum otioſum poſteriorem geſſit cum L. Julio Ju-
lo. Cenſor fuit anno CCCXXXV. luſtrumque fe-
cit XIV. ejus collega incertus eſt. Hunc ſuperioris
III. filium fuiſſe ex fragmentis Verrii ſuſpicantur. Ter-
tius C. Craſſus Tribunus Militum fuit cum Con-
ſulari poteſtate anno CCCLXIX. quo & M.
Manlius Capitolinus necatus eſt, & Ariſtoteles
IV. philoſophus natus, ut Gellius affirmat. Quartus
biennio poſt Tribunus etiam militum fuit Sp. Craſ-
V. ſus cum L. Papiſio Craſſo. Hos ſequitur alius *L.*
Craſſus Sp. F. C. N. a Verrio Flacco dictus, ut Spurii
VI. Craſſi filium, Caii Craſſi nepotem, de quibus paullo
ante diximus, fuiſſe ſuſpicemur. Hic Tribunus mi-
VII. litum fuit ann. CCCLXXXIV. Ventum eſt ad
illum L. Papirium Craſſum, qui primus eſt *Papi-*
ſius vocari deſitus, ut Cicero teſtatur. Hunc L.
F. M. N. Verrius appellat, illius fortaſſe L.
Craſſi filius fuit, quem quincto loco retulimus.
Hic & Dictator, & Magiſter equitum & Cenſor &
bis Conſul fuit. Nam cum Prætor eſſet anno
CDXIII. Dictator rei gerundæ cauſſa factus. Ma-
giſtrum equitum dixit L. Papirium Curſorem, de
quo paullo poſt agemus: quadriennio poſt Conſul
fuit K. Duilio iterumque cum L. Plautio Venno-
ne poſt ſex annos, & Cenſor anno CDXXXV.
cum C. Mænio, luſtrum fecerunt XXV. tunc Ou-
fentina, & Falerna tribus auctæ, & Mæniana ædifi-
cia ab Mænio Cenſore nomen acceperunt. Is enim
primus in foro ultra columnas tigna projici juſſit,
ut ſuperiora ſpectacula ampliora fierent. Magiſter
equitum fuit ſuffectus Q. Fabio Rulliano, cui im-
perium abrogavit L. Papirius Curſor Dictator,
propterea quod pugnam adverſus Samnites commi-
ſerit contra ejus imperium eo abſente, quamvis vi-
ceris. Erat is annus CDXXVIII. & annum pro-
ximum idem Dictator, & Magiſter equitum ſine
VIII. Conſulibus egerunt. Eiſdem temporibus M. Craſ-
ſus Dictator rei gerundæ cauſſa Magiſtrum equitum
IX. dixit P. Valerium Poblicolam ann. CDXXI. Po-
ſtremus L. Papirius, qui a Verrio T. Manlio Di-
ctatori Magiſter equitum fuit anno CDXXXIII.
comitiorum, ut credimus, cauſſa. Hunc tamen
Craſſum fuiſſe, & L. F. L. N. nobis incertum eſt.
∴III.∴ Mugillanos, & Craſſos Curſores ſequuntur. Hi
quatuor fuerunt, Dictaturis, & Magiſteriis equi-
tum duobus Conſulatibus ſeptem, Tribunatibus mi-
litaribus tribus, Cenſuris duabus, & triumphis
I. quinque honorati. Primus L. Papiſius Cenſor cum
C. Julio Julo, & eo mortuo cum M. Cornelio
Maluginenſi anno CCCLXI. luſtrum intra
XVIII. menſes fecerunt ſeptimum decimum. Sed
cum biennio poſt urbs capta fuiſſet, religioni fuit
Cenſori mortuo alterum ſufficere, quod a ſuffecto
luſtrum conditum ita infelix tunc fuiſſet, quaſi ve-
ro id Galli expectaſſent, ut ante Allienſem pu-
gnam id luſtrum conderetur. Sic etiam dies atri fue-
runt omnibus rebus agendis poſtridie Kalendas,
Nonas, & Idus, quod Allienſis pugna cum Gallis
poſtridie Idus Quinctiles commiſſa foret. In tantis
tenebris gens illa verſabatur. Sed ad L. Craſſum re- II.
deo. Tribunus militum bis idem fuit anno
CCCLXVI. & LXVIII. Quinquennio poſt Sp. III.
Fuſio, quem patrem L. Curſoris quinquies Con-
ſulis eſſe ſuſpicantur. Quod non rejicio. Is enim Sp.
F. L. N. teſte Verrio fuit. Idem Dictator bis, ter
triumphalis, & Magiſter equitum fuit, fortiſſimus
vir, & veteris diſciplinæ ſeverus obſervator, quem
non dubitat Titus Livius Alexandro Magno, qui
eodem tempore viſit, conferre, excepta ſingulari
illa felicitate, & regni faſtigio. Sed magnis ſcripto-
ribus omnia licent, dum patriam præſertim exor-
nant. Magiſtrum equitum fuiſſe L. Papirio Craſſo
Dictatori ann. CDXIII. antea diximus Prætorem
fuiſſe exiſtimo ann. CDXXI. ejuſque lege Acerranis
civitatem eſſe datam ſine ſuffragio: poſt annos dein-
de ſex Conſul fuit cum C. Pœtelio Libone Viſolo:
iterum anno deinde proximo Dictator rei gerundæ
cauſſa duos Magiſtros equitum habuit inſignes vi-
ros Q. Fabium Rullianum, & L. Papirium Craſ-
ſum, qui antea Dictatori Magiſter equitum fue-
rat. In Fabium iratus, quod abſente eo, & interdi-
cente prœlium commiſerat, more majorum ani-
madvertere voluit, exercitu primum, deinde Sena-
tu veniam impetrante vix ceſſit. Annum ſine Con-
ſulibus alterum in Dictatura exegit, & tertio Nonas
Martias ann. CDXXXIX. de Samnitibus trium-
phum egit. Triennio mox interjecto biennium ite-
rum, & tertio Conſul fuit cum Q. Publilio Philo-
ne III. & cum Q. Aulio Cerretano II. Collegiis:
iterumque de Samnitibus Conſul tertium X. Kal.
Sept. ann. CDXXXIV. triumphat. Quadriennio
poſt cum eodem Philone quartum Conſulatum ge-
rit. Collega item quartum Conſule, quod tum pri-
mum viſum eſt, neque umquam alias, ut opinor,
vigente Republica accidit. In quinto Conſulatu col-
legam habuit C. Junium Bubulcum Brutum II. in-
ter quinctum, & quartum conſulatum annus tan-
tum interjacet. Mox quadriennio poſt iterum Di-
ctator eundem C. Bubulcum iterum Magiſtrum e-
quitum habuit, is etiam annus Conſulibus caruit,
& tertio triumphum egit de eiſdem Samnitibus I-
dibus Octobris ann. CDXLIV. Hujus filius L. Pa- IV.
pirius L. F. Sp. N. Curſor Magiſter equitum fuiſ-
ſe dicitur L. Cornelio Lentulo Dictatori rei gerun-
dæ cauſſa an. CDXXXIII. & Conſul poſt XXVII.
annos cum Sp. Carvilio Maximo de Samnitibus
triumphum egit Idib. Febr. ann. CDLX. Hic æ-
dem Quirini, quam pater voverat, dedicavit, & ho-
ſtium ſpoliis exornavit, & in ea Solarium horolo-
gium tunc primum Romæ viſum ſtatuit. Prætor
anno proximo poſt Conſulatum fuit, ut Livius te-
ſtatur, qui Sp. Papirii fratris conſulis filii mentio-
nem facit, dum de ementitis auſpiciis in prœlio re-
nuntiatis commemorat: Cenſor cum Manio Curio
Dentato fuit, ut Frontinus refert, ſed quo anno
incertum eſt; ſunt, qui putent ann. CDLXV. lu-
ſtrum-

ſtrumque feciſſe XXXI. iterum Conſul cum Sp.
Carvilio II. poſt XVI. iterum triumphum egit de
Tarentinis, Lucaneis, Samnitibus, Bruttieiſque.
Curſoris cognomen Livius L. Papirium patrem ve-
locitate curſus aſſecutum teſtatur, ſed nos majori-
.IV. bus hæſiſſe animadvertimus. Maſones multos fuiſſe
poſt L. Maſonem Ædilicium Cicero auctor eſt,
nos unum Conſularem agnoſcimus C. Papirium C.
F. L. N. collegam M. Pomponii Mathonis, qui
de Corſeis Coſ. III. Nonas Martias ann. DXXII.
in monte Albano primus ſuis ſumptibus myrtea co-
rona cinctus triumphum egit. Hunc exiſtimo Pon-
tificem minorem mortuum fuiſſe ann. DXL. quo
etiam anno C. Maſo L. F. Decemvir ſacrorum
mortuus eſt. Hic poſt triumphum fonti delubrum
dedicavit, ut Cicero lib. III. *de natura Deorum*
refert. Hujus cognominis origo mihi incerta eſt.
Sed arbitror *Maſones* quaſi *Manſones* dictos a
mandendo ut *edones*, *comedones*, *gulones*, *epu-
lones*: fieri etiam poteſt, ut *amari* dicantur, quod
male fortaſſe dictum prius, ut *aſa* pro *ara*, *eſo* pro
ero, & *Fuſii*, *Valeſii*, *Papiſiis* pro *Papiriis Vale-
riis Furiis*. Inde etiam P. Vergilii cognomen *Ma-
ro*, quod alios optinuiſſe non memini. Maximum
ornamentum acceſſit huic familiæ, cum Papiria
hujus C. Maſonis filia L. Æmilio Paullo ter
triumphali nupſit, quorum filii duo, filiæ tres fue-
runt, filii Corneliæ, & Fabiæ familiis per adoptio-
nem inſerti ſunt. Namque P. Cornelius Scipio
Æmilianus, poſtea Africanus minor alter eſt, alter
Q. Fabius Maximus Æmilianus. Filias in Æmilia
retulimus. Apud Livium invenio L. Maſonem
.V. Prætorem urbanum fuiſſe anno DLXXVII. Car-
bones, quos ſolos plebejos Conſulares libertatis
Reip. tempore invenimus, tres tantum fuerunt.
I. Primus C. Carbo vir maximi ingenii, & eloquen-
tiæ Tribunus plebis fuit anno DCXXIII. legem
promulgavit de Tribunis reficiendis, quam diſſua-
ſit minor Africanus, & C. Lælius, qui optinue-
runt, ne lex reciperetur. Sed Africanus anno pro-
ximo mortuus domi ſuæ inventus eſt, non ſine ſu-
ſpicione dolo malo Carbonis interemptum. Le-
gem tabellariam pertulit de jubendis legibus, ac
vetandis, & Triumvir agris dividendis cum C.
Graccho, & Fulvio Flacco fuit. Conſul mox cum
P. Manilio ann. DCXXXIII. L. Opimium inter-
fectorem C. Gracchi Conſul defendit. Ita varius,
& inconſtans fuit, ut modo popularis, modo in
partibus optimantium eſſe diceretur. Sed & a L. Li-
cinio Craſſo maximo oratore tunc annos nato
unum & viginti accuſatus eſt proximo anno poſt
Conſulatum, & cantharidas ſumpſiſſe Cicero re-
fert, ne damnaretur. Hujus filius C. Carbo in Gal-
liam profectus, ut ſpecularetur, quæ L. Craſſus
perperam in provincia ageret, magno tamen ille
animo inimici filio locum in tribunali aſſignavit,
II. & nihil, niſi eo in conſilium adhibito decrevit. Al-
ter Conſularis Cn. Carbo fuit collega C. Metelli
Caprarii ann. DCXL. Is a Ximbreis cum exercitu
III. fuſus, fugatus eſt. Tertius ter Conſul fuit collega
L. Cornelii Cinnæ in tertio, & quarto Conſulatu,
& C. Marii Caii ſepties Conſulis filii, cum enim
morte C. Marii patris L. Cinna Conſul iterum in
urbe ann. DCLXVII. tyrannidem exerceret, in
proximum annum ſe, & Cn. Carbonem Conſules
deſignavit, cumque anno vertente Conſules crea-
ri oporteret, eoſdem Conſules edidit. Sed cum is
quartum Conſul ab exercitu fuiſſet occiſus, ſolus
Cn. Carbo nullo ſuffecto collega Conſulatum geſ-
ſit. Tertium poſtea Conſulatum anno interjecto
cum C. Mario, ut diximus, iniit. Sed adventu
Syllæ hoſtis Italiam deſerere coactus eſt, & perſe-
quente Cn. Pompejo Lilybæi in Sicilia occiſus
Conſul eſt in ſecreto, turpique loco, dum ven-
trem exonerare ſe ſimulat, ut vitam prorogaret:
eodem anno Conſulis fratrem C. Carbonem Præ-
torium L. Licinius Damaſippus juſſu C. Marii
Coſ. interimi curavit. Hos fratres Cn. filios, C.
nepotes fuiſſe Verrius auctor eſt. Patrem a M. An-
tonio maximo illo oratore accuſatum ſutorio atra-
mento abſolutum Cicero in Epiſtula ad L. Papi-
rium Pætum ſcribit. In eadem tres fratres enume-
rantur Cajus, Cnæus, & Marcus Carbones: ex
his Marcum repetundarum redeuntem ex Sicilia a
P. Flacco accuſatum, Cajum a L. Craſſo ut antea
ſcripſimus: Cnæum exiſtimo non eum eſſe, quem
Cn. Pompejus interfecit, ſed quem M. Antonius
accuſavit, & fortaſſe is eſt, quem fuſum a
Cimbreis Conſularem diximus, ut illi duo Conſu-
lares C. & Cn. fuerunt C. filii, & ex Cn. alter Cn.
ter Conſul natus ſit. Alii quoque Carbones enume-
rantur a Cicerone nobis ignoti, Cn. Carbo, & fra-
ter ejus ſcurra, & Rubriæ filios, qui tunc vivebat,
atque amicus ejus erat. Omnes contemnendos eſſe ju-
dicat, neminem qui laudari poſſe præter eum, quem
Damaſippus occiderit. In *Verrinis* C. Verrem
Quæſtorem Cn. Carbonis ter Conſulis fuiſſe, eum-
que Arimini deſeruiſſe, & ad Syllam tranſiiſſe cri-
minatur. Ante hos omnes C. Carbo Prætor Sardi-
niam provinciam optinuit ann. DLXXXV. cujus
filius, aut nepos fortaſſe, is eſt, qui primus ex hac
familia Conſul a nobis commemoratur. Aliorum
Papiriorum ex plebe antiqua memoria extat, ut L.
Papirii fœneratoris, cujus cognomen vel nullum
fuit, vel dedita opera ab hiſtoricis omiſſum eſt. Is in
C. Publilium nexum a patre ob æs alienum verbe-
ra admonuit: quamobrem lege cautum eſt, ne poſt-
ea necterentur anno poſt Romam conditam
CDXXVII. & ante ſex & viginti annos, Quinque-
virum menſalem M. Papirium creatum invenio,
cumque tres collegæ plebei fuerint, unus Æmi-
lius, qui patricius eſſe potuit, incertum eſt, an is
quoque plebejus fuerit. Papiriam tribum ruſticam
fuiſſe certum eſt, cauſam nominis ignotam. *Vapula
Papiria* vetus proverbium cur diceretur, a Feſto di-
ſcere poteris. Sub Ceſaribus tres tantum Conſules
invenio Papirios Ælianos. Primus cum M. Eggio
Marullo N. Papirius Coſ. fuit ann. CMXXXVI.
Alter Ælianus triennio poſt cum Julio Criſpino,
quem Papirium fuiſſe incertum eſt. Hi duo tempo-
ribus Commodi Imp. Tertius ſub Alexandro cum
Maximo Conſul fuit ann. CMLXXVI. Sed hic
quoque incertus eſt.

P I N A R I A.

Pinariæ gentis originis duplex eſt fama: alii
eos ante urbem conditam hoſpites Herculis fuiſſe,
& ab eo cum Potitiis, qui in ſacrificiis ſunt prælati

Pinariis, ſacerdotes conſtitutos; cum ad aram, quæ
poſtea *maxima* dicta eſt, decimam boum, quos ex
Hiſpania attulerat, ſacrificaſſet: alii a Pino Numæ
Regis filio ortos. Patricios fuiſſe conſtat cognomen-
to Mamercinos, Rufos, & Nattas. Ex quibus duo
tantum Conſules fuerunt, unus Tribunus militum
Conſulari poteſtate, unus quoque Magiſter equi-
I. tum fuit. Primus P. Rufus cum C. Julio Julo Con-
ſul fuit anno poſt Romam conditam CCLXIV.
II. Hunc etiam *Mamercinum* quidam appellant. Alter
L. Rufus Mamercinus Coſ. fuit ann. CCLXXXI.
cum P. Fuſio Fuſo Medullino. Hunc ſuperioris fi-
III. lium fuiſſe credibile eſt. Tertius eiſdem nominibus
Tribunus militum fuit ann. CCCXXI. cum L. Fuſio
IV. Medullino & Sp. Poſtumio Albo Regillenſi. Quar-
tus L. Natta Magiſter equitum fuit L. Manlio Ca-
pitolino Imperioſo Dictatori clavi figendi cauſſa
ann. CCCXC. Poſt XIV. annos L. Pinarium Præ-
torem fuiſſe invenio, cujus cognomen ignoramus:
& ann. DLXXII. M. Pinarius Puſca Prætor Sardi-
niam optinuit, & in ea hoſtes vicit & ann.
DXXXIX. L. Pinarius in Sicilia præfectus a M.
Marcello Coſ. Ennæ urbi, ne Carthaginenſibus
proderetur, oppidanos a militibus trucidari curavit.
Denique apud Ciceronem L. Pinarius Natta Pon-
tifex frater uxoris P. Clodii Pulchri auctor fuit ado-
ptionis a P. Fontejo facta ejuſdem Pulchri, ut Tri-
bunus plebis creari poſſet. Eundem privignum fuiſ-
ſe ait L. Licinii Murenæ Conſularis.

Plautia.

Plautia gens plebeja quidam fuit, ſed Con-
ſularibus octo, triumphis duobus, Cenſura, & Ma-
giſterio equitum ante Auguſtum ornata: cognomi-
na hæc habuit: Proculus, Venno, Venox, Decia-
I. nus, Hypſæus, Silvanus. Primus C. Proculus,
quem P. F. P. N. appellat M. Verrius, ann. urbis
CCCXCV. Conſul fuit cum C. Fabio Ambuſto:
& Idibus Maii triumphum egit de Herniceis: bien-
nio poſt Magiſter equitum fuit C. Marcio Rutilo
primo plebejo Dictatori rei gerundæ cauſſa, qui de
II. Tuſceis tunc egit triumphum. Alter C. Plautius
cum T. Manlio Torquato Conſul fuit ann. CDVI.
quem *Vennonem*, ſive *Venocem* appellant nonnul-
li. Sed Flaccus Verrius, & Frontinus *Venocis* co-
gnomen poſtea Cenſori impoſitum eſſe affirmant.
Iterum Conſul fuit ſexto poſtea anno cum L.
III. Aimilio Mamercino. Tertius L. Venno L. Pa-
pirii Craſſi in ſecundo Conſulatu Collega fuit
anno CDXXIII. tum domus diruta M. Vitru-
vii Vacci Fundani in Palatio, quod cum Fun-
danis & Privernatibus conjuraſſet: id ſolum poſt-
IV. ea *Vacci prata* dixerunt. Quartus anno pro-
ximo Conſul C. Plautius P. F. P. N. Decia-
nus Hypſæus cum L. Aimilio Mamercino ſecun-
do, de quo paulo ante diximus, quinque in hoc
honore *Privernas* appellatus eſt. Ambo autem
Conſules Kalend. Martiis de Privernatibus trium-
pharunt. *Hypſæi* cognomen Verrius omiſit, ex de-
nariis his litteris ſignatis nos addidimus. C. YPSÆ.
COS. PRIV. CEPIT. & in aliis C. HVPSÆ. COS. PREI-
VE. CAPTUM, quibus ſignificatur Cajus *Hypſæus*
Conſul Privernum cepit: & Cajo Hupſæo Con-
ſule Preivernum captum. *Deciani* cognomen oſten-
dit hunc adoptione ex Deciis ad Plautios perveniſ-
ſe, ſed cum prænomine a patre diſtinguatur; hic
enim *Cajus*, ille *Publius* dicitur: ſuſpicor *Decia-
ni* cognomen fuiſſe hereditarium, & patrem po-
tius, qui eodem prænomine eſt cum avo, adopta-
tum fuiſſe. Omnes enim adoptivos filios eo tempo-
re adoptantis prænomen, & nomen accepiſſe novi-
mus. Fuit eiſdem temporibus P. Decius Q. F. Mus
Collega T. Manlii Torquati in tertio Conſulatu
anno quadringenteſimodecimotertio: is qui pri-
mus ſe devovit pro Republ. Romana. Sequitur V.
C. Plautius C. F. C. N. qui Cenſor cum App.
Claudio Cæco fuit anno quadringenteſimoquadra-
geſimoprimo, & propter venas aquarum ab eo re-
pertas, aqua quidem *Appia* ſive *Claudia* dicta eſt.
Plautius autem *Venox*. Hic a collega deceptus eſt,
nam cum finxiſſet ſe velle poſt decem & octo men-
ſes abſtinere munere Cenſuræ, at ceteros Cenſo-
res, poſt abdicationem Plautii variis artibus uſus
Appius viam Appiam, & aquæductum perfecit.
Conſul Plautius hic Venox fuerat anno quadrin-
genteſimovigeſimoquincto cum P. Cornelio Sca-
pula Scipione. Sunt qui *Venocem* antea cognomen-
to Proculum dictum fuiſſe contendant, & præno-
mine *Publium*, nos Verrii cenſuram ſecuti ſumus.
Ex his apparet tres Plautios tribus continuis annis
Conſulatum optinuiſſe nemine alio plebejo interje-
cto L. Vennonem, C. Decianum, & C. Venocem.
Sextus Conſularis L. Venno fuit, quem Verrius VI.
L. F. L. N. appellat, ejuſque Collegam M. Fos-
lium C. F. Flaccinatorem anno quadringenteſimo-
trigeſimoquincto. Poſtremus M. Hypſæus Conſul VII.
fuit cum M. Fulvio Flacco anno ſexcenteſimo novige-
ſimooctavo longo quidem certe a ſuperioribus in-
tervallo. Medio tempore invenio Lucium. Plau-
tium Hypſæum Prætorem Hiſpaniam citeriorem
optinuiſſe anno quingenteſimoſexageſimoquarto.
Poſtea vero anno urbis ſeptingenteſimo P. Plautius
Hypſæus cum T. Annio Milone Q. Metello Sci-
pione Conſulatum tanta contentione petiiſſe tra-
ditur, ut in alterum annum comitia conſularia
fuerint dilata, quoad P. Cludius Pulcher, qui tum
etiam Præturam petebat, & Hypſæo favebat, a
Milone occiſus decimotertio Kal. Feb. cauſam de-
dit, ut Cn. Pompejus ſolus ex S. C. ab Interrege
V. Kal. crearetur: ejus Quæſtor idem Hypſæus fue-
rat, eique in petitione ſavebat, ſed damnato Milo-
ne Scipionem ſocerum collegam Kal. Sextil. acce-
pit. Sub Cæſaribus quinque Silvanos Plautios
Conſulares fuiſſe video, quorum unus bis Conſul
duo triumphalia ornamenta aſſecuti ſunt. Primus I.
M. Plautius M. F. A. N. ſeptemvir Epulonum in
Conſulatu Collega fuit Imperatoris Auguſti in de-
cimotertio Conſulatu anno urbis DCCLI. quo
anno Salus generi humani nato Chriſto Domino
exorta eſt, in titulo cujuſdam monumenti hujus
M. Silvani in Tiburtino agro reperio, quem Lar-
tia Cn. F. uxor, & A. Plautius M. F. Urgulanius
poſuerunt, adjectum eſt. Huic Senatus triumpha-
lia ornamenta decrevit ob res in Illyrico bene ge-
ſtas. Id optinuiſſe creditur ann. DCCLXI. Ejus
filium eundem illum A. Plautium fuiſſe arbitror,
cui

cui ovationem Tiberius Claudius Imperator decre-
vit ex Britannio redeunti anno plus minus
DCCXCVIII. Apud Tacitum eiſdem tempori-
bus invenio Plautium Silvanum Prætorem anno
DCCLXXVI. accuſatum apud Ti. Cæſarem a L.
Apronio ſocero, quod uxorem Aproniam præcipi-
tem egiſſet, atque ita interemiſſet, eique Urgula-
niam aviam pugionem miſiſſe, quæ ob amicitiam
Liviæ Auguſtæ plurimum eo tempore poterat,
Plautium fruſtra ferro temptato venas excidendas
præbuiſſe. Ejus priorem uxorem Numantiam,
quod veneficiis ei mentem abſtuliſſet, accuſatam
II. abſolutam fuiſſe. Alter Conſularis Ti. Plautius
M. F. M. N. Silvanus Ælianus bis Conſul fuit,
Priori Conſulatu ſuffectus ex Kal. Martiis ann.
DCCXCIX. ſub Ti. Claudio Imperatore poſte-
riori ex Kal. Julii ſuffectus cum Domitiano Cæſare
ſub Veſpaſiano poſt annos vigeſimumnonum
quamvis non ſatis certa ſint utriuſque tem-
poris conſulatus teſtimonia. Hunc ſuperioris
M. Silvani filium fuiſſe credimus, extatque
titulus, etiam in agro Tiburtino alterius mo-
numenti, ex quo apparet hunc in Præfectu-
ra urbis iterum Conſulem a Veſpaſiano Im-
peratore factum eſſe. Sed & Pontificem fuiſſe,
& ſodalem Auguſtalem, & Triumvirum Moneta-
lem, Quæſtoremque Ti. Cæſaris, legatum legio-
nis quintæ in Germania, legatum, & comitem
Claudii Cæſaris in Britannia, Proconſulem Aſiæ,
legatum proprætore Mœſiæ, & poſt alia ab eo ge-
ſta ita ſcriptum eſt: „ Hunc legatum in Hiſpa-
„ niam ad Præfecturam urbis remiſſum Senatus in
„ Præfectura triumphalibus ornamentis honoravit
„ auctore Imp. Cæſare Auguſto Veſpaſiano verbis
„ ex oratione ejus Q. I. S. S. hoc eſt, quæ infraſcri-
„ pta ſunt. Mœſiæ ita præfuit, ut non debuerit a
„ me differri honor triumphalium ejus ornamento-
III. „ rum“. Tertius M. Silvanus, qui cum M. Salvio
Othone, qui poſtea imperium tenuit, ex Kal. Ju-
liis ſuffectus eſt anno octingenteſimovigeſimo ſub
IV. Ser. Galba Imp. Quartus M. Silvanus cum M.
Annio Vero Pollione anno octingenteſimotriceſi-
V. motertio ſub Tito Veſpaſiani F. Conſul fuit. Quin-
ctus, cujus prænomen ignoramus, Conſul fuit cum
Sentio Augurino anno CMVIII. ſub Pio Aug.
Præter hos invenio P. Plautium Pulchrum Plau-
tiæ Herculanillæ uxoris Ti. Claudii Imp. fuiſſe
Triumphalis viri filium, & ab eodem Claudio
Cenſore inter patricios lectum, eundem Augu-
rem, Triumvirum Monetalem, & Quæſtorem
Ti. Cæſaris Auguſti quincto conſulatu. Plautia
Druſum, & Claudiam ex Claudio peperit, mox
ab eo repudiata multa adverſus eam criminato.
Filiam ante quinctum menſem divortii natam,
aliquejam cœptam exponi ante matris januam nu-
dam juſſit, cum a Liberto ſuo Botere conceptam
diceret. Druſus puer ludens a pyro ſtrangulatus
eſt. Antiquior his Plautius Rufus, qui in iis, qui
adverſus Auguſtum conjurarunt, enumeratur.
Conſularem quoque ſub Tiberio Cæſare invenio.
Q. Plautium Q. F. Lælianum, qui anno urbis
DCCLXXXVIII. poſt Chriſti mortem anno ter-
tio Conſul fuit cum Sex. Papinio Q. F. Gallieno.
Sub Nerone autem Plautius Lateranus Conſul ſuf-
fectus occiſus eſt ann. DCCCXVII. Ab eodem
Nerone An. Plautius nobilis puer, quod a matre
Agrippina diligeretur, & injuria affectus, & occi-
ſus eſt. Denique duos Plautios Quinctillos Con-
ſulares fuiſſe conſtat, alterum ſub Pio Auguſto
cum Statio Priſco ann. CMXI. alterum ſub Mar-
co, & Commodo poſt annos XVIII. cum eodem
Commodo Imp. quem etiam Augurem fuiſſe affir-
mant. Ad extremum addam Plautillam Auguſtam
M. Aurelii Antonini Severi filii Auguſti uxorem.
Plautiani Præfecti Prætorio, & bis ter Conſulis,
qui multum Severi temporibus potuit, filiam fuiſ-
ſe, ſed a genero ſocer, & a viro uxor, & frater
uxoris Plautus occiſi ſunt. Afer is fuit ſordidis nata-
libus ut Severus Imperator ejus vel propinquus,
vel municeps, & a pueritia carus. *Plautiorum* no-
men, ut aliarum quarundam familiarum a cogno-
mine *Plauto* ductum eſt, ſic *Planciorum* a *Plan-*
co, *Variorum* a *Varo*, *Juliorum* ab *Julo*. *Plauti*
autem ſive *Ploti* dicebantur, qui planis ſupramo-
dum pedibus eſſent, quamobrem M. Attius Sarſi-
nas Umber, cujus extant comœdiæ initio *Plotus*,
poſtea *Plautus* appellatus eſt. Hinc etiam Plotii
dicti ſunt, qui a *Plautiis* non diſtinguuntur, ut nec
a *Claudiis Clodii*. Sic *Paula Polla*, & *aula olla*,
& *plauſtrum ploſtrum*, unde *ploſtellum* dicitur.
Cn. Plotii Planci proſcripti a Triumviris Lepido,
Antonio, & Octaviano, a Paterculo mentio fit,
cujus frater L. Munatius Plancus Coſ. trium-
phum egit de Galleis cum M. Æmilio Lepido II.
ann. DCCXI. cumque diceretur uterque Conſul
fratrem proſcribendum curaſſe, celebratum eſt a
militibus carmen non infacetum *De Germanis*,
non de Galleis, *duo triumphant Conſules.* Hunc
proſcriptum odore unguenti detectum fuiſſe fe-
runt, cumque ejus ſervi torquerentur, ut indica-
rent dominum, & pernegarent, non paſſum ſervo-
rum fidelium cruciatus, & ſe jugulandum militibus
obtuliſſe. Eſt etiam celebris duorum Plautiorum
erga conjuges amor, M. Plautii, qui cum a Sena-
tu juſſus eſſet claſſem ſociorum ſexaginta navium
in Aſiam ducere, & Tarentum cum uxore Oreſtil-
la veniſſet, uxore illic defuncta cum eam in ro-
gum impoſitam oſculatur, ſtricto ferro ſe ipſum
interemit. Et ambo combuſti conjuges ſimul ſunt,
ſepulchrumque amantium id a Tarentinis poſtea
fuit appellatum. Necnon C. Plautii Numidæ, qui
morte uxoris audita, pectus gladio transfixit,
cumque a domeſticis curaretur, ruptis faſciis, &
diſciſſo vulnere periit. Laudandus quidem utriuſ-
que amor, ſed præter modum uterque dolore ve-
xatus eſt.

P O M P E J A.

Pompeja gens plebeja, ex qua nemo ante
annum ſexcenteſimum duodecimum Conſulatum
fuerat adeptus, poſtea Conſulatus ſex, triumphos
quatuor, Cenſuram unam conſecuta clariſſima
extitit. Eam Cn. Pompejus cognomento *Magnus*
præſtantiſſimus vir totius civitatis Romanæ illu-
ſtriorem reddidit, quem libertatis unicum aſſerto-
rem ac vindicem reſpublica habuit adverſus C. Cæ-
ſaris potentiam nimis excreſcentem, e qua ſupera- I.
tus cum ipſa libertate extinctus eſt. Primus Q.
Pom-

Pompejus, quem quidam *Rufum*, alii *Aufidium*, alii A. F. appellant, obſcuris parentibus natus, tibicinem patrem ei exprobrabant inimici, Conſulatum adverſus conatum Africani minoris, qui C. Lælio amico ſuffragabatur, adeptus eſt cum Cn. Servilio Cæpione anno ſupraſcripto. In Hiſpania victis Thermeſtinis, ſive Termantinis cum eiſdem, & Numantinis iniquum fœdus iniit. Cenſor fuit cum Q. Metello Macedonico ann. DCXXII. Luſtrum fecerunt ambo tum primum Cenſores plebei LIX. Multum dicendo potuit, & inimicitias cum clariſſimis viris Cæpionibus & Metellis geſſit: ejus orationes ut plenas prudentiæ Cicero laudat: ejus ex filia nepos fuit C. Sicinius, qui Quæſtorius mortuus eſt, & aliquem locum in patronorum numero
II. tenuit. Sunt, qui putant Q. Pompejum Q. F. Rufum, qui Conſul cum L. Cornelio Sulla fuit ann. DCLXV. illius Conſularis, & Cenſorii filium fuiſſe. Id nobis incertum eſt: certum vero ejus filium Q. Rufum duxiſſe Corneliam L. Sullæ alterius Conſulis filiam, ex qua Q. Rufum, & Pompejam C. Cæſaris C. F. uxorem ſuſcepit. Sed gener Sullæ eodem anno a C. Mario, & ipſe Rufus Conſul ab exercitu Cn. Pompeii Strabonis, quem invito Senatu obtinebat, in ſacrificio occiſus eſt. Pompejam Cæſar dimiſit, cum comperiſſet P. Clodium Pulchrum domi ſuæ muliebri veſte deprehenſum, dum ſacra Bonæ deæ in ejus domo fierent. Teſtis in Clodium productus dixit ſe nihil ſcire, & divortium feciſſe, quod uxorem Cæſaris ſuſpicionibus non minus, quam criminibus carere oporteret. De Cn. Strabone patre Cn. Magni nunc dicendum eſt.
III. Hunc Verrius Flaccus Sex. F. Cn. N. appellat. Ejus frater Sextus & ut juris peritiſſimus, & ut optimus philoſophus laudatur Stoicæ diſciplinæ & Geometriæ ſcientiæ deditus. Prænomen patris ſimile oſtendit majorem fuiſſe Strabone fratre: honoribus videtur prætuliſſe earum rerum, quas diximus, ſcientiam. Strabo bello Marſico Prætor a Picentibus victus, mox Conſul eoſdem aliosque vicit VI. Kal. Jan. ann. DCLXIV. de Aſculaneis Picentibus triumphum egit: ejus collega fuit L. Portius Cato, qui in prœlio occiſus eſt. Multæ Tranſpadanæ Coloniæ ab eodem deductæ ſunt, quibus jus Latii dedit, ut qui in eis magiſtratus gererent, jus civitatis Romanæ adipiſcerentur. Biennio poſt Conſulatum bello civili Octaviano, dum utramque partem fovet, utriſque inviſus fulmine ictus interiit. Ex Lucilia uxore Senatoria familia orta, fratre C. Lucilii poetæ, cujus Satyræ veteribus placuerunt, natu Cn. Pompejum, & Pompejam C. Memmii uxorem ſuſcepit. C. Memmius Quæſtorius vir C. Memmium Tribunum plebis procreavit, qui ex Fauſta Sullæ Dictatoris filia tertium. C. Memmium ſuſcepit, cujus in
IV. oratione *pro Scauro* ab Aſconio fit mentio. Cn. Pompejus annos natus tres & viginti Sullanas partes ſecutus, exercitu privato conſilio ex agro Piceno propter paternas clientelas ei addicto coacto, ad Sullam redeuntem in Italiam venit, a quo magno honore ſuſceptus eſt. Ei enim ſoli ex equo deſcendere, caput aperire, & aſſurgere ſolitus, cum omnes Marianos ex Italia profligaſſet, ut reliquias perſequeretur, in Siciliam adverſus Cn. Carbonem Conſulem, in Africam adverſus Cn. Domitium Ahenobarbum, in Galliam Togatam adverſus M. Brutum Bruti Cæpionis patrem, & poſtea in Hiſpaniam contra Q. Sertorium, & M. Perpernam miſit. Hos omnes vicit, & interfici curavit. Triumphum bis eques Romanus egit, nullo prius honore publico ſuſcepto a populo, ex Africa de Hiarba Mauretaniæ Rege ann. DCLXXII. & decennio poſt ex Hiſpania pridie Kal. Jan. Conſul deſignatus in proximum annum cum M. Licinio Craſſo: eodem tempore Tribuniciam poteſtatem a L. Sulla Dictatore deminutam reſtituit, hoc eſt ut concilium habere, & plebem rogare Tribunus plebis poſſet: Sulla enim intercedendi tantum poteſtatem reliquerat. Poſt Conſulatum in Aſiam profectus Mithradatem, & Tigranem Reges domuit, multaſque barbaras nationes ſubegit: de quibus omnibus & de piratis biduo triumphavit tertio & pridie Kalend. Octob. decennio poſt alterum triumphum, hoc eſt anno DCXCII. pridie & die natalis ſui. Sexto deinde anno iterum Conſul cum eodem M. Craſſo collega fuit. Tertium Conſulatum ſine collega occiſo P. Clodio a T. Annio Milone, novo more a Senatu accepit, V. Kal. Mart. ann. DCCI. ſed Kal. Sextilibus Q. Metellum Scipionem ſocerum collegam habuit. Hujus filia uxor ejus quinta fuit nomine Cornelia, quæ prius P. Craſſo M. Craſſi collegæ ejus filio nupſerat. Duxit adoleſcens Antiſtiam P. Antiſtii viri prætorii filiam, & Calpurniæ L. Beſtiæ filiæ. Hanc duxit ut ſocero gratificaretur, qui de magna re pecuniaria ejus judex erat: peculatus enim, ſive de reſiduis accuſatus fuiſſe dicitur propter patris rapinas eo mortuo, & defenſus a Q. Hortenſio. Abſoluto eo plerique adoleſcentes Thalaſſium acclamaverunt, ut in nuptiis tunc ſolebat. Antiſtiam dimittere coactus eſt, ut Sullæ privignam ex altero viro gravidam duceret Æmiliam. M. Scauri principis Senatus filiam, & Metellæ uxoris Sullæ Dictatoris parentes Antiſtiæ tragœdiæ argumentum fuerunt: namque patrem L. Licinius Damaſippus necari juſſit. Calpurnia audita viri cæde, & divortio filiæ ſe ipſam interemit: neque Æmilia diu læta his nuptiis fuit, ſed ex aborto periit. Mucia Tertia Scævolæ, cujus prænomen ignoramus, filia ſucceſſit, ex qua Magnus liberos procreavit, ſed eam ut parum pudicam etiam dimiſit, quam duxit M. Scaurus vir prætorius Æmiliæ alterius uxoris frater. Quarta uxor Julia fuit C. Cæſaris tunc Conſulis filia ex Cornelia Cinnæ quater Conſulis filia, quam Servilio Cæpioni collocatam abſtulit pater. Hæc dum vixit, vinculum conjunctionis inter Cæſarem, & Pompejum fuit, quo ſublato morte Juliæ ex abortu, & mox filiæ formidabilis Cæſar Pompejo effectus eſt. Is quoque dum timet damnationem, ſe non ſolum tutari, ſed etiam armis arreptis imperare civibus conatus eſt. Multa tunc Pompejum fefellerunt, neque enim credidit auſurum Cæſarem cum exercitu in Italiam venire, & majori exercitu putavit ſe oppreſſurum ejus conatus. Cum ea mira Cæſaris celeritate fuiſſent occupata, ex Italia cum magiſtratibus profugos magnam ex provinciis manum coegit. Victus tandem eſt ann. DCCIV. in acie Pharſalica, & in Ægyptum fugiens, ut Ptolemæi auxiliis bellum repararet, a Satellitibus Regis occiſus die proximo

poſt

poſt ejus natalem annos natus unde ſexagiuta in oculis uxoris Corneliæ, & alterius filii. Caput, & anulus in quo ſculptus leo gladium tenens, ut Plutarchus ait, ſive tria trophea, ut Dion prodit, Cæſari dati ſunt: is collacrymans percuſſores occidi juſſit, Filios reliquit Cn. & Sex. & Pompejam L. Cornelii Felicis filii Fauſti uxorem. Cnæus, ut arbitror, Appii Pulcbri Conſularis & Cenſorii viri filiam duxit, Sextus Scriboniam L. Libonis filiam, cujus Libonis ſoror Auguſti uxor fuit, & ex ea Julia nata eſt. Ambo fratres in Hiſpania adverſus Cæſarem acriter pugnarunt, victique ſunt non ſine magno Cæſaris periculo, qui cum aliis de gloria, cum his de ſalute ad Mundam contendit. Cnæus captus, occiſuſque eſt, Sextus, quem *Magnum*, & *Pium* appellatum fuiſſe, & *Neptuni filium* conſtat, ſuperſtes Cæſaris fuit, cum Octaviano varie pugnavit, pacemque cum eodem,
1. & M. Antonio Triumviris fecit. Præfectus Claſſis, & oræ maritimæ ex S. C. & Imperator iterum dictus diu Siciliam tenuit. Tandem a M. Antonio in Ægypto occiſus eſt conſul deſignatus in annum DCCXX. Dubitat Paterculus duæ ne, an tres fuerint Pompejorum familiæ, neque enim Pompejus Magnus, & Rufus ex eadem familia fuerunt, & præter hos fuerunt alii *Bithynici* cognomento. Nam Cicero *in Bruto* ita ſcripſit: „ Q. Pompejus A. F. qui Bithynicus dictus eſt, „ biennio quam nos fortaſſe major, ſummo ſtudio „ dicendi, multaque doctrina, incredibili labore, „ atque induſtria “. De eo ut mortuo loquitur, occiſus autem fuerat cum Cn. Pompejo Magno. Ejus filius A. Bithynicus a Sex. Pompejo Cn. F. poſtea occiſus eſt. Quod vero Plinius ſcribit, mortuum fuiſſe repentino A. Pompejum in Capitolio Jovem ſalutantem; ſunt, qui ad patrem Q. Bithynici referant, quod incertum eſt. Conſulares ſub Auguſto tres invenio ſine cognomine. Sextum Pompejum Sex. F. qui cum L. Cornificio L. F. Conſul fuit ann. DCCXVIII. Cn. Pompejum ſuffectum ex Kal. Octob. poſt quadriennium, & Sex. Pompejum Sex. F. qui cum Sex. Appulejo Sex. F. Conſul fuit ann. DCCLXI. quo anno Auguſtus mortuus eſt. Poſt Auguſtum ante Hadrianum quinque, quorum unus bis Conſul fuit, ex his duo Silvani cognomine, unus Collega bis Conſul, unus Longinus Gallus, unus Paullinus fuerunt. Silvanus prior Conſul ſuffectus cum M. Cluvio Ruſo ann. DCCXCVII. ſub Ti. Claudio Imp. Poſterior Veniſcus Silvanus cum Ti. Verginio Rufo Coſ. ſuffectus ex Kal. April. ann. DCCCXXI. ſub Vitellio. Medio tempore C. Pompejus Longinus Gallus cum Q. Veranio Coſ. fuit ann. DCCCI. ſub Claudio, quo anno Olympias CCVII. Solino teſte actis publicis notata. Octavo deinde anno Conſul ſuffectus Pompejus Paullinus cum Ducennio Gemino ex Kal. Juliis ſub Nerone. Collega his Conſul fuit, ordinarius ſub Domitiano anno DCCCXLV. cum Cornelio Priſco, ſuffectus quadriennio poſt ſub Nerva. Hunc etiam Silvanum appellatum invenio. Incerti temporis Conſul fuit Cn. Pompejus Ferox Licinianus cum C. Pomponio Rufo ut ex titulo cujeſdam monumenti Idibus Octobris dedicati conſtat. Antiquior memoria eſt Cn. Pompeii Magni nobiliſſimi adoleſcentis, cui Ti. Claudius Imp. Antoniam filiam collocavit, & poſtea Fauſto Sullæ, priori genero interempto. Item Scribonii Libonis Druſi, cujus proavus Pompejus, amita Scribonia Auguſti uxor, conſobrini Cæſares, quem Tiberius Cæſar, ut ſe interimeret, coegit Idibus Sept. ann. DCCLXVIII. Hunc exiſtimo filia Sexti Pompeii Magni natum fuiſſe.

Deciorum Familia.

Ampliſſima fuit, & clariſſima Romæ Deciorum familia, cum propter res domi militiæque preclare fortiterque geſtas, tum vero propter ſingularem erga patriam pietatem & amorem. Nam P. Decius parens hujus familiæ, qui (ut Cicero & Valerius teſtantur) primus e Deciis conſul fuit, Codri Athenienſium regis exemplo devovit, & voluntariam mortem pro patria oppetiit, cujus mors ita glorioſa fuit, ut eandem concupiſceret filius, & ampliſſimis perfunctus honoribus, & quartum tum conſul. Nepos vero haud ipſe majorum ſuorum virtute indignus, & quidem certe laudem, quæ in hac familia floruit, cupidiſſime eſt perſecutus, diſſimili tamen ratione: neque enim ſe devovit (ut quidam exiſtimant) ſed conſul in prælio contra Pyrrhum fortiter pugnas cecidit. Præclara ſane hujus familiæ & immortalis ad laudem, & gloriam poſteris fuiſſet memoria, niſi eam, quæ nihil habet perpetuum, nihil firmum, fortuna e medio quaſi curſu revocaſſet, ut quem ſecundiſſimo vento in altum provexiſſet, eandem ante obrueret, quam portum conſpicere poſſet. Neque enim quemquam a Deciis poſt hos, aut honores adeptum, aut magiſtratus geſſiſſe, aut virtute aliqua vel mediocri floruiſſe accepimus. Plebejam vero hanc eſſe familiam omnibus, opinor, perſpicuum eſt, & Livius Lib. IX. & X. ſatis dilucide oſtendit: atque etiam probant iſti Juvenalis verſiculi, quos adſcribere libuit:

Plebeiæ Deciorum animæ plebeia fuerunt
Nomina: pro totis legionibus attamen, & pro
Omnibus auxiliis, atque omni plebe Latina
Sufficiunt Diis infernis, terræque parenti.

Extat inſcriptio vetus P. Decii ejus, qui quartum Coſ. fuit in lib. Epigramm. urbis antiquæ, quam, quia ejus de Samnitibus triumphum indicat, de quo non ſatis inter omnes conſtat, ſubiiciendam exiſtimavit:

P. DECIVS P. DECII. F. PRIMO. COS. DE. SAMNITIBVS. TRIVMPHANS. SPOLIA. EX. HIS. CERERI. CONSECRAVIT. ITERVM. ET. TERTIO CONSVL.

Horatia Gens.

Nobilis eſt apud veteres hiſtoricos trigeminorum pugna, clariſſimaque Horatiorum de Curiatiis victoria, quæ libertatem, ac imperium Romano populo, Albanis perpetuam ſervitutem peperit. Qui enim ante rerum præclare geſtarum magnitudine invicti exiſtimabantur, ii virtute & induſtria

ſtria

Digitized by Google

ſtria Horatiorum victi, debilitati, depreſſique ſunt. Ad his Horatius (ne in re notiſſima diutius hæream) Horatiam gentem ortam Dionyſius lib. quincto tradit: neque ſane dubium eſt quin majorum gentium Patricii Horatii ſunt, ut qui eum Romulo primum in urbem migrarunt. Dividitur hæc gens in Pulvillos, Barbatos, Coclites. Illorum quidem nominum ratio reddi certe nulla poteſt: *Coclitem* veteres appellabant, qui altero oculo careret: unde *Cyclopas* pro *coclitas* antiquos dixiſſe, auctor eſt lib. octavo *Æneid.* Servius, quomodo etiam Varro lib. *de ling. Lat.* V. ſcribit. Hinc illud Planti eſt in *Curculione*, *de Coclitum proſapia te eſſe arbitror: nam hi ſunt unoculi.*

Hortentia Gens.

Sebaſtianus Corradus, ſcriptorum veterum, & antiquitatis bene peritus, quem nos, ut ejus in litterarum ſtudia merita poſcunt, honoris cauſſa nominamus, Hortentios plebejos fuiſſe exiſtimat, tum quod Q. Hortentius Dictator legem de plebiſcitis tulerit, tum etiam quod complures Hortentios Tribunatum pleb. geſſiſſe in veterum monumentis reperiat. Ego ut Hortentios inter Patricios referrem, hac potiſſimum cauſſa adductus ſum. Video enim Q. Hortentium oratorem cum in Quinctiana oratione tum vero in Verrinis actionibus nobilem a Cicerone appellari: quod qua ratione verum ſit, niſi Patricium fuiſſe dicamus, conjectura aſſequi certe nullo modo poſſum. Neminem etiam Hortentiorum, præter Lucium (quem L. XLIII. Livius prætorem fuiſſe ſcribit) ante hunc Curulem geſſiſſe magiſtratum reperio. Quum igitur conditione nobilis non ſit, origine nobilem eſſe neceſſe eſt, cujuſmodi Patricios fuiſſe jam ante dilucide perſpicueque, opinor, demonſtravimus. Nec vero aut quia Dictator Hortentius legem de plebiſcitis tulit, aut quia Tribuni pl. Hortentii fuerunt, plebeii exiſtimandi ſunt. Ille enim benevolentiam & voluntates plebis hac ſua lege captabat, quod Poplicolas Horatios, quod complures alia factitaſſe animadvertimus. Hi vero quod diverſæ eſſent gentis, Tribuni pl. creati ſunt, ut etiam in Corneliis, Claudiis, Semproniis. Uterer plurimis exemplis, niſi rem perſpicuam arbitrarer, & apertam. Ipſum quidem certe Hortentium magiſtrum plebejum adeptum, nullit, quod ſciam, veterum tradiderunt. Hoc ſane miror, Ortalum Hortentii oratoris nepotem apud Tacitum in ſecundo ita loqui. *En ſtips, & progenies tot Conſulum, tot Dictatorum*, quum nous ex Hortentiis fuerit Dictator, unicos etiam Conſul. Hoc nimirum eſt quod in *Bruto* Cicero queritur *Laudationibus hiſtoriam factam eſſe mendoſiorem.* Multa enim ſcripta ſunt in eis quæ facta non ſunt falſi triumphi, plures conſulatus, genera etiam falſa & a plebe tranſitiones, quum homines humiliores in alienum ejuſdem nominis includerentur genus, quod ex ſtegmate liquido conſtabit.

Maria Gens.

Cajus Marius municeps Arpinas, humili, atque obſcuro loco natus nulla majorum commendatione, ampliſſimos honores eſt conſecutus. Contigit illi quod haud ſcio an nemini, ut duabus in Ædilitate acceptis repulſis, ſepties tamen conſul ſummo populi ſtudio crearetur, vir quem neque propter dignitatem laudare ſatis quiſquam commode, neque propter crudelitatem abunde vituperare poteſt. Nemo unquam tanto metu & periculo rempublicam liberavit, nemo majori calamitate eandem affecit. Qui enim gladios Cimbrorum, & Teutonum in rempublicam diſtrictos a jugulis civium rejecerat: qui faces jam accenſas ad urbis excidium extinxerat: qui Urbem, & Italiam ex ore atque faucibus hoſtium eripuerat, ipſe ille libertatis Romanæ vindex, primus in Rempublicam gladium diſtrinxit, primus ſceleratas faces patriæ intulit, vaſtitate denique Italiam, cædibus, incendio, ruina, urbem replevit. Juſtas ergo & debitas pœnas Reipublicæ perſolvit. Armis Sullanis urbe ejectus, in Minturnenſium paludibus latuit: terra, marique jactatus, in oris Africæ deſertiſſimis jacuit. Filius non ita multis poſt annis in cuniculis Præneſte trucidatus, memoriam ſimul & nominis & generis intèriit. Extat epigramma vetus in libro Urbis antiquæ, quod res ejus geſtas indicat, ejuſmodi:

C. MARIVS. C. F. COS. VII.
PR. TR. PL. Q. AVGVR. TR. MIL. EXTRA.
SORTEM. BELLVM. CVM. IVGVRTHA. REGE.
NVMIDIÆ.
GESSIT. EVM. CEPIT. ET. TRIVMPHALIS. IN.
TOVIS. ÆDEM. IN. SECVNDO.
CONSVLATV. ANTE. CVRRVM. SVVM. DVCI.
IVSSIT.
III. CONSVL. APSENS. CREATVS. EST. IIII.
CONSVL.
TEVTONORVM. EXERCITVM. DELEVIT. V.
CONSVL.
CIMBROS. FVGAVIT. EX. IEIS. ET. TEVTO-
NEIS. ITERVM.
TRIVMPHAVIT. REM. P. TVRBATAM. SEDI-
TIONIBVS.
TR. PL. ET. PRÆTOR. VI. QVI. ARMATI.
CAPITOLIVM.
OCCVPAVERANT. VI. CONSVL. VINDICAVIT.
POST. LXX. ANNVM. PATRIA. PER. ARMA.
CIVILIA.
PVLSVS. ARMIS. RESTITVTVS. COS. VII. FA-
CTVS. EST.
DE. MANVBIIS. CIMBRICIS. ET. TEVTONICIS.
AEDEM.
HONORI. ET. VIRTVTI. VICTOR. FECIT. VE-
STE. TRIVMPHALI.
CALCEIS. PVNICEIS.

C. Marius C. F. * N. Bello Numantino Scipione Imperatore in Hiſpania meruit, hoſtem ex provocatione occidit, Plutarchus, Cicero pro *Cornelio Balbo* TR. PL. Cotta, Metello Coſſ. legem de ſuffragiis tulit. Plutarchus Cicero *libro de legibus III.* In Ædilitate bis repulſam tulit Cicero *pro Plancio*. Ex prætura Hiſpaniam ſortitus, provinciam Iberorum latrociniis liberavit. Legatus cum Metello Imperatore ad Numidicum bellum profectus, a quo quum Romam miſſus eſſet criminatus eſt, bellum illud producere, ſe, ſi Conſulem feciſſent, brevi tempore aut vivum, aut mortuum Jugurtham in Pop. R. poteſtatem redacturum. Itaque

Coſ.

Coſ. factus eſt cum L. Caſſio ann. DCXLVI. Caſſiodorus, Cicero lib. *de Officiis* tertio. In Africam cum exercitu profectus, Jugurtham, & Bochom Maurorum regem multis prælius vicit: Jugurtham vivum a Bocho, Sullæ opera, accepit, deque eo triumphavit. Saluſtius *in Jugurth.* Epitome LXVI. Florus libro III. Eutropius libro IV. Oroſius libro V. Cap. XIV. Col. iterum abſens creatus cum C. Flavio Ann. DCXLIX. Caſſiodorus, Aſconius in *Cornelianam* Cos. III. cum L. Aurelio. Ann. DCL. Caſſiodorus, Epitome LXVII. Plinius lib. II. cap. LIX. Coſ. IV. cum Q. Catulo Ann. DCLI. Bellum Cimbricum geſſit ſumma vi oppugnata a Teutonis, & Ambionibus caſtra defendit: duobus deinde præliis circa Aquas Sextias eos delevit, in quibus cæſa traduntur hoſtium ducenta millia, capta nonaginta. Epitome LXVIII. Eutropius libro V. Florus libro III. cap. III. Coſ. V. cum M. Aquillio Ann. DCLII. Caſſiodorus. Cimbros qui per Noricum profligato Q. Catulo Procos. irruperant in Italia, collatis ſignis funditus delevit: cæſa traduntur hoſtium centum quadraginta millia, capta ſexaginta. Marius totius civitatis conſenſu exceptus pro duobus triumphis qui offerebantur, uno contentus fuit. Epitome LXVIII. Vellejus libro II. Coſ. VI. cum Q. Valerio Anno DCLIII. Caſſiodorus. His Coſſ. Saturnus Trib. pleb qui ſeditionem concitavit, & Glaucia Prætor a Rabirio occiſi ſunt. Epitome LXIX. Cicero *pro Rabirio* perduellionis reo L. Sulla, Q. Pompejo Coſſ. civitate a Sulla pulſus, Minturnenſium paludibus latuit, a Mintornenſibus captus, & dimiſſus, in Africam delatus eſt. Accerſitus a Cinna Coſ. urbem cepit, eam cædibus & rapinis vaſtavit. Epitome LXXVII. & XXC. Appianus libro primo. Vellejus libro II. Florus libro III. cap. XXI. Coſ. VII. cum L. Cornelio ann. DCLXVII. Idibus Martiis in magiſtratu mortuus eſt. Appianus Plutarchus in vita & *Sulla*, Cicero lib. *de Nat. deorum* III.

Porcia Gens.

Ea fuis reipublicæ Romanæ ratio, & conſuetudo, ut peregrinas nationes ſocietatis fœdere, Italicas vero gentes civitatis jure ſibi conjungeret. Nunquam enim a Romanis (ut Cicero *pro Balbo* ſcribit) intermiſſa eſt largitio, & communicatio civitatis, quæ res, & ad conciliandos animos hominum, & ad augendam potentiam, maximo in imperio adjumento eſſe ſolet. Quorum igitur ſpectata in Rempublicam, & cognita fides eſſet, iis civitatem populus Rom. largiebatur, non tamen eadem ratione omnibus. Nam aliis cum ſuffragio, aliis vero ſine ſuffragio, civitatis beneficium tribuebat illi *municipes*, hi *cærites* dicebantur. Municipes ſuo jure, & ſuis legibus vivebant: muneris tantum cum populo Romano honorarii participes erant, a quo munere capeſſendo *municipes* appellati videntur. *Cærites* vero, cives quidem illi erant, & onera civium ſuſtinebant, nullo tamen honore fungebantur, nec ſuffragii jus habebant. Dicti autem *Cærites* ſunt a *Cære* oppido, quod primum, pro ſacris bello Gallico receptis cuſtoditiſque, civitatem ſine ſuffragio accepit. Hinc *tabulæ Cærites* recte non verſa vice, ut Gellius lib. XVI. cap. XIII. de eadem re contrarie ſcribit, appellatæ, in quis Cenſores referri jubebant, quos notæ cauſa ſuffragiis privabant. Hanc differentiam uſque ad bellum Marſicum duraſſe, quo univerſa fere Italia civitate donata eſt, licet promiſcue ab auctoribus etiam ii, qui ſuffragii jus non haberent, *municipes* nominentur, teſtis eſt libro ſecondo Vellejus Paterculus. Itaque vere municipes, & Cives Romani erant, & ſuffragia ferebant, atque magiſtratus petebant. Quare Curii, Coruncanii, Porci, Pompeii, Marii, Tullii, & reliqui ex municipiis oriundi ampliſſimos Romæ honores conſecuti ſunt. Hæc autem, qua de agimus, Porcia gens, Tuſculana eſt, auctore Plutarco in *Cenſorino*, & Tacito libro undecimo: quomodo etiam Cicero libro *de legibus* ſecundo ſcribit: *Ego mehercule*, inquit, *& illi, & omnibus municipibus duas eſſe cenſeo patrias: unam naturæ, alteram Civitatis; ut ille Cato, quum eſſet Tuſculi natus, in populi Romani civitatem ſuſceptus eſt, itaque quum ortu Tuſculanus eſſet, Civitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram juris.* Eſt autẽ hic M. Porcius Cato princeps hujus gentis qui *Priſcus* primo, deinde, qui a multarum rerum uſum haberet, Cato teſte Plutarcho, appellatus eſt, quod cognomen poſteri retinuerunt. Idem quoque a cenſura ſevere adminiſtrata, *Cenſorius* dictus eſt, & in ſumma ſenectute, quia multa ejus in Senatu, multa in foro, vel proviſa prudenter, vel acta conſtanter, vel reſponſa acute ferebantur, *Sapientis* cognomen adeptus eſt, teſtis Cicero *de officiis* tertio, & in *Lælio*. Cujus præclarum in Hiſpania monumentum tali quam ſubjiciam inſcriptione extare, refert Auguſtinus Nerrucius:

PALLADI. VICTRICI. SACRVM.
HIC. HOSTIVM. RELIQVIAS. PROFLIGAVIT.
CATO. VBI SACELLVM. MIRO. ARTIFICIO. CONDITVM. ET. AEREAM. PALLADIS. EFFIGIEM. RELIQVIT.
PAREANT. ERGO. ET. NOSCANT. OMNES. SENATVS. ET. POPVLI. ROMANI. IMPERIVM. DEORVM. NVMINE. ET. MILITVM. FORTITVDINE. ET. TVERI. ET. REGI.
CVRII, FABRICII.

Coruncanii.

Quoniam eorum, qui ex municipiis honores eſſent, & magiſtratus Romæ adepti, proxime meminimus, haud alienum viſum eſt a propoſito noſtro, ſi Curios hic, Fabricios, & Coruncanios ſubjiceremus. Nam & municipes hi ſunt, & æquales illorum temporum, iis vere plurimis maximiſque virtutibus atque omni laude cumulati, ut quamvis neque familiam, neque ſtirpem conſtituant, ſine tamen juſta reprehenſione præteriri poſſe non videantur. Curios municipes fuiſſe, Cicero *pro Murena & Sulla* demonſtrat, municipii mentionem facit nullam, item de Fabriciis. Coruncanios in undecimo apud Tacitum Claudius Imp. Camerino Italiæ municipio oriundos teſtatur. Cicero vero *pro Plancio*, Tuſculanos ſatis ſatis dilucide oſtendit.

M. CVRIVS M. F. M. N. DENTATVS TR. PL. ANN. CDLIV. Cicero *in Bruto* Coſ. cum P. Cornelio Ann. CDLXIII. Caſſiodorus, Eutropius libro II. Cicero in *Catone*, Plutarchus in *Cenſorino*, Valerius lib. IV. capite III. Plinius lib. XV. cap. V. Bellum Samniticum geſſit, omnem eum tractum, qua Nar ambit, fonteſque Velini Adriatico tenus mari, igne, ferroque vaſtavit, qua victoria tantum agrorum, tantum hominum redactum in poteſtatem, ut in utro plus eſſet ne ipſe quidem poſſet exiſtimare qui vicerat. De Samnitibus, Sabinis, Lucanis triumphavit. Florus lib. III. cap. XV. Eutropius Secundo, Oroſius lib. III. c. XIX. Cenſ. cum L. Papirio Ann. CDLXIV. Coſ. II. cum L. Cornelio Ann. CDLXXIIX. Epitome XIV. Valerius lib. VI. cap. III. Cicero *pro Murena*, & in *Catone*. Contra Pyrrhum miſſus, cum eo pugnavit, exercitum ejus occidit, ipſum Tarento fugavit, caſtra cepit, de rege Pyrrho & Samnitibus II. triumphavit. Plutarchus in *Pyrrho*, Eutropius lib. I. cap. XIIX. Coſ. III. cum Ser. Cornelio. Ann. CDLXXIX. Caſſiodorus. C. FABRICIVS C. F. C. N. LVSCINVS Coſ. cum Q. Aimilio. CDLXXI. Caſſiodorus, Cicero in *Lælio*. De Etruſcis & Gallis triumphavit. Coſ. II. cum Aimilio. Ad quem quum Pyrrhi medicus nocte veniſſet, promittens veneno Pyrrhum occiſurum, vinctum cum Pyrrho reduci juſſit. Cum Bruttiis, & Lucanis proſpere pugnavit, de iis, Tarentinis & Samnitibus II. triumphavit. Epitome XIII. Eutropius lib. II. Florus lib. I. cap. XIIX. Cicero in *Bruto*, in *Catone*, *Officiorum* tertio, Gellius lib. III. capite IIX. Plutarchus in Pyrrho. Virgilius *Æneid.* lib. VI. Meminit Valerius lib. IV. cap. III. & IV. ubi mendoſe *Luſcitius* pro *Luſcinius* ſcriptum eſt. Idem lib. VI. cap. V. CENS. cum Q. Aimilio Ann. CDLXXIX. Gellius lib. XVII. Valerius lib. II. cap. IV.

TI. CORVNCANIVS. TI. F. TI. N. PRIMVS PONTIFEX MAX. e plebe creatus. Epitome XIIX. Cicero *pro Domo*, *De natura Deorum* primo, *De Legibus* ſecundo: Coſ. cum P. Valerio ann. CDLXXIII. Caſſiodorus. De Vulſinienſibus triumphavit. CENS. cum C. Claudio. Ann. CDXXCV. DICT. COMIT. HABENO C. Ann. DVII. Meminit Cicero in *Bruto de Oratore* tertio, Pomponius *De origine juris*. Meminit præterea C. & L. Coruncaniorum, qui legati ad Teucam Illyriorum reginam miſſi ſunt, Polybius lib. II. & minorem natu a regina occiſum refert, quos tamen Plinius lib. XXXIV. cap. VI. *P. Junium & Ti. Coruncanium* nominat, atque ambos a regina interfectos, ſtatuas illis in foro tripedaneas ſtatuas ſcribit, quem ſecutus videtur Florus lib. II. cap. V. Præter hos nullum apud veteres Coruncanium reperire licet.

SERGIA GENS.

SERGIA GENS a Sergeſto comite Æneæ. Virgil. *Æneid.* quincto:

> *Sergeſtuſque domus tenet, a quo Sergia nomen.*

Floruit annis plus minus LXXI.

Ex hac gente L. Sergius Catilina fuit, Salluſtio, & Aſconio auctoribus. Homo, ut Cicero *pro Cælio* ſcribit, ex contrariis diverſiſque inter ſe pugnantibus naturæ ſtudiis cupiditatibuſque conflatus, in quo permulta maximarum, non expreſſa ſigna, ſed adumbrata virtutum erant, quæ multis maximiſque obſcurata & deformata vitiis eluceſcere nullo modo poterant. Accuſatus bis & abſolutus eſt. Ter Conſulatum petiit, bis repulſam tulit. In Senatum ſemel atque iterum conjuravit, qua de re verbum non eram facturus, niſi a pleriſque ita perturbati hæc & confundi animadverterem, ut dijudicari difficillime poſſent. Bis accuſatum Cicero *in Piſonem* oſtendit. Semel repetundarum a P. Clodio, cum Proprætor Africam provinciam ſuperbe, avare, crudeliter adminiſtraſſet, ſocios ſpoliaſſet, & diripuiſſet, abſolutus eſt prævaricante Clodio: Teſtis Aſconius, quod idem Salluſtius in *Catil.* tradit. Iterum inter ſicarios a L. Lucullo, Cæſare Figulo Coſ. quod Sulla dominante complures peremiſſet, Aſconius Q. Cæcilium nominat. M. Volumnium L. Tantaſium, M. Marium Gratidianum cujus caput abſciſſum per urbem ſua manu tulerat. Idem Q. Fr. de petitione Conſulatus ſcribit, & Dion lib. XXXVII. Oroſius tamen cap. tertio libri ſexti, quem Seb. Corradus præſtantiſſimo vir ingenio ſequitur, tertiam accuſationem Catilinæ de inceſtu profert, quod cum Fabia Veſtali Virgine commiſiſſa arguebatur, quod falſum eſſe Plutarchus, & Aſconius aperte indicant. Neque enim Catilina ejus criminis eſt accuſatus, ſed Fabia, virgo Veſtalis, cauſam inceſti dixerat cum ei Catilina obiiceretur. Conſulatum ter petiit Catilina. Primo Tullo, Lepido Coſſ. ratio tamen ejus habi a non eſt, quod cum repetundarum reus eſſet, intra legitimos dies profiteri nequiverit, auctore Salluſtio. Secundo, cum Curione, Figulo Cæſare Coſſ. Tertio Cicerone, Antonio Coſſ. ac tum quoque Muræna & Silano Coſſ. deſſ. repulſam tulit. Conjuravit in Rempublicam cum Cn. Piſone, Tullo, Lepido Coſſ. Suetonius in Cæſare, Salluſtius, Cicero *pro Sulla*. Dion. lib. XXXVI. Deinde Cicerone, Antonio Coſſ. quæ quidem conjuratio, virtute & mirifica Ciceronis vigilantia oppreſſa eſt & extincta. Ipſe Catilina a M. Petrejo Antonio Coſ. legato in agro Piſtorienſi cum exercitu deletus eſt. Epitome CII. & ſequenti Appianus primo. Plutarch. in *Cicerone*, Dion. lib. XXXVII. Salluſtius in *Catilinario*, Virgilius lib. VIII.

SERVILIA GENS.

TULLUM Hoſtilium diruta, & everſa Alba, cum multas alias gentes, tum etiam Serviliam Romam tranſtuliſſe, & in Senatum ac Patriciorum ordinem legiſſe, Livius libro primo, & in ſecundo *Antiquitatum* Dionyſius ſcribunt. Floruit hæc gens Romæ, ut quæ maxime Familias habuit quatuor præcipuas. Nam & Priſci Servilii numerantur ab auctoribus, qui Axillas & Ahalas complectuntur, & Cæpiones, & Vatiæ quoque & Gemini. Legitur inſcriptio in antiquitatibus Veronenſibus perantiqua, ut mihi quidem videtur, quæ

haud

Digitized by Google

haud ſcio an huc referri debeat. Eſt autem hæc:

C. SERVILIO. C. N. F.
CAEPIONI. COS.
CENS. TRIVM-
PH. PATRIAE.
LIB. DECVR
VFRONEN.
OB. IVDICIA RESTITVTA
S. M.

Silvia Gens.

Silviæ gentis tres omnino familias in veterum annalium monumentis reperio. Quarum prima Æneæ eſt, qui Anchiſe patre natus, poſt mortem Latini ſoceri, Latinorum regnum obtinuit. Hic duos reliquit filios ſuperſtites Aſcanium Creuſa matre, Ilio adhuc incolumi natum, & Silvium Latini regis ex Lavinia filia nepotem. Æneæ in regno ſucceſſit Aſcanius major natu filius. Aſcanio Silvius Fr. excluſo Julo Aſcanii F. quem Juliæ gentis ſuæ auctorem, & familiæ principem nuncupant. Silvio autem Æneas Silvius ſucceſſit: Æneæ Latinus Silvius Laviniæ & Melampodis filius, Silvii primi frater uterinus. Hæc prima Latinorum regum familia eſt. Altera Albæ Silvii traditur ab antiquis: ex Alba Atis ortus eſt, Ati Capis, Capi Capetus, Capeto Tiberinus, Tiberino Agrippa, cui Romulus filius, Romulo Aventinus in regni hæreditatem ſucceſſit. Hinc tertia familia initium ſumpſit, uti ad Procam Silvium Latinorum regnum translatum eſt, a quo rerum Romanarum auctores hiſtoriam ſuam pene omnes exordiuntur. Proca filios habuit Numitorem, & Amulium. Amulius regnum vi occupavit, quo occiſo Numitor in regnum eſt reſtitutus, avus maternus Romuli, & Remi. Hæc fere tradunt Dionyſ. Halicarnaſſæus, Livius, Virgilius, & reliqui quaſi minorum gentium hiſtorici, Vellejus Paterculus, Meſſala Corvinus, Caſſiodorus, Oroſius, Zonaras. Gentem hanc *Silviam* appellavimus, non tam ex conſuetudine aliarum gentium Romanarum, quam quod antiquitati aliquid hac in re concedendum arbitremur. Licet enim incertum Romuli & Remi paternum genus ſit, maternum tamen ad Latinorum reges antiqui retulerunt, quos libenter ſecuti ſumus.

Tarquinia Gens.

Damaratus Corinthius, homo locuples in primis, & honeſtus, armis civilibus in exilium pulſus, Tarquinios Corintho fugavit, ibique ſuarum fortunarum ſedem conſtituit. Cauſam exilii hanc Livius affert libro primo. Cicero vero Tuſculana diſputatione quinta, & in tertio *Antiquit.* Dionyſius, Corintho Damaratum, quod Cypſelum tyrannum ferre non poſſet, profugiſſe ſcribunt: quorum ſententiæ Plinius cap. tertio libri XXXV. ſubſcribere videtur. Duxit autem uxorem Tarquinis nobilem & ſummo loco natam, ex qua duos ſuſcepit filios, quorum alterum *Aruntem*, *Lucumonem* alterum Etruſco more nominavit. Et Aruns quidem vivo patre mortuus eſt, quem Damaratus pater paulo poſt cum ætate & corporis morbo, tum animi doloribus ex morte filii confectus, ſecutus eſt. Lucumo vero ex aſſe hæres a patre, prætermiſſo poſtumo inſtitutus, ubi locum inter ſuos honeſtum tenere non poſſet, Romam cum univerſa familia & uxore Tanaquili eſt profectus, commutatoque nomine pro *Lucumone L. Tarquinius* dici voluit: ab Anco deinde rege in Patriciorum, ac Senatorum ordinem aſcitus, mox rex Romanorum creatus eſt. Hæc ſunt breviter quæ de gentis Tarquiniæ origine veteres tradidere. Magna autem opinionum varietas eſt & diſſentio eorum qui genealogiam Tarquiniorum ſcripſerunt. Fabius enim Pictor Tarquinium Collatinum Egerii F. appellat. Dionyſ. nepotem eſſe contendit. Sic Livius Tarquinium Superbum Priſci F. Damariti nepotem fuiſſe ſcribit. Dionyſius eundem Damariti nepotem eſſe probat. Libenter autem aſſentior Halicarnaſſæo, auctori rerum Romanarum, judicio doctiſſimorum hominum, cum primis bono, & religioſo. Utcumque autem res ſe habeat, apparet certe Pomponii JC. erratum, qui in L. II. D. *de origine juris* ſic ſcribit, *Qui fuit, illis temporibus quibus Tarquinius Superbus Damarati filius*: cum nepos ſit, ſi Livio; ſi Dionyſio credimus, pronepos. Neque enim quod Zaſius Juriſconſultorum illius temporis facile princeps, cui ſuffragari videtur Alciatus, ſcribit, filii appellatione nepotem contineri, locum hoc in genere ullum habet. Nam ut illum omittam, quod ſæpe ne in Jure quidem civili hoc verum eſt, quis non videt hiſtoriæ ſcriptionem ab iſto ſubtilitatis genere plane alienam eſſe, in qua ſolida & expreſſa rei effigies deſideratur, nec fictis & adumbratis rebus loci quicquam eſſe poteſt?

Tullia Gens.

Tullii, qui *Cicerones* dicuntur, municipes Arpinates ſunt, orti a Tullio Attio Volſcorum rege. Auctorem hujus rei habeo (ut omittam Plutarchum, & Eutropium) Silium Italicum, qui libro octavo *Punicorum* ſic ſcribit:

Tullius æratas raptabat in agmina turmas,
Regia progenies, & Tullo ſanguis ab alto.

Ipſe quoque Cicero ſtirpem ſuam antiquiſſimam *libro de legibus* ſecundo prædicat. Sunt tamen qui a *tullis*, id eſt, aquæ ductibus, *Tullios* deducere malunt, a quibus ut diſſentiam, cum illorum quos dixi facit auctoritas, tum vero quod in cognominibus vocabulorum ejuſmodi derivationes locum quidem habere aliquem poſſe videantur, in nominibus certe gentiis non item. Atque haud ſcio an *Tullum*, quod Volcatiorum cognomen eſt, quam *Tullium*, quod gentis eſt nomen, a *tullis* rectius deducamus, accommodatius ſane ad horum nominum rationem. Unica vero hujus Tulliæ gentis familia magiſtratibus & honoribus floruit, ea quæ *Ciceronum* cognomen tulit, a *ciceribus ferendis*, ut ait Varro. Illud enim quod de verruca, quam *cicerem* Latini vocant, Plutarchus narrat, eo mihi minus veriſimile fit, quod patrem & avum ſuum Cicero eodem plane uſos eſſe cognomine *de Legibus* tertio, & ſecundo *de Oratore* ſatis dilucide

oſtendat. Ac ex his quidem primus M. Cicero orator honores eſt adeptus. Nam de avo ſie libro *de legibus* tertio loquitur: *Et acus noſter ſingulari virtute in hoc municipio quoad vixit, reſtitit M. Gratidio, cujus in matrimonio ſororem aviam noſtram habebat, ferenti legem tabellariam. Excitabat enim fluctus in ſimpulo (ut dicitur) Gratidius, quos poſt filius ejus Marius in Egeo excitavit mari ac noſtro quidem. Quæ quum res eſſet ad ſe delata, Scaurus Conſul*, Utinam, *inquit*, M. Cicero, iſto animo virtute in ſumma Republica nobiſcum verſari, quam in municipali maluiſſes. Hæc illa.

Valessa Gens.

Sequuntur, nunc Latinarum gentium familiæ, quo nomine, & Sabinas, & omnes eas quæ ex Italicis municipiis in urbem migrarunt, comprehendimus. Quæ vero ex his majorum, quæ minorum gentium Patriciæ familiæ ſint, in tanta antiquitatis ignorantia conſtituere nullo modo poſſumus. Sunt illæ quidem majorum gentium, quas Romulus, quas ceteri reges uſque ad Tarquinium Priſcum, ſiquidem Livium ſequamur, inter patricios cooptarunt: reliquarum eadem opinor ratio eſt, incerta, & obſcura. Prima autem, & præcipua Latinarum gentium Valeria eſt, cum propter generis antiquitatem, tum etiam propter ſummam nobilitatem, eximiaſque virtutes, quibus hæc gens facile cæteris antecelluit. Dionyſius lib. IV. & V. auctor eſt, gentem Valeriam ex Sabinis oriundam, cum Tatio rege, qui cum Romulo imperii ſocietatem communicaret, in urbem migraſſe. Plutarchus Valeſium gentis principem appellat, quem etiam auctor pacis inter Sabinos, & Romanos fuiſſe ſcribit. Hinc *Valeſia* hæc gens primum, poſt *Valeria* dicta eſt, ut etiam *Tuſia*, *Papiſia*, *Auſelia*, *Vetuſia*; neque enim ante Appii Cæci ætatem, qui primus literam R. protuliſſe dicitur, *Valerii*, *Furii*, *Papirii*, *Aurelii*, *Veturii* dicti ſunt, qua de re Livius lib. III. Cicero Epiſt. IX. ad Papirium Pætum. Varro *de Ling. Lat.* VI. Macrobius cap. II. libri tertii *Saturnalium*, & Feſtus primo; Pomponius quoque JC. *de origine juris*. Meminit etiam cujuſdam Valeſii lib. II. Valerius Maximus, qui Diti patri & Proſerpinæ ara ſub terra reperta, ſacra primus furvis hoſtiis fecit, cujus exemplum ſecutus Valerius Poplicola, apud eandem aram publice nuncupati votis, cæſiſque atris bobus Diti maribus, fœminis Proſerpinæ lectis ternioque, ac ludis trinoctio factis aram terra obruit. Atque hæc quidem Valeriæ gentis ſacra fuiſſe gentilicia opinor. Univerſa vero hæc gens in quatuor familias diſtributa eſt. In prima Poplicolas, Maximos, Potitos, Corvinos, Meſſallas collocamus: ea ratione, quia ejuſdem ſunt ſtirpes. His autem, ut Cicero *de Legibus* ſecundo, & Plutarchus in Poplicola ſcribunt, virtutis cauſa, ut in urbe ſepelirentur, a Senatu tributum erat & permiſſum, quod poſteri eorum jure tenuerunt in ſecunda, Flaccos: in tertia, Falcones: in quarta Lævinos conſtituimus.

AN.

ANTONII AUGUSTINI
ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS
MUSEI
ANTIQUIORA NUMISMATA.

Digitized by Google

Digitized by Google

ANTONII AUGUSTINI
ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS
M U S E I
ANTIQUIORA NUMISMATA.

S E R I E S I.
NUMISMATA FAMILIARUM ROMANARUM.

ABVRIA.

A. SImulacrum Romæ. GEM.
P. Quadrigæ. M. ABVRI. ROMA in alio C. ABVRI. GEM. hoc eſt M. Aburius Geminus.

ACCOLEIA.

A. Simulacrum mulieris. P. ACCOLAIVS. LARISCOLVS.

P. Mulieres tres, quæ in arbores Pino ſimiles vertuntur. Has opinor eſſe, quas appellant ſorores Phæthontis, quæ totidem numero fuere. Ovid. Metam. lib. II. Thraces quidem mulieres Orpheum necarunt, atque in arbores deinde fuerunt converſæ, ſed numero plures eodem Ovidio authore lib. II. Qui tamen non addit in quodnam arborem genus fuerint commutatæ, vel quod ignorarit, vel quod du i arit. De ſororibus Phæthontis Virgilius Ecloga VI.

Tum Phæthontiadas muſco circundat amaræ
Corticis, atque ſolo proceras erigit falnos.

Et Æneid. lib. VII.

Namque ferunt luctu cygnum Phæthontis amati
Populeas inter frondes, umbramque ſororum.

Dum canit. Cic. Quæ vero de electro narrantur, Strabo lib. V. Plin. lib. XXXVII. Qui igitur nummum ſignare voluit converſas eſſe in larices, quæ ſunt pino ſimillimæ, nec alibi notæ ſunt, quam in Padi ripa, non recipiunt flammam, reſinam habent liquidam nullo affici colore. Vitruv. lib. II. cap. XV. Reſina illa liquida eſt lacrymæ ſimilis, non recipit flammam quaſi odio, proſequatur ob combuſtum Phæthontem, & Ovid. lib. II. cum de Cycno loquitur, inquit,

Stagna petit, patuloſque lacus, ignemque peroſus,
Quæ colat, elegit contraria flumina flammis.

Accolejus igitur nomen videtur ab hac arbore ſortitus eſſe, credendumque eſt accola fuiſſe alicujus e municipiis, quæ circa Padi ripam erant.

ACILIA.

A. Effigies coronata. SALVTIS.
P. Simulacrum SALVTIS. M. ACILIVS. III. VIR. VALETV.

Videndum an ad græcam vocem alluſerit, quæ eſt, ἀκέομαι, ut unde deductum nomen Acilius oſtenderet. Quod tamen jure dubia propoſitum a me, non etiam affirmatum velim.

A. Roma. M. ACILIVS.
P. Currus Triumphalis. ROMA.
A. Roma. BALBVS.
P. Quadrigæ. M. ACILI.

ÆLIA.

A. Simulacrum mulieris. BALA.
P. Diana manibus geminas faces geſtans in curru cum cervis.
C. ALLIVS. BALA.

Vide Nummum P. Clodii, in quo de Diana nonnihil dictum eſt.

A. Roma.
P. Caſtor, & Pollux. P. PÆTVS. ROMA. Pætus eſt etiam Ælorum agnomen.

ÆMILIA.

A. Effigies velata. PAVLLVS. LEPIDVS. CONCORD.
P. Puteal. PVTEAL. SCRIBON. LIBO.

Appianus Alexandrinus lib. IV. fol. 108. Vide nummum Scribonii.

A. Simulacrum Concordiæ velatæ. PAVLLVS. LEPIDVS. CONCORDIA.

P. Trophæum. Vir Romanus, ac vir captivus, cum duobus pueris. Vir Romanus erit Æmilius Paullus, vir autem captivus erit Perſes Macedoniæ Rex cum filiis. TER. quia tertium triumphavit, Prætor, Coſ. & Procoſ. de Perſe Rege Macedoniæ. Vellejus lib. I. cap. 109 Id quod ex vetuſto etiam lapide nuper in foro Romano effoſſo patet hac inſcriptione:

L. ÆMILIVS. L. F. PAVLLVS. COS. II. CENS. AVGVR. TRIVMPHAVIT. TER.

De

De Perſe, & ejus filiis. Plutarch. in vita Æmilii. Notandum etiam eſt in nummo argenteo, qui eſt apud Fulvium Urſinum, PAULUS unico L ſcriptum eſſe, ſic enim habet:

PAVLLVS. LEPIDVS. CONCORDIA.

PAVLVS. TER.

A. Effigies. ALEXANDREA, in alio ALEXSANDREA.

P. Vir Juvenem coronans. M. LEPIDVS. PONT. MAX. TVTOR. REG. S. C.

Valer. Max. lib. VI. cap. VI. cum Ptolemæus Rex tutorem Populum Rom. filio reliquiſſet, ſenatus M. Æmilium Lepidum Max. bis Coſ. ad pueri tutelam gerendam Alexandriam miſit, ampliſſimique, & integerrimi viri ſanctitatem Reip. uſibus, & ſacris comparatam externæ procurationi vacare voluit, ne fides civitatis noſtræ, fruſtra petita exiſti maretur, cujus beneficio Regia incunabula conſervata pariter, ac decorata, incertum Ptolemæum reddiderunt, patrilne fortuna magis, an tutoris majeſtate gloriari deberet. Cornel. Tacit. lib. II. itaque nondum adultis Trebellenus Rufus Prætura functus datur, qui regnum interim tractaret, exemplo, quo majores M. Lepidum Ptolemæi liberis tutorem in Ægyptum miſerunt. Juſtinus lib. XXX. mittitur & M. Lepidus in Ægyptum, qui tutorio nomine Regnum pupilli adminiſtraret. De Lepidi Pontificatu Liv. lib. XL. Creati M. Æmilius Lepidus Pont. Max. & M. Fulvius Nobilior. Florus lib. XLIII. & XLVI. & XLVII. de ejus funere lib. XLVIII. M. Æmilius Lepidus III VIR. R. P. C. Pronepos hujus Pont. Max. Cic. in Antonium Orat. XIII.

A. ROMA.

P. Pons, & ſupra pontem eques, ſeu ſtatua equeſtris.

M. ÆMILIVS. LEP. Plin. *de Viris illuſtribus*, cenſor Æmiliam ſtravit, Pontem Milvium fecit. Val. Max. lib III. cap. I. cujus tam memorabilis operis index eſt in Capitolio ſtatua bullata, & incincta Senatuſconſulto poſita. Ammianus lib. XXVII. Æmilius Pons conſtructus ab Æmilio Quæſtore, Plutarch. in Numa.

A. Camelus. M. SCAVR. ÆD. CVR. EX. S. C. REX. ARETAS.

P. Quadrigæ. P. HVPSÆVS. ÆD. CVR. C. HVPSÆ. COS. PRIVER. CAPTV. in alio CAPTVM. in alio CAPT. Hypſæus Plautiorum cognomen. Liv. lib. XXXVII. Aſconius Pædianus in Milone. Plautius Decianus Coſ. de Privernatibus triumphavit, ut in Capitolinis monumentis C. PLAVTIVS P. F. P. N. DECIANVS. COS. ANN. CDXXIV. DE. PRIVERNATIBVS. K. MART. De Scauri Ædilitate Plin. lib. VIII. cap VI. & XXVI. & lib. XXXVI. cap. II. & XV. Aſconius in oratione pro M. Scauro. Fuit vero is Æmilius Scaurus de quo ibidem meminit Aſconius Camelus, & Rex Aretas, de quo ſcribit Joſeph. Antiquit. lib. XIV. cap. IV. & cap. IX. & de bello Judaico lib. I. cap. V. & cap. VI. Cur autem in hoc nummo CAPTV, & non Captum, ut in aliis, ſcriptum ſit; vide quæ notata ſunt in nummo Poſtumi Albini Coſ. Bruti filii, in quo & ALBINV pro Albinus ſcribitur.

A. Effigies Auguſti. CÆSAR. IMP. III. VIR. R. P. C.

P. Effigies Lepidi. LEPIDVS. PONT. MAX. III. VIR. R. P. C.

A. P. SABIN.

P. Sabinus Æliæ familiæ cognomen, eſt etiam & Tituriorum, niſi forte illud SABIN. in Titurii nummis ad Tatium referendum ſit, quod mihi non ſatis probatur, cum in pleriſque Sabinus, ſic, ſine nota illa.

A. Simulacrum L. BVCA.

P. Tria ſimulacra, quorum unum latum eſt.

A. Simulacrum Deæ. Vas fuit enim Pontifex Maximus Lepidus, hic qui & Ptolemæi Regis tutor.

P. Statua equeſtris. M. LEPIDVS.

A. Simulacrum idem.

P. Statua eadem equeſtris M. LEPIDVS. AN. XV. PR. H. O. C. S.

Antonius Auguſtinus ita legit, annis quindecim Prætor Hiſpaniam obtinuit citeriorem ſolus. Octavius Pantagathus ita anno quintodecimo prætor hoſtibus omnibus cæſis nummum ſignavit. Prior magis placet; ſed ita legendum ex Val. Max. lib. III. cap. I. M. Lepidus annorum quindecim prætextatus hoſtem occidit, civem ſervavit. Æmilius Lepidus puer etiam tum progreſſus in Aciem, hoſtem interemit, civem ſervavit. Cujus tam memorabilis operis index eſt in capitolio ſtatua bullata, & incincta prætexta S. C. poſita.

A N N I A.

A. Simulacrum mulieris C. ANNI. T. F. T. N. PROCOS. EX. S. C.

P. Lancei caduceum, & falx meſſoria. L. FABI. HISP. Quadriga L. F. ut indicaret Juſtitiam, Pacem, & Frugum copiam.

A N T E S T I A.

A. Simulacrum Romæ. GRAC.

P. Quadrigæ. L. ÆS. ROMA. Hoc eſt L. Anteſtius.

A N T I A.

A. Effigies Antii Reſtionis. RESTIO.

P. Simulacrum Martis, ſeu Romuli C. ANTIVS C. F. De C. Antio Reſtione Valer. Max. lib. IV. cap. VIII. is eſt, qui legem ſumptuariam tulit. A. Gellius lib. II. cap. 24 Macrob. lib. III.

A. Simulacrum Deorum Penatium. DEI. PENATES.

P. Simulacrum Romuli, vel Martis. C. ANTIVS. C. F.

A N T O N I A.

A. Effigies Antonii. M. ANTON. IMP. lituus.

P. Effigies Cæſaris. CAESAR. DIC. VAS. Vas quidem Cæſaris Pontificatum indicat. Lituus vero Antonii Auguratum. Eſt enim lituus inſigne Auguratus, ut eſt apud Ciceronem in libro de Divinat. De M. Antonii Auguratu meminit idem Cicero in oratione ſecunda contra Antonium, & Plutarchus in Antonio.

A. Effigies Antonii. M. ANTON. IMP. III. VIR. R. P. C.

P.

Digitized by Google

P. Effigies Auguſti. C. CAESAR. IMP. III. VIR. R. P. C.

A. Effigies Aotonii. M. ANTON. IMP. III.

P. Effigies Cæſaris. CAESAR. DIC.

A. Effigies Antonii. M. ANT. IMP. AVG. III. VIR. R. P. C. BARRAT. Q. P.

P. Effigies Auguſti. CAESAR. IMP. PONT. III. VIR. R. P. C. BARRATVS M. ANTONII QVAESTOR. Appiaous lib. V. liber impreſſus habet Barbartum pro Barbato; errorem (ut opinor) eiſrariorum. Eſt autem Barbatur Horatiæ familiæ cognomen.

A. Effigies Aoronii. M. ANTON. IMP. III. VIR. R. P. C. AVG.

P. Effigies Auguſti. CAESAR. IMP. PONT. III. VIR. R. P. C.

A. Effigies M. Aotorii. M. ANT. IMP. AVG. III. VIR. R. P. C. M. NERVA. PROQ.

A. Effigies Antonii. M. ANTONIVS. IMP. III. VIR. R. P. C.

P. Simulacrum quoddam. PIETAS COS. L. Artonius ob pietatem in M. Artorium fratrem fuit appellatos *Pietas*. Dion. lib. XLVIII.

A. Effigies Antonii. M. ANTON. AVG. IMP. III. VIR. R. P. C.

P. Simulacrum mulieris læva copiæ corou gerens, dextra clavam, habet & appictam ciconiam. PIETAS COS. Eadem fere nummi hujus explicatio eſt, quæ & ſuperioris fuit, quod vero ſibi velit ciconia, vide nummum Q. Cæcilii Metelli Pii.

A. Effigies Antonii. ANTON. AVG. IMP. III. COS. DES. . . . .

P. M. SILANVS. AVG. Q. PRO. COS. Silanus Aotonium ſecutus eſt. Dion. lib. XLVI.

A. Effigies Antonii cum lituo.

P. Effigies Solis. M. ANTONIVS. III. VIR. R. P. C. M. Antoaius Dionyſium ſe appellavit. Dion. lib. XLVIII. Vellejos Paterculos lib. II. Creſcente deinde, & amotis in Cleopatram incendio, vitiorum, quæ ſemper facultatibus, licentiaque, & aſſentationibus aluntur, magnitudine, bellum patriæ inferte conſtituit, eum ante novum ſe Liberum Patrem appellari juſſiſſet, eum redimitus hederis coronaque velatus aurea, thyrſum tenens, cothurniſque ſuccinctus, curro velut Liber Pater vectus eſſet Alexandriæ. Dion. lib. L. idem eodem libro Solem autem vocatum fuiſſe Oſiridem, & Herodotus, & Diodorus Siculus ſcripſerunt; Oſiridem interpretari Dionyſius, idem etiam Diodorus ſcribit. Erit igitur forraſſe effigies filii Antonii, & Cleopatræ, quod mihi magis probatur. Fuit enim Sol appellatus; quemadmodum filia, Luna dicta fuit. Dion. lib. L.

A. Effigies Antonii. M. ANTONIVS.

P. Templom eum Solis ſimulacro. III. VIR. R. P. C.

A. Simulacro augurali habito M. ANTONIVS. M. F. M. N. AVGVR. IMP. ITER. TER.

P. Effiges Solis III. VIR. R. P. C. COS. DESIG. ITER. ET. TERT.

A. Antonii Effigies eum literis hebraice ſcriptis, quas ſi latine vertas, erit, SALOMON. REX. ex altera parte.

P. TEMPLVM SALOMONIS. Non video cur ambigendum ſit, quin hic nummus fuerit ab Herode ſignatus, ut ſingularem ſcilicet ab Antonio gratiam iniret, cujus potiſſimum ſtudio Tetrarcha prius, deinde Rex Judæis datus fuerat. Ut autem illi morem gereret, Salomonem appellavit, nempe ſapientiorem omnium. Dion. lib. XLIV. Cornel. Tacit. lib. L. Strabo XVII. Joſeph. Antiq. lib. 14. cap. 23. item de Bello lib. I. cap. II. & Antiq. lib. 14. cap. 21.

A. Victoriæ ſimulacrum III. VIR. R. P. C.

P. ANTONI. IMP. A. XII. Leo. Quia M. Antonius dum triumpharet primus Leones curru junxit. Plin. l. VIII. c. XVII. jugo ſubdidit eos, primuſque Romæ ad currum junxit M. Antonius; & quidem civili bello eum dimicatum eſſet in Pharſalicis campis non ſine oſtento quodam tempore illo generoſos ſpiritus jugum ſubire, prodigio ſignificante.

A. Effigies Antonii.

P. Copiæ cornu, & caduceum. M. ANT. IMP. III. VIR. R. P. C.

A. M. ANT. IMP. Lituus, vas & avis.

P. LEP. IMP. ſecuris, & alia quæ ſacrificiis adhiberi ſolent. Quia M. Æmilius Lepidus erat Pontifex Maximus: Antonius autem Augur.

A. Effigies Antonii. ANTONI. ARMENIA. DEVICTA.

P. Effigies Cleopatræ. Florus lib. CXXXI. Antonius Artaxidem Armeniæ Regem fide data perductum in vincula conjici juſſit, Regnumque Armeniæ filio ſuo ex Cleopatra nato dedit. Vellejus lib. II. Qui tertia ætate reverſus in Armeniam, Regem ejus Artavaſdem fraude deceptum catenis, ſed ne quid honori deeſſet, aureis devinxit. Appianus in Parthico juxta finem. Flori codex habet Artaxidem; Vellei Artavaſdem. Quem igitur ſequamur in tanta præſertim librariorum varietate non video. Dion. lib. XLIX.

A. Simulacrum Jovis Ammonis. M. ANTO. COS. III. IMP. III.

P. Simulacrum victoriæ. SCARPVS IMP. Pinarius Scarpus M. Antonii ſecutus eſt partes. Dion. lib. LI. Juppiter Ammon adjectus, quia Pinarius Scarpus Africæ præfectus fuit. De ſimulacro Jovis Ammonis Servius in lib. II. Æneid. Liber cum Indos peteret, ut per Libiam exercitum duceret, fatigatus ſiti, Jovis ſui patris imploravit auxilium, & ſtatim viſo ariete fontes ſecutus eſt. Unde ſacrum eſt Jovi Ammoni ſimulacrum cum capite arietino: quod ideo fingitur, quia ſatis ejus ſint involuta reſponſa. Hyginus in ſigno arietis. Ovidius Metam. lib. V. Lucanus lib. IX. de ſecundo Antonii Conſulatu Dion lib. XLIX. de tertio lib. L. Vide etiam Herodot. lib. 2. *ubi nonnullas affert cauſas, cur apud Cyrenenſes Juppiter* Ἀμμῶν *Ζεὺς, ut ille, inquit, coleretur.*

A. Effigies Antonii. ANTONIVS. IMP. III. COS. DES. IT.

P. ANTONIVS. AVG. IMP. III.

A. Effigies Antonii. M. ANT. AVGVR.

P. Trophæum. IMP. TER.

A. Effigies Auguſti. CÆSAR. IMP.

P. Caduceum. ANTONIVS. IMP.

A. Lituus, & vas. M. ANTONIVS. IMP. AVG. III. VIR. R. P. C.

P. Vexillum, vas, caduceum. L. PLANCVS. IMP. TER.

TER. Plancus, Munariæ familiæ cognomen.

A. Effigies Antonii. ANTONIVS. AVGVR. COS. DES. ITER. ET. TERT.

P. Præfetra, & ſitus. IMP. TERTIO. III. VIR. R. P. C.

A. Effigies Antonii, corona ex bedera, ut mibi videtur, & lituus. M. ANTONIVS. IMP. COS. DESIG. ITER. ET. TERT.

P. Effigies Cleopatræ, vel mulieris, & duo utrinque ſerpentes III. VIR. R. P. C. Nummus hic argenteus exſtat apud Thomam Cavalerium Patricium Romanum, habetque trium fere denariorum pondus. Corona ex hedere, ſpectat ad illud Dionis, & Velleii, quod ſupra notavimus: quod ſcilicet Antonius ſe novum Liberum appellaret.

A. Triremis. M. ANT. AVG. III. VIR. R. P. C.

P. Signa. PRÆTORIARVM: aquila, cobortium Prætoriarum, ut maris & terræ imperium ſignificaret.

A. Triremis 17.

P. COHORTIS. SPECVLATORVM.

LEG. II.

LEG. III.

LEG. IV.

LEG. V.

A. Triremis. ANTONIVS. AVGVR. III. VIR. R. P. C.

P. LEG. VI. ANTONIVS. ET. VARVS. AVG. REST.

LEG. VII.

LEG. VIII.

LEG. IX.

LEG. X.

LEG. XI.

A. Triremis T.

P. LEG. XII. ANTIQVÆ.

LEG. XIII.

LEG. XIV.

LEG. XV.

LEG. XVI.

LEG. XVI. CLASSICÆ.

LEG. XVIII. LYBICÆ.

LEG. XIX.

LEG. XX.

LEG. XXI.

LEG. XXII.

LEG. XXIII.

LEG. ... IV.

Antonio Legiones XXVIII. Appianus Alexandrinus lib. V. fol. 134. I. K.

A. Effigies Antonii cum lituo. ANT. IMP. III. VIR. R. P. C.

P. Roſtrum navis & ſtella. CN. DOMIT. AHENOBARBVS. IMP.

A. Effigies Senis. S C.

P. Quadrigæ. Q. ANTO. BALB. Pr. Antonius Balbus Prætor.

A Q U I L I A.

A. M. AQVIL. M. F. M. N. SICIL.

P. Simulacrum. VIRTVS. III. VIR. M. Aquilius ovans de ſervis fugitivis rediit ex Sicilia A. V. C. DCLIV. Cic. de orat. lib. 2. L. Florus lib. 3. virtutis ſimulacrum cum galea quemadmodum in nummo Honoris, & Virtutis Cordi Kaleni notatum eſt.

A. Simulacrum Solis.

P. Bigæ, quibus vehitur luna, ſtellæ. M. AQVIL. ROMA.

A R R I A.

A. Effigies. M. ARRIVS. SECVNDVS.

P. Spiculum in medio coronæ.

A T I L I A.

A. Roma. ROMA.

P. Caſtor & Pollux. M. ATILI.

A. Effigies libertatis. LIBERTATIS.

P. Roſtra PALIKANVS. Palicani meminit Cic. in Bruto. Val. Max. lib. III. cap. 8. Palicanus Aciliorum cognomen. Quintilianus lib. IV. cap. 20. Aſconius in Divination. Lolliæ familiæ cognomen Palicanus. Aſcon. in III. Verrin.

A. Effigies Honoris. HONORIS.

P. Sella Curules, & PALICANVS. Cic. de natura Deor. videns templum honoris a M. Marcello renovatum, quod multis annis ante ſe erat bello Liguſtico a Q. Maximo dedicatum.

A. Roma.

P. Bigæ. C. AT L. ROMA. C. Atilius.

A U R E L I A.

A. Simulacrum Romæ. ROMA. M. AVRELI.

P. Bigæ. SCAVRI. L. LIC. CN. DOM. L. Licinius, & Cn. Domitius cenſores fuerant ante bellum marſicum Claudio Pulchro & Perperna Coſ. ut eſt in monumentis Capitolinis. Meminit ejuſdem Cenſuræ, & Macrobius in Saturnalibus. Fuere fortaſſe Aurelius Scaurus, Licinius, & Domitius, eodem anno triumviri monetales.

A. Roma.

P. Quadrigæ. AP. CL. T. M. Q. AR. Ap. Claudius. T. Manlius. Q. Aurelius.

A. Simulacrum Vulcani barbati cum pileo, & forcipibus.

P. Corona, & aquila fulmen tenens L. COT. Barbatum Vulcanum fingit etiam Virgilius, ſi modo Virgilio inſcribendum eſt opus illud ad Battarem.

Nam certe Vulcanus opus faciebat; & illi
Triſti, turpabatque mala fuligine barbam.

Euſeb. de præparat. Evang. lib. III. cap. 5. & Arnob. lib. VI. inquit: Cum pileo Vulcanus, & Malleo.

A. Roma cum galea. COTA.

P. Bigæ Centaurorum. M. AVREL. ROMA. Animadvertendum hoc loco eſt, in impreſſis codicibus hoc loco cognomen *Cota*, duplici T. Cotta ſcribi.

A X S I A.

A. Romæ ſimulacrum. NASO. S. C.

P. Currus Dianæ cum cervis. L. AXIVS. L. F. Cervi ad currum Dianæ jungebantur. Apollonius Rhodius lib. III. & Callimachus in Hymno Dianæ. Claudianus etiam de laudibus Stiliconis lib. III.

Bæ-

B æ b i a.

A. Simulacrum Romæ. TAMPIL.

P. Quadrigæ. M. BÆBI. Q. F. ROMA. In Capito-linis monumentis *Tamphilus* ſcriptum eſt, non ut hic *Tampilus*. Facit autem ad locum Ciceronis in Orat. Quin ego ipſe cum ſcirem ita majores locum eſſe, ut nuſquam niſi in vocali aſpiratione uterentur. Loquebar ſic, ut pulcros, cætegos, triumpos Cartaginem dicerem. Quintilianus lib. I. cap. IX. eodem etiam modo dictum eſt, TRIUM-PUS, & PILIPPUS, in aliis nummis.

C æ c i l i a.

A. L. METELLUS. A. ALB. S. F. A. Albinus Sp. filius.

P. Victoria Romam coronans. C. MAL. ROMA.

A. Simulacrum Africæ cum pelle capitis elephantis, ſpica & aratro.

Q. METELLUS. SCIPIO. IMP. Claudianus de laudibus Stiliconis lib. II.

Tunc ſpicis, & dente comas illuſtris eburno,
Et calido rubicunda die, ſic Africa fatur.

Spicam & aratrum opinor adjecta, quia eſſet Africa fertiliſſima. Scipio in Africa Imperator. Cæſar de bello civili lib. III. His temporibus Scipio detrimentis quibuſdam circa montem Amanum acceptis ſeſe Imperatorem appellaverat. Cur ſit Scipio cognominatus. Dion. lib. XL.

P. Herculis ſimulacrum. EPPIUS. LEG. F. C. fortaſſe, legatus faciendum curavit. M. Eppius Scipionis partes ſecutus, ut contra Cæſarem, Cæſar de bello Africo lib. V. De Eppio nonnulla etiam Cicero in epiſtolis ad Atticum. De hoc Herculis ſimulacro in Africa. Herodotus lib. II.

A. Effigies coronata. Q. METEL. PIUS.

P. Elephas. SCIPIO IMP. Videtur hic nummus in Africa ſignatus, cum Metellus hic Pompei ſocer ibi erit Imperator, duabus autem de cauſis adducor, ut id credam, tum quia non eſt adjectum, ROMA, tum etiam quia effigies ipſa Afram potius quam Romanam rationem ſequi videtur. Elephantem autem opinor additum, quia Metellus primus elephantes primo Punico bello duxit in triumphum. Plinius lib. VII. cap 43. Florus lib. XIV.

A. Roma. ROMA.

P. Vir triumphans in curru elephantum. C. METELLUS.

A. Simulacrum Pietatis cum ciconia.

P. Elephas Q. C. M. P. I. Q. Cæcilius Metellus Pius Imperator. Ciconiam Piam eſſe in parentes multi ſcripſerunt, inter quos Plinius lib. X. cap. XXIII. a qua etiam adagium illud fluxit ἀντιπελαργεῖν. Appicta igitur hic erat Ciconia, ut pietas in parentes ſignificaretur, qua etiam cauſa Metellus ipſe Pii cognomen meruit. Vellejus lib. II. Q. Metellus Numidici filius, qui meritum cognomen Pii conſecutus erat, quippe expulſum civitate L. Saturnino Tr. Pl. quod ſolus in leges ejus jurare noluerat, Pietate ſua, authoritate Senatus, conſenſu Reip. reſtituit patrem. Valer. Max. lib. V. c. 2. Appianus lib I.

A. Simulacrum Pietatis cum Ciconia.

P. Corona quercea, lituus, & vas. IMPER. Nummus eſt Q. Cæcilii Metelli Pii de quo ſupra. Vas adjectum, quia fuit Pontifex Maximus. Aſconius in Orat. pro Cornelio.

A. Roma. ROMA.

P. Clypeus, & corona. M. METELLUS. Q. F. Caput elephantis in medio coronæ, ob ea quæ de Metello ſupra notata ſunt.

A. Effigies coronata. ROMA.

P. Clypeus, & corona. M. METELLUS Q. F. In medio clypei caput elephantis.

A. Roma. Q. ME. F.

P. Juppiter in curru. ROMA.

A. Iſidis ſimulacrum quam habens in capite, dextra manu tenens ſiſtrum. Q. METEL. PIUS. SCIPIO. C. T. S.

P. Simulacrum cum alis, dextra caduceum, leva rotam tenens. P. CRASSUS. IUN. LEG. PROPR. Cicero ad Q. Fratrem lib. III. cap. ult. Craſſum Junianum hominem mihi deditum per me demeruit. Videtur autem Craſſum adoptaſſe aliquem e Juniorum familia.

A. Simulacrum Termini, ut videtur, ſed Africana ratione. Spica & baculum. METELLUS. SCIPIO. IMP.

P. Copiæ cornu, trutina, ſella curulis, & ſpicæ. CRASS. IUN. LEG. PROPR. in alio: CRASS. IUN.

C a e s i a.

A. Simulacrum juvenis imberbis, manu ſagittas geſtantis. Duo ſimulacra; & canis medio & ſupra Vulcani caput cum forcipibus.

P. L. CÆSI. AE R. ideſt, Lares. Hi Lares ſunt, qui ſic finguntur; caput vero Vulcani, quia is eſt Deus ignis, & Lares in foco coluntur. Juvenis vero effigies erit ſimulacrum Vejovis, quo de vide Gellium lib. V. cap. XXII. & Ovid. Faſt. lib. III. Fuit enim Vejovis ſimulacrum in Æde quæ ſita eſt inter arcem, & capitolium. Sagittas tenebat, quæ videlicet paratæ viderentur ad nocendum, quapropter plerique Apollinem eſſe crediderunt. Illud etiam hoc loco non eſt prætereundum, videri in nummo Lares ipſos ſuccintos canina pelle. Quid etiam adſtans canis velit, Plutarchus in Problemat. Cur inquit, Laribus, quos proprie Præſtites vocantur, canis aſſiſtit, ipſi autem Lares canum veſtibus veſtiuntur, idem & Macrob. in Saturnalib.

C a l i d i a.

A. Roma. ROMA.

P. Biga. M. CALID. Q. MET. CN FOUL. ideſt Marcus Calidius Quintus Metellus Cneus Fulvius.

A. Simulacrum Romæ. ROMA.

P. Biga. CN FOL. M. CAL. Q. ME. M. Calidius Cn. Follius Q. Metellus, triumviri opinor monetales.

C a l p u r n i a.

A. Simularum Saturni, cum falce. PISO CÆPIO.

P. Duo viri ſedentes, & ſpicæ duæ a latere. AD. FRU. EMU. EX. S. C.

Sunt opinor, duo ædiles, qui ut frumento præeſſent a Cæſare, inſtituti ſunt. Dion. lib. XLIII. & Digeſt. lib. I. num. II.

Cæpio Serviliorum, Piſo Calpurniæ familiæ cognomen. Extat nummus alter argenteus, in cujus poſtica eadem fere ſignata ſunt, quo & in hoc impreſſa videntur. Habet enim duos viros ſedentes, & ſpicas; in antica vero Cereris ſimulacrum cum literis ÆD. PL. V[illegible]. Cum igitur ædiles ad frumentum emendum crearentur, non immerito Ceres ſignata eſt, quæ frumento præeſt. Saturnum vero fuiſſe agriculturæ repertorem, nemo eſt, qui ignoret. Itaque, ut inquit Fulgentius, propter Annonæ erogationem ad ſe populos attrahens, a ſaturando dictus eſt, Saturnus, proptereaque Falcifer a Poetis cognominatur. Ovidius:

Cauſa ratis ſupereſt, Tuſcbum rate venit ad amne,
Ante perrerato Falcifer orbe Deus, &c.

A. Effigies. NVMA. CN. PISO. PRO. Q.

P. Navis roſtrum. MAGN. PROCOS.

Calpurniorum familia, cujus cognomen Piſo, a Calpo Numæ Pompilii filio duxit originem; eaque de cauſa Horatius in arte Poetica, Piſones Pompilium ſanguinem dixit: *Vos o Pompilius ſanguis*, &c. Plutarchus in Vita Numæ, Appianus in Mithridatico ſcribit P. Piſonem unum e Pompeii profectis fuiſſe.

A. Simulacrum, ut mihi quidem videtur, Apollinis.

P. Eques currens, cum palma. C. PISO. L. F. FAVG.

A. Corona myrtea, vel laurea. M. PISO. M. F. FRVGI.

P. Terminus, corona, & vas.

Calpurniorum familiam, cujus cognomen Piſo, a Calpo Numæ Pompilii filio habuiſſe originem, jam ſatis conſtat. Numa vero ipſe Termino Deo ſacellum erexiſſe tradunt in colle Tarpejo, cui nihil animatum ſacrificaretur, ſed liba tantum, pultes, & frugum primitiæ. Dionyſius Halicarnaſſ. lib. II. Plutarch. in Problemat. Termino, inquit Feſtus, ſacra faciebant, quod in ejus tutela fines agrorum eſſe putabant. Denique Numa Pompilius ſtatuit, eum qui terminum exaraſſet, & ipſum & bovem ſacros eſſe, &. Extat nummus hic, non alibi, quod ſciam, notatus, apud Thomam Cavalerium.

C A R I S I A.

A. Simulacrum Deæ. MONETA.

P. Incudo, Malleus, & Forceps. T. CARISIVS.

Moneta, Junonis eſt cognomen Quæ a Livio lib. VII. & Cicerone referuntur, quod moneta ſcilicet Juno a moneo verbo denominata fuit mihi non ſatis placent. Quod vero a Suida de eadem ſcriptum eſt maximopere probatur. Inquit enim cum Romani pecunia indigerent in bello contra Pyrrhum, & Tarentinos, Junonem oraſſe, quæ illos monuit, ſi Juſtitiæ armis uterentur, pecuniam eis defuturam. Quod cum Romanis recte contigiſſet, Monetam Junonem veneratos eſſe, ejus rei ſignum fuiſſe, quod nomiſma, id eſt, moneta inſcripta in ejus templo aſſervabatur.

A. Simulacrum, ut opinor, victoriæ, ROMA.

P. Pila, Copia cornu, navis, clavus T. CARISIVS. III. VIR.

A. Simulacrum Deæ.

P. Sphinx. T. CARISIVS. III. VIR.

Sphingem in nummo expreſſit Cariſius, non qualem Plinius lib. VIII. cap. 21. vel Solinus cap. 40. ſed qualem poetæ deſcribunt. Auſonius in ternario numero:

Terruit Aoniam volucris leo, virgo, triformis.
Sphinx, volucris pennis, pedibus fera fronte puella.

Fieri autem poteſt ut Cariſius III. Vir monetalis Auguſti temporibus, ſphingem ſignaverit, ut Auguſto rem gratam faceret, qui ut Dion ſcribit lib. LI. Sphinge pro ſigno uſus eſt. Suetonius in Auguſto cap. V. in diplomatibus, libelliſque, & epiſtolis ſignandis, initio ſphinge uſus eſt: mox imagine Magni Alexandri, deinde ſua.

A. Simulacrum Victoriæ.

P. Victoria in biga. T. CARISIVS.

C A S S I A.

A. Simulacrum libertatis. C. CASSI. IMP. LEIBERTAS.

P. Lituus, & vas. LENTVLVS. SPINT.

Lentulus Spinther fuit Pontifex. Cæſar de bello civili lib. I. ideo vas oppoſitum. Quod autem fuerat Pompejarum partium, Cæſar eodem loco. Hic eſt ille Cornelius Lentulus, ni fallor, ad quem M. Tullius primum illud volumen epiſtolarum (ut dicunt) familiarium ſcripſit. Libertatis ſimulacrum in argenteis, vel aureis nummis velato capite nondum obſervatum eſt, itaque concordiæ ſignum potius eſſe crediderim, cum ita in omnibus fere nummis notari ſoleat, facit autem ad locum Ciceronis in Orat. pro domo ſua ad Pontifices. Q. Martius (inquit) Cenſor ſignum concordiæ fecerat, idque in publico collocarat. Hoc ſignum C. Caſſius cum in Curiam tranſtuliſſet, collegium veſtrum conſuluit, nunquid eſſe cauſſæ videretur, quin ad ſignum, curiamque dedicaret?

A. Simulacrum veſtæ. Q CASSIVS. VEST.

P. Templum veſtæ [A.C], & verna.

L. Caſſius tulit legem [illegible] ſtatiam. Cic. in lib. de claris oratorib. & de legib. lib. III. Hujus legis abſolvendi nota erat, A, condemnandi autem C. Aſcon. in Divinat. In Divinatione & in aliis cauſis majoribus univerſi Judices in eis tamen tabulas ſimul conjiciebant ſuas, eaſque inſculptas literas habentes. A. abſolutionis, C. condemnationis cum de alicujus capite agebatur. NL. ampliationis. His enim literis ſignificabant non liquere. Idem in III. Verrina. Nam cum condemnandi nota eſſet C. littera, abſolvendi A. ampliandi ſignum NL. dabant, quo ſignificabant non liquere unde ampliatio naſcebatur, ſimulacrum veſtæ cum templo opinor adjectum, quia Caſſius templum veſtæ purgavit damnatis virginibus inceſtis. Aſconius in Milon. De forma templi Veſtæ Ovid. Faſtor. lib. VI. cum de templo Veſtæ loquitur, inquit:

Et quantum a ſummis tantum ſeceſſit ab imis
Terra, quod ut fiat forma rotunda facit.
Par facies templi, nullus procurrit in illo
Angulus, &c.

Plin. lib. XXXIV. cap. 3.

A. Simulacrum libertatis. Q. CASSIVS. LIBERT.

P. Templum veſtæ, urna & tabella [A.C].

A. Simulacrum veſtæ.

P. Vir ponens ſuffragium in urna. LONGIN. III. VIR. Spectat hic nummus ad legem Caſſiam tabellariam ſupra notatam. Longinum enim eſſe Caſſiæ familiæ cognomen nemo eſt qui neſciat. Ego vero opinor hanc eſſe legem a Longino latam de populi judicio. Cicero pro Cornelio. Etiam hæc recentiora prætereo, ponam principium juſtiſſimæ libertatis, Caſſiam, qua lege ſuffragiorum vis, poteſtaſque convaluit, alteram Caſſiam, quæ populi judicia firmavit. Aſconius ibidem. Quæ ſit iſta lex Caſſia, qua ſuffragiorum poteſtas convaluit, manifeſtum eſt. Nam ipſe quoque paulo ante dixit, legem Caſſiam tuliſſe, ut populus per tabellam ſuffragium ferret. Altera Caſſia lex, quæ populi judicia firmavit, quæ ſit poteſt quæri, eſt autem hæc L. Caſſius L. F. Longinus Tribunus plebis C. Mario C. Flavia Fimbria Coſ. plures leges ad minuendam nobilitatis potentiam tulit, in quibus hanc etiam, ut quem populus damnaſſet, cuive imperium abrogaſſet, in Senatu non eſſet &c. fol. 52 a.

A. Simulacrum Romæ cum ſigno X & urna.

P. Quadriga. C. CASSI.

Urnam adjectam opinor, ob eandem legem Caſſiam Tabellariam, de qua ſupra. Aſconius in II. Verrina leges Caſſiæ tabellariæ de ſuffragiis libere ferendis non voce, ſed tabula, &c.

A. Simulacrum Liberi patris hedera coronati.

P. Simulacrum Liberæ, ſeu Proſerpinæ, nam eadem eſt, hedera coronatæ. L. CASSI. Q. F. Nam Caſſius Conſul ædem Liberi, Liberæque dedicavit. Dionyſ. lib. VI.

A. Ceteris ſimulacrum. CÆICIAN.

P. Boves aratrum trahentes. L. CASSI.

Admonet me locus Ciceronis in Verrem Orat. V. ut hanc Caſſiam legem frumentariam eſſe credam a Caſſio latam, qui Conſul cum M. Terentio fuit. Aſconius in Verrina III. in quo ipſo magiſtratu legem tulit.

A. Simulacrum Apollinis.

P. Aquila fulmen tenens, lituus, & vas. Q. CASSIVS. Caſſius Apollinis cognomentum apud Menandrum, cujus ara in comediæ ſcena ſtatuta fuit: Cælius Rhodiginus.

A. Mulieris ſimulacrum. C. CASSI. IMP.

P. Acroſtolium navis. M. SERVILIVS. LEG.

Vide nummum Longi, & Caſcæ infra.

CIPIA.

A. Biga.

P. Roma. M. CIPI. M. F.

CLAUDIA.

A. Effigies Marcelli, cum ſigno Siciliæ MARCELLINVS.

P. Vir referens ſpolia opima in templum Jovis Feretrii. MARCELLVS. COS. QVINQ.

De templo Jovis Feretrii, & iis qui ſpolia eo opima retulerunt, Liv. lib. I. Propertius lib. IV. de Marcello, qui ſpolia opima rectius retulit, Virgilius lib. VI. Capitolina monumenta. M. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS ANN. DXXXI. COS. DE. GALLIS. INSVBRIBVS. ET GERMAN. K. MART. ISQVE. SPOLIA. OPIMA. RETTVLIT. DVCE. HOSTIVM. VIRDVMARO. AD. CLASTIDIVM. INTERFECTO. Signum vero Siciliæ additum exiſtimo, quia ex Sicilia de Syracuſanis in monte Albano triumphavit. Livius lib. 26. Pridie quam urbem iniret, in monte Albano triumphavit, inde ovans, multam præ ſe prædam in urbem intulit, cum ſimulacro captarum Syracuſarum catapultæ, baliſtæque & alia omnia inſtrumenta belli lata. Plutarch. & Plin. de Viris illuſtr.

A. Simulacrum Dianæ.

P. Bigæ CXXXXIIII TI. CLAVD. TI. F. AP. N.

A. Romæ caput galeatum.

P. Biga. C. PVLCHER.

Pulcher Claudiæ familiæ cognomen.

A. Simulacrum Apollinis.

P. Diana faces manibus geſtans. P. CLODIVS. M. F.

Quod Dianam geminas faces geſtantem induxerint, Callimachus in ejus hymno, & Sophocles in Trachiniis &c. Interpres Sophoclis eo in loco ita ſcribit &c. Vide & Lilium Gregorium Giraldum in libro de Diis Gentil. & Callimachi Interprete in hymno Dianæ.

A. Apollinis ſimulacrum. C. CLODIVS. C. F.

P. Simulacrum veſtæ. VESTALIS.

Hæc opinor, eſt Claudia veſtalis, quæ patrem triumphantem in curru comitata eſt, eadem enim eſt Claudia familia, ac Clodia. Cic. pro Clodio.

A. Simulacrum ſolis.

P. Luna, cum quinque ſtellis. P. CLODIVS. M. F.

CLOULIA.

A. Roma.

P. Biga. T. CLOVLI. & infra ſpica.

COELIA.

A. Effigies Cœlii. C. COEL. CALDVS. COS. Caput Caldi Conſulis, pone quod ſignum militare in quo HIS, & ante caput Apex parvulus.

P. Duo trophæa, & vir in lecto ſorte recumbens in Epulo quod in Capitolio ſemper viri Epulonum celebrabant cum litteris C. CALDVS. IMP. A. X. ideſt Imperator Aug. Decemvir. L. CALDVS. VII. VIR. EPVL.

Caldus hic IIIVir. fuit opinor Quæſtor Cic. Procoſ. in Cilicia, filius L. Caldi VIIviri Epulo, & nepos Caldi Coſ.

Ex Valerio Max. colligitur quod viri antiquitus in lectulis duntaxat, mulieres vero in ſellis diſcumberent. Val. Max. lib. 2. cap. 1. Feminæ cum viris cubantibus ſedentes cœnitabant, quæ conſuetudo ex hominum convictu ad divina penetravit. Nam Jovis Epulo, ipſe in lectulum, Juno, & Minerva in ſellas ad cœnam invitabantur. Septemviri Epulonum quam primum creari cœpti; Cic. in lib. III. de Orat. Nam tres prius epulones inſtituti fuerant, ut ludorum epulone ſacrificium facerent, deinde duo tribus additi, quinque fuerunt.

Ce-

Digitized by Google

Ceſtii ſeptemviri epulonum extat etiam hodie monumentum Romæ. Caldus igitur de quo in nummo, cum & ipſe ſeptemvir eſſet, Jovem in Lectulo diſcumbentem finxit ob ea quæ ſupra ex Valerio notavimus.

A. Effigies eadem. L. COEL. CALDVS. COS. L.D.

P. Solis ſimulacrum. CALDVS. III. VIR.

Cœlius tabellariam legem tulit de qua Cic. lib. 3. de Legibus. Cœlius perduellionis judicio tabellam dedit notæ ſcilicet L.D. Atque ut ego exiſtimo, ſignificatur *Libero*, & *Damno*: nec vero id alicui abſurdum videri debet. Caſſius enim, qui primam legem tulerat de Populi judicio, notavit A. C. hoc eſt, *Abſolvo*, & *Condemno*, ut in nummo Q. Caſſii notatum eſt, in quo hæc tabella depicta eſt A.C. Cœliis vero ne iiſdem uteretur notis, quando quidem alia lex, litera ſignavit L. D.

A. Roma.

P. Cupiolo in biga. C. COIL. CALD.

Coilius, pro Cœlius, græco diphtongo, ut Ailius in Capitolinis monumentis pro Æmilius.

A. Roma.

P. Caſtor, & Pollux equites. L. COIL.

C o n s i d i a.

A. Simulacrum Veneris. C. CONSIDI. NONIANI. S. C.

P. Templum in monte ante portam ERVC.

De templo Veneris Erieynæ. Strabo lib. VI. erat & Romæ templum Veneris Erycinæ prope portam Gallinam. Livius lib. XXX. & lib. XL. & Ovidius Faſtor. lib. IV.

Templa frequentari collinæ proxima portæ.

Nunc decet: a ſiculo nomina colle tenet. Conſidii Noniani meminit Cicero in epiſtola ad Tironem. Nummus hujuſmodi aureus extat apud Fulvium Urſinum, ſed majoris ponderis, quam alii aurei nummi eſſe ſolent.

A. Simulacrum Deæ.

P. Sella curulis. C. CONSIDI. PÆTI.

C o p o n i a.

A. Clava cum exuviis leonis. C. COPONIVS. PR. S. C.

P. Effigies quædam. Q. SICINIVS. III. VIR.

T. Coponius Tiburtinus in Civium Romanorum numerum adſcriptus. Cicero pro Cornelio Balbo Tibur Herculeum. Strabo lib. V. Martialis lib. I. Tiburi templum Herculis. Suetonius in Auguſto cap. 72. locus Velleii lib.

C o r d i a.

A. Simulacrum Caſtoris, & Pollucis. RVFVS. III. VIR.

P. Mulier lances tenens. M. CORDIVS.

A. Simulacrum. RVFVS. S. C.

P. Cupido Delphino inſidens. M. CORDIVS.

A. Ægis Palladis. M. CORDIVS.

P. Galea ipſius Palladis, & ſupra noctua. RVFVS.

C o r n e l i a.

A. Effigies Syllæ. SVLLA COS.

P. Effigies Pompeii Rufi. Q. POMPEIVS. RVFI. RVFVS. COS. Fuerunt Conſules Cornelius Sylla, & Pompejus Rufus anno P. R. C. DCLXV.

A. Sella curulis, & lituus. SVLLA. COS.

P. Sella curulis. Q. POMPEI. Q. F. RVFVS. COS. Q. POMPE. Ab altero ſellæ latere tneſt ramus, ut mihi quidem videtur, olivæ; ab altero ſpiculum, quibus pacem, & bellum notari credendum eſt.

A. Simulacrum Deæ. L. SVLLA.

P. Duo trophæa, lituus, & vas. IMPER. ITERVM.

Nondum tertium erexerat trophæum Sylla, inde Imperator iterum. Tria namque trophæa erant Syllæ ſignum. Dion. lib. XLII. De duobus Syllæ trophæis mentionem etiam facit Plutarchus in ejus vita, & in libello de Fortuna Romanorum.

A. Effigies Junonis, cui a tergo adeſt ſceptrum.

P. Tria trophæa [illegible] Fauſtus.

Tria Syllæ trophæa ſunt hæc.

A. Simulacrum Cereris, cum ſpicæa corona.

P. Juno Soſpita augurem coronans, & avis a tergo Junonis Q. CORNVFICI. AVGVR. IMP.

Avis opinor ad auguratum ſpectat Q. Cornificius unus e Cic. competitoribus. Aſconius Pedianus.

A. Effigies cum pelle leonis.

P. Tria trophæa. LIBERATOR. VRBIS. P. P.

Opinor hunc nummum ſignatum eſſe a Sylla, vel Fauſto ejus filio in patris memoriam, cum habeat caput tectum leonis pelle, ut nummus infra notatus, & tria Syllæ trophæa. Quem cum triumpharet, Romani appellaverunt Conſervatorem, & Patrem.

A. Effigies cum leonis pelle. S. C. [illegible]. Fauſtus.

P. Pila, & circum quatuor coronæ.

A. Simulacrum Dianæ, & lituus. FAVSTVS.

De Fauſti auguratu Dion. lib. XXXIX.

P. Vir in ſolio poſitus, ac duo genuflexi, quorum alter palmam præbet ei, qui ſedet. FELIX non erit inficiandum quin alter e genuflexis ſit Bocchus, qui Jugurtham vinctum Syllæ tradit, qua de re Salluſtius in fine Jugurthini belli. Quia etiam traditione Sylla ſemper ſignavit. Plin. lib. 37. cap. I. Sylla Dictator traditione Jugurthæ ſemper ſignavit. Valerius Maximus lib. 8. cap. II. L. autem Sylla etiamſi ad neminem ſcriptorem animum direxerit, tamen Jugurtha a Boccho Rege ad Marium perducto totam ſibi laudem cupide aſſeruit, ut annulo quo ſignatorio utebatur ſculptam illam traditionem haberet. Plutarch. in Sylla, & in Mario.

A. Romæ ſimulacrum. L. MANIL. PROQ.

P. Quadriga L. SVLLA. IMP.

Hic nummus invenitur etiam aureus, ſed majoris ponderis, quam ſunt alii aurei.

A. Simulacrum G. P. R. Genius Populi Romani.

P. Pila, ramus oleæ, & navis gubernaculum CN. LEN. Q. EX. S. C. ideſt, Cn. Lentulus Quæſtor ex Senatuſconſulto.

A. Simulacrum idem.

P. Pila, & eadem re EX. S. C.

LENT.

LENT. CVR. X. FL. hoc eſt, Lentulus curator denariorum Flandrorum.

A. Herculis ſimulacrum. Q.

P. Vir ab altero coronatus.

Q. LENT. MAR. F. ideſt, Q. Lentulus Marcellini filius.

A. Simulacrum Jovis, & ſlax meſſoria. LENT. MAR. COS. *

P. Caput mulieris cum tribus cruribus, & tribus ſpicis, quia figura Sicilia deſcribitur, a tribus promontoriis, unde & Trinacria dicta eſt. Cicero in Verrem. Scio C. Marcellum, & Co. Lentulum Marcellinum, quorum fide, atque præſidio Siculi maxime utuntur, quod omnino Marcellorum nomini tota illa provincia adjuncta ſit. Aſconius in Commentariis ejuſdem orationis dicit Marcellos, & Marcellinos gentiles, & quare Siciliæ patroni ſint. Cicero in V. Verrinarum dicit Marcellos antiquiſſimos Siciliæ patronos. In IV. Verrinarum Marcella feſta Syracuſis & quare. Cn. Lentulum patronum Siciliæ audiſtis. Quare credendum eſt Lentulum ſignaſſe Siciliæ figuram, ut oſtenderet ſe eſſe ex Marcellinorum familia, quæ cum eſſet Claudia, in Corneliam adoptata eſt; & qui primus adoptatus fuit dictus eſt Cornelius Lentulus Marcellinus.

A. Securis, culter, & vas BRVTVS.

P. Lituus, & vas. LENTVLVS. SPIN.

A. Effigies cum galea forte Martis ſimulacrum. BLASIO. CN. F.

P. Roma virum coronans. ROMA.

Blaſio Corneliæ familiæ cognomen.

A. Jovis ſimulacrum.

P. Juppiter in quadrigis. L. SCIPIO. ASIAG.

Getulicus fortaſſe, niſi in aliis pro G. C. videretur. Hic igitur locus mihi valde ſuſpectus eſt.

A. Jovis ſimulacrum. NERI. Q. VRB.

P. Duo ſigna Cohortium, in quorum medio ineſt aquilæ ſignum. L. LENT. C. MARC. COS. in dextera littera H. in ſiniſtra P.

A. Simulacrum Apollinis. L. LENT. C. MARC. COS.

P. Signum Jovis, dextra fulmen, leva aquilam tenentis, a dextra etiam parte adeſt ſtella, læva autem ara. Q.

Hic nummus habet conſules L. Cornelium Lentulum, & C. Marcium ut in nummo NERI. Q. VRB. notatum eſt.

C O R N U F I C I A.

A. Simulacrum Jovis Ammonis.

P. Juno Soſpita Augurem coronans. Q. CORNIFICI. AVG. IMP.

C O S C O N I A.

A. Roma. L. COSCO. M. F.

P. Biga. L. LIC. CN. DOM.

A. Signum Africæ cum proboſcide, & aure elephantis.

P. Sella curulis, & galea. L. CESTIVS. C. NORBAN. PR. S. C.

Nummus aureus extat apud Fulvium Urſinum. Quod Africa ita fingeretur, ſupra in Metello notatum eſt ex Claudiano.

C O S S U T I A.

A. Simulacrum Meduſæ. Sabula.

P. Bellerophon Pegaſo inſidens. L. COSSVTI. C. F. XXXXI.

C R E P E R E J A.

A. Simulacrum Deæ & teſtudo.

P. Neptunus inſidens currui equorum marinorum. Q. CREPEREIVS. ROCVS.

C R E P U S I A.

A. Simulacrum Deæ. CENSORIN.

P. Biga L. LIMETA P. CREPVSI. Triumviri monetales.

A. Simulacrum Apollinis, opinor.

P. Eques. P. CREPVSI.

C U R I A T I A.

A. Roma. TRIGE.

P. Quadriga. C. CVRI. ROMA.

Curiatius Trigeminus. Curiatiorum, & Horatiorum hiſtoria apud Livium lib. I.

D I D I A.

A. Simulacrum Concordiæ. P. FONTEIVS. CAPITO. III. VIR. CONCORDIA.

P. Villa publica. T. DIDI. IMP. VIR. PVB.

T. Didius Imperator in Hiſpania. Salluſtius in Hiſtor. apud Gellium lib. 2. cap. 27.

A. Roma.

P. Duo viri pugnantes. T. DIDI.

D O M I T I A.

A. Romæ ſimulacrum, & ſpica.

P. Biga, & vir cum leone pugnans. ROMA. CN. DOMIT.

Plinius lib. VIII. c. 36 M. Piſonem, M. Meſſalla Coſ. Domitium Ahenobarbum Ædilem curulem urſos Numidicos centum, & totidem Æthiopas venatores in circo dediſſe; minor adjectum Numidicos fuiſſe, cum in Africa non gigni urſos conſtet. Hæc Plinius. Ego quidem, ſi conjecturæ locus ſit, crediderim Cn. Domitium, de quo in nummo Ædilem fuiſſe, ſpicam autem adjectam, quia ædiles curarent annonam. Cicero de Legib. lib. 3. opinor vero dediſſe centum leones, non urſos, ſed annales fuiſſe mendoſos, Plinioque ambigendi cauſam dediſſe. Dubitandi autem nulla fuiſſet occaſio ſi leones ibi, ut in nummo ſcriptum fuiſſet.

A. Roma. L. PORCI. LICI.

P. Biga. L. LIC. CN. DOM.

A. Effigies Cn. Domitii. AHENOBAR.

P. Trophæum ſupra roſtrum navis. CN. DOMITIVS. IMP.

Hic fuit Neronis proavus, de quo Suetonius in Nerone cap. 30. Trophæum ſupra navis roſtrum, quia fuit claſſis præfectus.

Suetonius ibidem. Dion. lib. XLVIII.

A. Simulacrum Romæ, ROMA.

P. Currus triumphalis. CN. DOMIT.

A. Roma. L. POMPONI. CNF.

P. Mars in biga L. LIC. CN. DOM.

EGNA-

Digitized by Google

Egnatia.

A. Simulacrum Cupidinis. MAXSVMVS.

P. Porticus, & duo viri. EGNATIVS. GN. F. CN. N.

De Egnatio Maximo, Cicer. ad Atticum lib. XIII.

Eonatoleja.

A. Apolliois caput laureatum. C.EGAT ✓L EI. C. F. Q. ideſt C. Egnatulei Caii filius Quæſtor.

P. Victoria. Q. in area: in imo ROMA.

Fabia.

A. Appollo. MAX. Maximos.

P. Corona, in cujus medio Cornucopiæ, & Fulmen. Maximus Fabiorum cognomen.

A. Roma.

P. Simulacrum Romæ ſedens, manu geſtans Flaminis apicem. In Clypeo Romæ ſunt hæ literæ.

QVI
RIN

N. FAB. PICTOR.

Q. Fabius Pictor Flamen Quirinalis. Livius lib. XXXVII. Præturas deinde ſortiti ſunt L. Poſtumius Albinus Urbanam, & inter peregrinas M. Sempronius Tuditanus Siciliam, Q. Fabius Pictor Flameo Quirinalis Sardiniam. Idem eodem libro Prætores exinde facti duo Q. Fabii, Labeo, & Pictor, Flamen Quirinalis eo aono inauguratos fuerat &c. M. Fabius Pictor Flamen Quirinalis. Liv. lib. XLV puto autem depravatum eum locum eſſe ac pro N. poſitum eſſe M. prænomen.

A. Simulacrum mulieris velatæ. EX. A. PV. argento publico.

P. Biga. C. FABI. C. F. & avis, & littera N.

Erit fortaſſe Buteo avis, a qua Fabiorum familia cognomen accepit. Plin. lib. X. cap. VIII.

A. Roma. LABEO.

P. Quadriga. Q. FABI.

Q. Fabii Labeonis meminit Cicero in libris de Oratore ad Q. fratrem.

Fannia.

A. Ceres. AEO. PL.

P. Duo viri ſedentes, & ſpicæ duæ.

M. FAN. L. CR. P. A. hoc eſt, publico argento.

Diodorus Siculus lib. XX. 751. meminit Flavii primi Ædilis pl.

A. Roma. ROMA.

P. Quadriga. M. FAN. C. F.

Farsuleja.

A. Libertas. S. C. MENSOR.

P. Biga Palladis. L. FARSVLEI. XV.

Flaminia.

A. Romæ. ROMA.

P. Biga. Q. FLAMIN. CILO.

Flavia.

A. Roma.

P. Biga. ROMA. FLAV.

A. Simulacrum Deæ. Forte Veneris. PRL. FL. III. VIR.

P. Biga. L. FLAMIN. CHILO.

A. Simulacrum Deæ. C. FLAV. HEMIC. LEG. PRO. PR.

P. Victoria coronam, & palmam tenens, tropæa quædam.

Q. CAEP. BRVT. IMP.

Fonteja.

A. Simulacrum mulieris coronatæ. M. FONTE. M. F. ℞. Roma.

P. Cupido hirco inſidens, Pilea Caſtoris, & Pollucis cum ſtellis, Flumen. Hujuſmodi nummus argenteus extat alibi iiſdem fere ſignis, pro FONTEIO tamen habet CETHEGVS.

A. Simulacra Caſtoris, & Pollucis cum ſtellis.

P. Triremis. M. FONTE.

Sunt enim hæ ſtellæ navigantibus propitiæ.
Horatius lib. I.
Sic te Diva potens Cypri, ſic fratres Helenæ
Lucida ſydera, ventorumque regat pater.
Plin. lib. II. cap. 37. Diodorus lib. V.

A. Janus bifrons.

P. Triremis. M. FONT. ROMA.

A. Mars. L. FONTEIVS. L. F. CAPITO. III. VIR.

P. Eques currens in milites. M. FONT. TR. MIL.

Vide Cæſarem de bello Africo 470.

Fufia.

A. Simulacrum honoris, & virtutis. HO. VIR. KALENI.

P. Signa Italiæ, & Romæ. Quæ orbi dextro pede innititur. ITA. RO. in imo CORDI. Livius lib. VII. dec. 3. Marcellum ait, aliæ atque aliæ objectæ animo Religiones tenebant, in quibus quod cum bello Gallico ad Claſtidium ædem honori, & virtutis voviſſet, dedicatio ejus a Pontificibus impediebatur, quod negabant unam cellam duobus Deis recte dedicari, &c. Vitruv. lib. VII. Mutius magna ſcientia confiſus ædes honoris, & virtutis marianæ cellæ, &c. Val. Max. lib. I.

Fundania.

A. Roma. Q.

P. Quadriga. C. FVNDANI.

Furia.

A. Janus. M. FOVRI. L. F.

P. Victoria, & trophæum. PHILI. ROMA.

An fortaſſe quia de Gallis Liguribus triumphavit anno P. R. C. DXXXV. Vide Capitolina monumenta. Nec enim alius Phili triumphus, quod ſciam, reperitur, vel amplius quærendum erit.

A. Cerea. BROCHI. III. VIR.

P. Sella curulis, & faſces. L. FVRI. CN. F.

A. Cibele turrita. Æd. Cur. à tergo ſimulacri, eſt adjectus pes.

P. Sella curulis. L. FOVRIVS. CRASSIPES.

Pes, opinor, appoſitus, ut notaretur unde Furiorum familia Craſſipedis cognomen ſit ſortita.

Gellia.

A. Corona ut videtur, oleagina, & Romæ ſimulacrum.

P. Mar-

Digitized by Google

P. Marſa victoria coronatus in quadriga. CN. GEL. in imo ROMA.

HERENNIA.

A. Simulacrum pietatis. PIETAS.
P. Æneas Anchiſem ferens. M. HERENNI.

HIRTIA.

A. Effigies Cæſaris velata. C. CÆSAR. COS. TERT.
P. Lituus, & vas, & ſecuris. A. HIRTIVS. PR. Nummus hic aureus eſt.

HOSIDIA.

A. Diana. GETA. III. VIR.
P. Canis, & ſus. C. HOSIDI. C. F.
Canis, & ſus additi, quia venatrix eſſet Diana. Itaque & in nummo Albini hujuſmodi quoddam ſignatum videtur.

HOSTILIA.

A. Effigies coronata.
P. Simulacrum victoriæ. L. HOSTILIVS. SASERNA.
A. Simulacrum Dianæ. L. HOSTILIVS. SASERNA.
P. Effigies, opinor, ejuſdem Dianæ.
A. Effigies quædam promiſſa barba, & capillis.
P. Biga. L. HOSTILIVS. SASERNA.
Videndum an effigies hæc ſit palloris, cui fanum Tullus Hoſtilius Rex vovit. Liv. lib. I. ſupra currum autem ſimulacrum quoddam videtur, quod ſi pavoris eſſe dicamus, mihi certe non improbabitur, illi enim fanum vovit etiam Hoſtilius Rex.

JULIA.

A. Effigies Cæſaris, lituus, & vas. CÆSAR. IMP. P. M.
P. Simulacrum mulieris, ut in poſtico Sepullii Macri. L. ÆMILIVS. BVCA.
A. Effigies Cæſaris velata. CÆSAR. DICT. PERPET.
P. Simulacrum Romæ. L. SEPVLLIVS. MACER.
A. Effigies Cæſaris cum laurea. CÆSAR.
P. Simulacrum Romæ. P. SEPVLLIVS.
A. Effigies Cæſaris velata. CÆSAR. PARENS. PATRIÆ.

P. 

ære, argento, auro flando, feriundo.

Hic licet conjicere quantopere ſit hallucinatus Dion, qui lib. LIV. triumviros monetales conſtitutos ab Auguſto fuiſſe ſcribit, cum Cæſaris potius temporibus ex veteris nummi fide inſtituti fuerint, cui rei accedit etiam teſtis Cicero in epiſtola ad Trebatium. Sed ut ego quoque te aliquid admoneam de tuis cautionibus, treviros vites cenſeo, audio capitales eſſe, mallem auro, argento eſſent. Dion. lib. LIV. PARENS. PATRIÆ Cæſar appellatus fuit *Parens Patriæ*, non *Pater*. Suetonius c. LXXXV. Cic. in Antonium Orat. XIII. in epiſtola Antonii, & in epiſtola ad Caſſium. Florus autem in epitome lib. I. & lib. IV. Ceſar ex Hiſpania quintum triumphum egit, & cum multi, maximique honores ei a ſenatu decreti eſſent, inter quos ut *Pater Patriæ* appellaretur. Depravatum autem opinor locum Flori, ſcribendumque *Parens*, non *Pater*, ut in nummo.

A. Cæſaris effigies.
P. Signum legionis. TI. SEMPRONIVS. GRACCHVS. Q. DESIGN.
A. Effigies Cæſaris coronata. CÆSAR. DICTATOR. PERPETVO.
P. Caduceum, faſces, ſecuris, pila, & manus junctæ. L. BVCA.
Buca Æmiliorum cognomen. Aſconius Pædianus in Oratione pro M. Scauro.
A. Simulacrum mulieris. DICT. ITER. COS. TERT.
P. Lituus, & alia quæ ad ſacrificia pertinent. AVGVR. PONT. MAX. Fuit enim Cæſar Pontifex Maximus. De ejus etiam Auguratu Plutarch. in Anton.
A. Elephas. CÆSAR.
P. Apex, ſecuris, vas. Quia Cæſar Pontifex Maximus erat. Elephantem opinor adjectum ob devictam Africam, vel quia Cæſar ſpectaculum elephantum in arena edidit. Plinius lib. VIII. cap. VI.
A. Simulacrum Pietatis.
P. Æneas Anchiſem, & Palladium ferens. CÆSAR.
Ut familiæ Juliæ notaretur origo.
A. Roma. CÆSAR.
P. Cupidines Veneris currui juncti. L. IVLI. L. F.
Ut familiæ Juliæ indiceret originem. Virg. Æn.
Naſcetur pulchra Trojanus origine Cæſar.
A. Roma.
P. Venus biga vecta, ſeu Roma, quæ a cupidine coronatur.
SEX. IVL. CÆSAR. ROMA.
A. Simulacrum Mercurii.
P. Quadriga. L. IVLI. BVRSIO.
A. Effigies Deæ. C. CÆSAR. IMP. COS. ITER.
P. Simulacrum, quod dextro pede roſtro innititur, dextra manu geſtat tria crura, Siciliæ ſignum, læva non facile conjici poteſt, quid habeat. A. ALLIENVS. PROCOS.
Allienus hic Proconſul Siciliam obtinebat, quo tempore Cæſar fuit Coſ. iterum, & in Africam trajecit. Cæſar de Bello ejus lib. V. Deinde Allieno Prætori, qui Siciliam obtinebat, de omnibus rebus præcipit, ut de reliquo exercitu, &c. & infra. Allienus interim Proconſul e Lilibeo in naves onerarias imponit Legiones XIII. & XVI. & Dion lib. XLII.
A. Cæſaris effigies.
P. Simulacrum altera manu caduceum, altera haſtam tenens. L. FLAMINIVS. III. VIR.
A. Effigies Cæſaris. CÆSAR. IMP. ſtella.
P. Victoria in manu ſiniſtra mulieris. P. SEPVLLIVS. MACER.
A. Effigies Cæſaris.
P. Temo, orbis, cornucopiæ, caduceum, & apex. L. MVSSIDIVS. LONGVS.
A. Effigies Cæſaris, & ramus lauri.

P. Taurus. L. LIVINEIVS. REGVLVS.
A. Effigies Cæſaris. CÆSAR. DICT. QVART.
P. Juno Soſpita in quadriga.
A. Effigies Cæſaris. CÆS. DICT.
P. Taurus. Q. VOCONIVS. VITVLVS. Q. DESIG.
A. Simulacrum Jovis. F.
P. Europa in Tauro, Fulmen .... R. L. F. STRAB.

Cæſar cognomen Juliæ familiæ, Strabo vero agnomen.

J U N I A.

A. Simulacrum Plutonis cupreſſo coronati.
P. Biga. D. SILANVS. L. F.
A. Libertatis ſimulacrum. LIBERTAS.
P. Conſul cum ſecuribus. BRVTVS.

Hic eſt primus Bruti conſulatus ejectis regibus. Virgilius lib. VI.

> *Conſulis Imperium hic primus, ſæraſque ſecures*
> *Accipiet &c.*

A. Effigies Bruti, ejus qui Reges ejecit. BRVTVS.
P. Effigies Servilii Ahalæ. AHALA.

Servilius Ahala magiſter equitum Sp. Melium Tyrannidem affectantem occidit. Livius lib. IV. Cic. in Orat. contra Catilinam.

A. Affigies mulieris. COSTA. LEG.
P. Trophæum. IMP. BRVTVS.

Coſta, opinor, hic erit cognomen, nam apud Cornelium Tacitum lib. 17. Coſta eſt cognomen Pedaniorum.

A. Simulacrum. L. PLAET. CEST.
P. Securis, & vas. BRVTVS. IMP.
A. Salutis ſimulacrum. SALVS.
P. Biga, & locuſta. D. SILANVS. L. F.
A. Tripes, ſecuris, & vas. Q. CÆPIO. BRVTVS. PROCOS.
P. Libertatis ſimulacrum. L. SESTIVS. PRO. Q.

Hic eſt, opinor, L. Seſtius, unus e conjuratis contra Cæſarem, cujus meminit Appianus Alexandrinus lib. 2. Cæpionem autem Brutum intelligo M. ipſum Brutum conjurationis Principem, cujus meminit Cicero in fine decimæ Philippicæ, eumque Q. Cæpionem Brutum Proconſulem nominat, adoptatum vero exiſtimo a Q. Servilio Cæpione avunculo, de quo Plutarchus in Catone Uticenſe.

A. Roma cum ſigno V.
P. Victoria biga vecta. XIIII. SILANVS. ROMA.
A. Romæ caput galeatum.
P. Caſtor, & Pollux. C. IVNI. C. F. in imo ROMA.
A. Roma.
P. Caſtor, & Pollux. M. IVNI. in imo ROMA.
A. Effigies Regis Jubæ. REX. IVBA.
P. Templum cum litteris punicis.
A. Effigies Bruti, ejus, qui Cæſarem occidit. BRVTVS. IMP. L. PLAET. CEST.
P. Pileus, & duo pugiones. EID. MAR.

Quod idibus Martii fuerit Cæſar interfectus. Suetonius in ejus vita. Hujus nummi meminit Dion lib. .....

L I C I N I A.

A. Fidei ſimulacrum. FIDES. NERVA.
P. Eques, & vir genuflexus. A. LICINIVS. III. VIR.
A. Roma cum luna, & ſtellis.
P. Pons, & ſorte comitiorum, & vir ſuffragium in urnam mittens. NERVA.
A. Simulacrum Deæ. S. C.
P. Vir qui frenum tenens. P. CRASSVS. M. F.

P. Licinius Craſſus M. Craſſi filius, qui a Parthis occiſus eſt, quique in Bello Gallico, quod geſtum eſt Duce Cæſare præerat equitatui. Cæſar de Bello Gallico lib. I.

A. Effigies opinor Vejovis, ſagittas manu geſtantis.
P. Minerva in quadriga. C. LICINIVS. L. F. MACER.

De Vejove Gellius lib. V. cap. XII. Ovid. Faſtor. lib. III. C. Licinius Macer. Licinii Calvi poetæ pater ſuit.

L I V I N E J A.

A. Effigies Livinei.
P. Spicæ, & menſuræ frumenti. L. LIVINEIVS. REGVLVS.
A. Effigies eadem Livinei.
P. Venatio. REGVLVS.
A. Effigies eadem. L. REGVLVS. PR.
P. Sella curulis. REGVLVS. PRÆT. VRB.
A. Effigies eadem.
P. Sella curulis, & ſex faſces. L. LIVINEIVS. REGVLVS.

L U C I L I A.

A. Roma. A. PV. Argento publico.
P. Biga. M. LVCILI. RVF.

L U C R E T I A.

A. Simulacrum Neptuni XXI.
P. Cupido Delphino inſidens. L. LVCRETI. TRIO.
A. Effigies ſolis. L. LVCRETI. TRIO
P. Luna, & Septentrio. Varro de lingua latina. Quod has ſeptem ſtellas Græci τὰ noſtri eas ſeptem ſtellas boves τὰ Triones enim & boves appellantur a bubulcis τὰ, ſic omnes qui terram arabant a terra terriones, unde triones, ut dicerentur detriti. Gellius lib. 2. cap. 21. ut notaret. S. a bovus Lucretius cognomen ſumpſiſſe.
A. Caſtor, & Pullux. CN. LVC. ROMA.
P. Roma. TRIO.

L U T A T I A.

A. Romæ. CERCO. ROMA.
P. Corona querna, & in medio triremis. Q. LVTATI. Q.

Q. Lutatius Catulus Claſſum Carthaginenſium vicit, & de eis triumphavit anno P. R. C. DXII. Q. Lutatii Cerconis ſit mentio in Capitolinis monumentis.

M A J A N I A.

A. Roma.

P.

P. Biga. R. MALANI. in imo ROMA.

A. Roma.

P. Quadriga. P. MÆ. ANT. in imo ROMA.

MAMILIA.

A. Mercurii ſimulacrum.

P. Vir, ut videtur mendicus, & canis. C. MAMIL. LIMETAN.

Opinor ſit Uliſſes, qui domum rediens a cane cognoſcitur. Homerus Odiſſ. lib. XX. Livius lib. I. *Mamilio Tuſculano..... qui ſi famæ credimus ab Uliſſe Deaque Circe oriundus erat.* Sex. Pompejus: Mamiliorum familia a Mamilia filia Telegoni, quia Tuſculi procreavit, eſt appellata, quando id oppidum ipſe condidiſſet. Telegonus Circes, & Uliſſis filius Tuſculum condidit. Acron ex Porphyrio in Horatium Epod. Ode I. Plutarchus in Parallelis. Plin. lib. 35. cap. X. Nicomachus primus Ulyſſi addidit pileum, pinxit & Apollinem &c. id notandum eſt. Quia in nummo ipſo Ulyſſis ſignum habet pileum.

MANLIA.

A. Roma torques. ROMA.

P. Eques. L. TORQVAT. in imo EX. S. C.

Hic opinor, torquis eſt, quo Manlius Gallum ſpoliavit, unde Torquati etiam cognomen meruit, Liv lib. VII. Plutarch. in Mario. Cic. Tuſcul. lib. IV. & de officiis lib. III.

A. Simulacrum Sibyllæ. SIBYLL. Ita enim eſt in nummo Fulv. Urſini.

P. Torques, & Tripes. L. TORQVAT. III. VIR.

Torques ad eandem Torquati pertinent Hiſtoriam. Tripes vero ad Sibyllam referri poteſt, & erit forte Delphica, quæ Delphi nata eſt. Hanc Artemin quidam vocant ante Trojanorum tempora oracula dediſſe traditur, & Trojanum excidium prædixiſſe. Quod ſi non Delphicam, ſed aliam velimus eſſe Sibyllis, non laboro, dum illud fateamur, Tripodem ſacrum eſſe Apollini, & e Tripode Prophetas vaticinari ſolitos, & Sibyllas. Torquatus igitur, modo triumvir, vel aliquis ex ejus familia, fuit aliquando quindecemvir ſacris faciendis. Servabantur autem ſibyllini libri a XV. ſacrorum nec injuſſu Senatu adiri, ac legi fas erat, ut M. Tullius, & Lactantius ſcripſerunt. Valerius etiam Maximus, & Suetonius in C. Cæſare.

A. Roma. ROMA. SER.

P. Quadriga, qua vehitur ſol; ſignum denarii X. duæ Stellæ, & luna. A. MANLI. Q. F.

MARCIA.

A. Effigies Anci Marci cum diademate. ANCVS.

P. Aquæductus, & ſupra eques cum ramo forte olivæ. PHILIPPVS. AQVA. MAR.

Ovid. Faſtor. lib. VI. in fine:

Marcia ſacrifico deductum nomen ab Anco.

Philippus autem Marciæ familiæ cognomen. Suetonius in Cæſare cap. VI. Nam ab Anco Marcio ſunt Marcii Reges De aqua Marcia Plin. lib. XXXI. cap. I. & lib. XXXVI. cap. XV. Strabo lib. VI. Cornel. Tacit. lib. XIV. Frontinus lib. I. videndum autem an eques hic ſit Marcius Coriolanus, qui cum multis rebus a Conſule donaretur, ſolum hoſpitem, & equum quo in acie uteretur accepit. Val. Max. lib. IV. cap. III. Plutarchus in Coriolano. Si autem ſtatua quædam eſt, non eques, erit forte ſtatua equeſtris, qua a S. P. Q. R. Marcius Tremulus donatus eſt, quod mihi magis probatur. Liv. lib. IX. an forſan ſtatua, quam Philippus Auguſto decrevit. Cic. epiſtola ad Brutum, ſed prior opinio mihi magis de Marcio Tremulo probatur.

A. Effigies cum flamma in capite. ÆA. ROMA.

P. Eques cum ramo forſan olivæ. L. PHILIPPVS.

Videndum an ſit flamma, quæ Marcio Duci in Hiſpania concionanti fuſa a capite eſt. Liv. lib. XXV. Val. Max. lib. I. cap. VI. Plinius lib. II. cap. 110.

A. Roma.

P. Caſtor. Q. PILIPVS . . . . ROMA.

Caſtor equo inſidens. Nam, ut Horatius inquit, Caſtor gaudet equis, & Homerus lib. illud III. & Odiſſeæ lib. II. cum appellat ιπποδαμον. Philippus autem eſt, ſtudioſus equorum, Græce enim φιλιππος, *Pilippus*, pro *Philippus*, ut *Triumpus*, pro *Triumphus*. Quomodo antiqui uterentur aſpiratione. Cic. in Orat. Quintil. lib. I. cap. IX.

A. Simulacrum Apollinis coronatum cum lyra. L. CENSON.

P. Statua in columna poſita, & vir cum onere quodam.

Cenſorinus Marciæ familiæ cognomen.

A. Simulacrum Jovis, & Junonis.

P. Deſultor in duobus equis. C. CENSO.

Cenſorinus Marciæ familiæ cognomen.

A. Roma. LIBO.

P. Caſtor, & Pollux. Q. MARC. ROMA.

MARIA.

A. Roma.

P. Trophæum, & vir quidam. C. MA.

Videndum an ſit Marcii trophæa.

A. Ceres. CAPIT. CXXVIII.

P. Vir arans. C. MARI. C. F. CXXVIIII.

Erit forſan hæc deductio Coloniæ Eporedi, quæ deducta eſt, Mario VI. Conſule. Vellejus lib. I. Plin. lib. III. cap. 16.

MEMMIA.

A. Ceres. C. MEMMI. C. F.

P. Trophæum. C. MEMMIVS. IMPERATOR.

Habet Ceres ſpiceam coronam. Ovid.

Impoſuitque ſuæ ſpicea ſerta comæ.

A. Effigies Romuli, ut nonnulli exiſtimant. Quirinus. C. MEMMI. C. F.

P. Cereris ſimulacrum cum ſpicis, colo, & ſerpente. MEMMIVS. ÆD. CERIALIA. PRIMVS. FECIT.

Vide de hac re quæ notavit Politianus in ſuis Miſcellaneis. Quod vero Cereris ſignum matronali habitu, cum ſpicarum, & papaverum manipulo fingeretur. Lilius Giraldus, in ſ de Diis Gentium notavit. Quare eum colo. Porphyrius in Antro Nimpharum ex Orphæo.

A. Simulacrum quoddam.

P. Caſtor, & Pollux. L. MEMMI.

A. Saturni ſimulacrum cum falce. ROMA.

P. Victoria triumphantem coronans. L. MEMMI. GAL.

A. Effigies Saturni coronata cum falce.

P. Biga. L. C. MEMIES. GAL.

M I N U C I A.

A. Roma.

P. Columna inter duos poſita, quorum alter augurali habitu eſt. T. MINVCI. L. F. AVGVRINI. vel L. MINVCI. L. F. AVGVRINI. ut in alio nummo videtur. Credendum eſt quemadmodum Marcius in honore cenſuræ Cenſorinus eſt appellatus anno P. R. C. CDLXXXVIII. ſic aliquem ex Minuciorum familia, augurali ſacerdotio egregie functum, Augurini cognomen inde ſumpſiſſe. Id verum eſſe oſtendit, quod Augurem ſignavit in nummo Minucium, qui nummum percuſſit. De ſtatua ſupra columnam L. Minucii Præfecti Annonæ. Plin. lib. XXXIV. cap. 18. & lib. XVIII. cap. 3. Minucius Augurinus, qui Sp. Melium coarguerat farris precium in trinis nundinis ad aſſem redegit, undecimus Plebei tribunus: qua de cauſa ſtatua ei extra portam Trigeminam a populo ſtipe collata ſtatuta eſt; & lib. XXXIV. cap. V. Item P. Minucio Præfecto annonæ extra portam Trigeminam unciaria ſtipe collata &c. In nummo etiam ipſo ſpica ſignata eſt, ut hæc annonæ præfectura judicaretur. Vir etiam quidem perſpicitur pedem ſupra arborem tenens, quem opinor eſſe Sp. Melium, qui Tyrannidem affectabat. Liv. lib. IV. Crimenque a Minutio delatum ad Senatum diludendum &c. Idem eodem lib. L. Minutius bove aurato extra portam Trigeminam eſt donatus, ne plebe quidem invita, quia frumentum Melianum aſſibus in modios æſtimatum plebi diviſit. Hunc Minucium apud quoſdam auctores tranſiſſe a patribus ad plebem, undecimumque Tribunum plebis cooptatum, ſeditionem motam & Meliana cæde ſedaſſe invenio &c. Livius quidem bove aurato dicit dono tuus fuiſſe Minucium, ego vero Plinio, & nummo credendum opinor.

A. Roma.

P. Statua in columna ut ſupra &c. C. AVG. AVGVRINVS.

A. Roma.

P. Viri duo pugnantes, & unus terræ projectus. Q. THERM. M. F.

Opinor hunc eſſe C. Cæſarem, quia Thermo in expugnatione Mitylenarum Civica corona donatus eſt. Sueton. cap. 2.

A. Roma.

P. Juppiter in quadriga. L. MINVCI. ROMA.

A. Romæ caput galeatum. RVF.

P. Caſtor, & Pollux. Q. MINV. in imo ROMA.

M U S S I D I A.

A. Concordia. CONCORDIA.

P. Quod ſignatum in poſtico eſt non facile conjicitur, mulieres in conca quadam, quæ columnis dextris cubitis nituntur. Cloacin. L. MVSSIDIVS. LONGVS.

Cloacina Veneris cognomen; Varro de ling. lat. Erat enim Cloacinæ Veneris Templum Romæ. Cloacinam Deam T. Tatius rex conſecravit, cujus ſimulacrum (ut Lactantius ſcribit) in cloaca repertum. Vide Geraldum.

A. Solis ſimulacrum.

P. Signatum eſt, quod & in ſuperiori nummo, duæ mulieres, quæ dextris cubitis nituntur columnis, in conca quadam.

A. Simulacrum.

P. Biga. L. MVSSIDIVS. LONGVS.

A. Simulacrum.

P. Manus, & caduceum. L. MVSSIDIVS. LONGVS.

A. Simulacrum Cereris ſpicea corona.

P. Spicea corona. L. MVSSIDIVS. LONGVS.

Nummus eſt aureus apud Fulvium Urſinum.

N Æ V I A.

A. Simulacrum Deæ. S. C.

P. Victoria in quadrigis. C. NÆ. BALB. CCXV.

N A S I D I A.

A. Effigies Cn. Pompeii, tridens. NEPTVN. DELPHIN.

P. Triremis. Q. NASIDIVS. In alio NASIDIV. Cæſar de bello civil. lib. II. Naſidius ab Cn. Pompejo cum claſſe navium ſexdecim &c. L. Domitio, Maſſilienſibuſque miſſus, &c. forte error eſt librariorum dum L. pro Q. ſcribunt. Hujus etiam Naſidii meminit Cic. in Antonium orat. VII. quare NASIDIV. pro NASIDIVS; vide nummum Poſtumii Albini, Bruti filii.

N O N I A.

A. Saturni ſimulacrum cum falce. SVFENAS. S. C.

P. Victoria Romam coronans. SEX. NONI. PR. L. V. P. F.

Forte: Ludos votivos publicos, vel primus, fecit.

N O R B A N A.

A. Effigies quædam. C. NORBANVS. XXXXVIII.

P. Faſces, ſpica, caduceum.

N U M O N I A.

A. Effigies Numonii. C. NVMONIVS. VAALA.

P. Pugnantes pro Vallo. VAALA.

P A P I A.

A. Junonis Soſpitæ ſimulacrum, & ſerpens, de quo Propertius.

P. Gryphus. L. PAPI.

A. Junonis Soſpitæ ſimulacrum.

P. Aquila, & Lupa. L. PAPIVS. CELSVS. III. VIR.

Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. I. ſcribit, ſub ipſa Lavinii conſtitutione ſigna hujuſmodi accidiſſe; igne accenſo per ſe lupum quidem materiam aridam ore ferentem ſuper ignem injicere; advolitantemque aquilam motu alarum flammam excitare. Additque earum rerum monumenta in foro Laviniensium ſimulacra ærea animalium ipſorum eſſe.

A. Triumphi ſimulacrum cum ſpoliis. TRIVMPVS.

P. Lupa, quæ materiam ore fert, & aquila, quæ

quæ alarum motu flammam excitat. L. PAPIVS. CELSVS. III. VIR.

Quæ de hac re ſcribat Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. I. ſupra notatum eſt. Illa tamen animadvertenda ſunt, lupum pro lupa perperam legi apud Dionyſium: Lavinium etiam quandoque pro Lanuvio male ſcribi apud autores, ut apud Ovid. in faſtis; & Silium lib. XIII. & Dionyſium hoc loco, non omnino negligendum eſt. Id enim videtur confirmare alter nummus, in cujus poſtico eadem, quæ hic ſignata ſunt, in antico tamen ſimulacrum eſt Junonis Soſpitæ, quæ Lanuvii colebatur, ut jam ſæpius notatum eſt. Erant igitur hæc ſigna ænea lupæ, & aquilæ, Lanuvi, non Lavini, ut Codex Dionyſii perperam ſcriptus habet. Quod vero, Triumpum non Triumphum dicerent antiqui, & quæ ea de re ſcribat Cicero in Oratore, ſupra plenius notata ſunt.

P A P I R I A.

A. Roma.

P. Juppiter in quadrigis. CARB. ROMA.

Carbo, Papiriorum cognomen.

A. Roma.

P. Biga. ROMA. PVR.

P E T I L I A.

A. Jovis ſimulacrum. CAPITOLINVS.

P. Templum Jovis. PETILLIVS.

De Petillio Capitolino Horatius lib. I. ſatyra IV. Templum Jovis Capitolini adjectum forte, quia vellet Petillius cognomen ſuum a Capitolinis Jovis ſacerdotio aliquo, quo functus eſſet, deductum ſignificari.

A. Aquila, & fulmen. PETILLIVS. CAPITOLINVS.

P. Templum Jovis cum S. F. ideſt Sacris Faciundis.

P L Æ T O R I A.

A. Apollo.

P. Caduceum. M. PLÆTORI. CEST. EX. S. C.

Valer. Max. lib. IX. cap. 3. M. Plætorius primipili Centurio, præteritis conſulibus ædem Mercurii ſuffragiis Populi dedicavit. Livio lib. 2. eſt: *M. Lectorius.*

A. Simulacrum Deæ.

P. Caduceum cum iiſdem litteris, ut in ſuperiori nummo.

A. Cybele. CESTIANVS.

P. Sella Curulis ſine faſcibus, ſpicæ. M. PLÆTORIVS. ÆD. CVR. EX. S. C.

Ædiles Curules non habebant faſces, ſpicæ, quia ædiles curules curabant annonam. Cic. de Legib. lib. III.

A. Simulacrum. S. C. CÆSTIANVS.

P. Aquila cum fulmine. M. PLÆTORIVS. ÆD. CVR.

A. Simulacrum Deæ.

P. Templi, ut videtur frontiſpicium. M. PLÆTOR. CEST. In ipſo templi frontiſpicio, quantum conjicere poſſum, impreſſum videtur Syllæ ſimulacrum, quale in Pompei nummis notatum eſt.

A. Simulacrum Deæ.

P. Vas, & fax. M. PLÆTOR. CEST. EX. S. C.

P L A V T I A.

A. Effigies turritæ mulieris. A. PLAVTIVS. ÆD. CVR. S. C.

P. Camelus. BACCHIVS. IVDÆVS.

Huc ſpectare videtur nummus ille P. Hypſæi ſuperius ſcriptus. Eſt enim Hypſæus Plautiæ familiæ cognomen, ut ibi notatum eſt. Meminit Hypſæi Cicero in I. Epiſtolar. ad Lentulum, ut id opinor, adducor, quia in eo nummo etiam camelus ſignatus.

A. Meduſa. L. PLAVTIVS.

P. Victoria cum duobus equis. PLANCVS.

A. Effigies cum pileo, libertatis puto. CN. PLANCIVS. ÆD. CVR. S. C.

P. Cerva, arcus, & pharetra. Videndum an hic ſit Cn. Plancius, quem creatum ædilem, ambitu reum, Cicer. defendit. Vide Orationem pro Plancio.

A. Roma.

P. Caſtor, & Pollux. C. PLAVTI. ROMA.

P O M P E J A.

A. Effigies Pompeii. CN. MAGN. IMP.

P. Victoria Virum coronans, vir altar cum haſta. M. MINATI. SABIN. PRO. Q.

P O M P O N I A.

A. Simulacrum. L. POMPON. MOLO.

P. Sacrificium. NVM. POMPIL. Quia Pomponiorum familia a Numa habuit originem. Plutarchus in Numa. Sacrificium, quia Numa primus in urbe ſacrificia inſtituit.

A. Roma.

P. Fauſtulus Paſtor, Lupa cum Romulo, & Remo, Ficus Ruminalis, Pici aves. SEX. POM. FOSTLVS. ROMA. Foſtlus pro Fauſtulus, fortaſſe etiam a Fauſtulo Paſtore hoc cognomen ſortitus eſt Sex. Pompejus, qui nummum ſignavit. Plutarch. in Romulo. Ovid. Faſt. lib. III.

> *Martia Picus avis gemino pro ſtipite pugnant,*
> Et *Lupa &c.*

& infra,

> *Lacte quis infantes neſcit creviſſe ferino,*
> *Et Picum expoſitis ſæpe tuliſſe cibum?*

A. Simulacrum mulieris, muſæ fortaſſe.

P. Simulacrum muſæ. Q. POMPON. MVSA.

Habet hoc ſignum muſæ, ſolutas comas, in antico etiam habet coronam appictam.

A. Simulacrum &c.

P. Simulacrum muſæ, quæ radio ſphæram tangit. Q. POMPONIVS. MVSA.

Muſa opinor ſit, quæ appellatur Urania, Græcum Epigramma lib. I. Cic. de divinat. lib. I.

A. Simulacrum muſæ.

P. Muſa levo brachio nititur columnæ dextra manu perſonam tenet. Q. POMPONI. MVSA.

A. Muſæ ſimulacrum.

P. Muſa, quæ dextra manu libellum, opinor tenet, altera veſtis ſinum colligit. Q. POMPONI. MVSA.

A. Muſæ ſimulacrum.

P. Muſa lyram ſonans. Q. POMPONI. MVSA.

A.

A. Muſæ ſimulacrum.

P. Lyram hæc ſonat, ſiniſtro brachio innixa columnæ. Q. POMPONI. MVSA.

A. Muſæ ſimulacrum.

P. Muſa dextra manu clavam, læva perſonam geſtans. Q. POMPONI. MVSA.

A. Simulacrum Jovis. RVFVS. S. C.

P. Simulacrum Muſæ manu dextra clavam, ſiniſtra autem perſonam tenens. Q. POMPONI. MVSA.

A. Effigies Apollinis. Q. POMPONI. MVSA.

P. Hercules cum plectro. HERCVLES. MVSARVM.

Ædem Herculis, & Muſarum conſtruxit Romæ Marcius Philippus. Sueton. in Auguſto cap. LIX. Ovid. Faſtor. lib. VI. Quare Herculi, & Muſis communem aram ſtatuerint. Plutarch. problem. 59.

A. Effigies Jovis. S. C. RVFVS.

P. Aquila ſceptro innixa, & corona. Q. POMPON.

P o r c i a.

A. Roma. P. LÆCA.

P. Vir a latere habens civem togatum, ſiniſtro miniſtrum cum virgis. PROVOCO.

Portia Lex, quæ vetat verberari Civem Romanum. Salluſt. in conjurat. Cic. in Verr. Orat. VII. & pro Rabirio Liv. lib. X.

A. Roma. P. LÆCA.

P. Vir ille togatus ſedet in hoc nummo, reliqua ut ſupra.

A. Roma. LÆCA.

P. Quadriga. M. PORC. in imo ROMA.

A. Roma. M. CATO. PRO. PR.

P. VICTRIX. Victoria ſedens d. palmam. ſ. coronam. Simulacrum Victoriæ virginis prope ædem Victoriæ M. Porcius Cato dedicavit, biennio poſtquam vovit. Liv. lib. XXXV. iiſdem diebus ædiculam Victoriæ virginis, prope ædem Victoriæ M. Porcius Cato dedicavit, biennio poſtquam vovit; eaque de cauſa in nummis Catonis ſignatam eſſe victoriam opinor; puto autem codicem Livii non vacare mendo, legendumque eſſe, ædiculam Victoriæ victricis; ſic enim Livius, & nummi convenient. Quid enim Victoria virgo ſibi velit ignoro. Idem etiam locus corrigendus apud P. Victorem in octava regione, Populi Romani ædes, inquit, Victoriæ virginis dedicata a M. Portio Catone ſeniore fuit.

A. Roma. ROMA. M CAT.

P. Victoria. VICTRIX.

A. Roma.

P. Biga. C. CATO. ROMA.

P o s t u m i a.

A. Dianæ ſimulacrum. ROMA.

P. Caſtor, & Pollux, & alter eques, qui ſtragem hominum edunt. A. ALBINVS. S. F. vel equites tres.

Hic opinor eſt Poſtumius Dictator, qui pugnans ad lacum Regillum equites circa ſe habens, Sex. Tarquinium Superbi filium occidit. Dionyſ. lib. VI. Livius autem dicit Sextum occiſum a Sabinis lib. I. quem igitur Livium ne, an nummum, & Dionyſium, non video.

A. Roma, & apex flaminis.

P. Quadriga. L. POST. ALB. ROMA.

A. Poſtumius Albinus Flamen martialis, & conſul, quem Cæcilius Metellus Pont. Max. cum ad bellum gerendum proficiſci vellet, in urbe tenuit. Florus lib. XIX. Valerius Max. lib. I. cap. I.

A. Effigies D. Bruti. A. POSTVMIVS. COS.

P. Corona querna. ALBINV. BRVTI. F. Scio in aliis nummis, ALBINVS, ſcriptum eſſe. ALBINV: tamen habet nummus, qui eſt apud Fulvium Urſinum, nec id errore monetalis triumviri, ut nonnulli exiſtimant, factum eſt, teſtis eſt Priſcianus lib. I. qui cum de natura *S* loquatur, ita ſcribit. *S* in metro apud vetuſtiſſimos vim ſuam frequenter amittit. Virgil. in XII.

Inter ſe coiiſſe viros, & decernere ferro.

Hæc Priſcianus. Id etiam confirmat Catullus in Epithalamio, ſeu Argonautica:

Teſtis erit magnis virtutibus unda Scamander.

Homerus etiam Iliadis lib. XXI. quem videtur imitatus Catullus:

οὔ ξχύδω λιλέης θεοὶ, ἄνδρες δὲ σκάμανδρον.

Scamandri enim apud Catullum, & σκάμανδρον apud Homerum, S amittunt. Eodem etiam modo opinor erit ſcriptum in nummo P. Hupſæi PREIVER. CAPTV. pro CAPTVM. Amittit enim vim ſuam vocali ſequente, M. in metro. Virgil. Æn. lib.....

Illum expirantem tranſfixo pectore flammas.

Quod igitur Triumviri monetales, nullo coacti metro hanc ſcribendi rationem ſecuti fuerint, nemini abſurdum videri debet, quandoquidem & in aliis nummis modo triumpus, modo triumphus, & Pilipus pro Philipus, modo Dedi, pro Didi, & Foyrius pro Furius, vetuſto quodam more ſcribendi dixerint, ut picati etiam apud Sex. Pompejum, & Purrhus apud Ennium Enuc. autem, & Sulla in argenteis nummis pleriſque. Hic igitur Poſtumius unus eſt e Cæſaris percuſſoribus M. Bruti frater. Plutarch. in Cæſ. & Bruto. Dion. lib. XIV. cum autem D. Brutus diceretur, adoptatus in familiam Poſtumiorum, *Poſtumius Albinus* vocatus eſt.

A. Effigies barbata cum eiſdem litteris.

P. Corona eadem querna cum eiſdem litteris.

A. Jovis ſimulacrum. C. PANSA. Plutonis potius ſimulacrum opinor, ut in nummo D. Silani & Vibii Panſæ notatum eſt. Coronari enim faſciis Plutonem, ut in nummo videtur, ſcribit Plutarchus, quamvis in impreſſis codicibus φαργυχνίοις pro παργυχνίοις legatur. Nec me latet in D. Silani nummo hoc Plutonis ſimulacrum coronatum eſſe cupreſſi frondibus, delectari enim hunc Deum cupreſſo arbore ſcribunt, quod ipſa ſit funeſta, & funeribus adhibeatur. Fuit Pluto tertius Saturni ex Ope filius, itaque non diſſimilia admodum ſimulacra Jovis, Neptuni, & Plutonis quia fratres eſſent finxerunt antiqui.

P. Manus, & caduceum. ALBINVS. BRVTI. F.

A. Simulacrum pietatis. PIETAS.

P. Manus, & caduceum. ALBINVS. BRVTI. F.

A. Simulacrum quoddam.

P. Manus, & caduceum. ALBINVS. BRVTI. F.

A. Martis ſimulacrum.

P.

P. Duo clipei, & duo enſes. ALBINVS. BRVTI. F.

PROCILIA.

A. Simulacrum. S. C.

P. Simulacrum Junonis Soſpitæ. L. PROCILI. DRACO. Cic. de nat. Deor. lib. I. Tam hercle, quam tibi illam noſtram Soſpitam, quam tu nunquam ne in ſomnis quidem vides, niſi cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcotulo, cum calceolis repandis &c. Colebatur Lanuvii. Cic. pro Murena, Livius lib. VIII. & lib. XXIV. Lanuvium in Tutela Draconis. Propertius lib. IV. elegia de Cynthia, & Dracone vide nummum Roſcii Fabati. Juno αἰγοφάγος, apud Spartanos quod capræ ei immolarentur. Plin. lib. 35. cap. 8.

A. Simolacrum Junonis Soſpitæ. S. C.

P. Juno ipſa Soſpita cum haſta, ſcuto, & pelli caprina in curru. L. PROCILI. F. ſerpens, de quo Propertius.

QUINCTIA.

A. Roma. APEX.

P. Caſtor, & Pollux. ROMA. T. Q. pila quædam. Quinctius forte.

RENIA.

A. Roma.

P. Currus Hircorum. C. RENI. in imo ROMA.

ROSCIA.

A. Simulacrum Junonis Soſpitæ. L. ROSCI.

P. Virgo, & Draco. FABATI.

Propertius lib. IV. Eleg. de Cynthia, & Dracone:

Lanuvium annoſi vetus eſt tutela Draconis
Hic ubi Tartareæ non perit hora moræ.
Qua ſacer abripitur cæco deſcenſus hiatu,
Qua penetral (Virgo tale iter omne cave.)
Jejuni ſerpentis honos, quum pabula poſcit
Annua, & ex ima ſibila torquet humo.
Talia demiſſæ pallent ad ſacra puellæ.
Quum tenera anguineo creditur ora manus.
Ille ſibi admotas a virgine corripit eſcas.
Virginis in palmis ipſa caniſtra tremunt.

Hic igitur Propertii locus totum pene nummum poſticum deſcribit. Quod coleretur Lanuvii Juno Soſpita, Cic. pro Murena. Date etiam Lanuvio municipio honeſtiſſimo, quod in hac cauſa frequens, mæſtumque vidiſtis, nolite a ſacris patriis Junonis Soſpitæ &c. Livius lib. VIII. Lanuvinis civitas data, ſacraque ſua reddita cum eo, ut ædes, lucuſque Soſpitæ Junonis communis Lanuvinis municipibus cum Pop. Rom. eſſe. De ſimulacro Junonis Soſpitæ Cic. lib. I. de nat. Deor. De L. Roſcio Lanuvino, idem lib. I. de Divinat.

RUBRIA.

A. Neptunus. DOSSEN.

P. Victoria. L. RVBRI, in alio, *Currus Triumphalis*, in alio ex antico, *Palladis ſimulacrum.*

RUSTIA.

A. Roma.

P. Aries. L. RVSTI.

Arietem opinor ſignatum, quia æs antiquiſſimum pecore fuit notatum, unde & pecunia dicta eſt. Varro de re ruſtica lib. II. cap. I. Plin. lib. XVIII. cap. III. Plutarch. in Publicola.

RUTILIA.

A. Roma. FLAC.

P. Biga. L. RVTILI.

SATRIENA.

A. Roma.

P. Lupa. ROMA. P. SATRIENVS.

SAUFEJA.

A. Roma.

P. Biga. L. SAVF. Hiſt *Saufejus*: in imo ROMA.

SCRIBONIA.

A. Simulacrum. BON. EVENT. LIB.

P. Puteal. PVTEAL. SCRIBON.

Perſius Sat. IV.

Si puteal multo cautus vibice flagellas.

Vide ibi Cornutum interpretem. Horat. lib. I. epiſt. penult.

Forum Putealque Libonis mandabo ſiccis.

Vide ibi Porphirionem interpretem. Ovidius de remed. amor. lib. II.

Qui Puteal Janumque times celereſque calendas.

Interpretes vero eo in loco ſcribunt Puteal Tribunal quoddam fuiſſe, quod quantopere a vero abſit, vel ex ipſo nummo perſpici poteſt: quo fit, ut magis crediderim prope Libonis Puteal Tribunal fuiſſe ejus Prætoris, qui de fœnore ejus diceret, cum plura eſſent Romæ Prætores.

SEMPRONIA.

A. Roma. PITIO.

P. Caſtor, & Pollux. L. SEMP. ROMA.

SENTIA.

A. Roma. ARG. PVB. *Argento publico.*

P. Quadriga. L. SENTI.

A. Quadriga. ROMA.

P. Quadriga. L. SATVRN.

Saturninus Sentiæ familiæ cognomen.

A. Roma.

P. Quadriga. L. SATVR.

A. Roma.

P. Biga. SAFRA. ROMA.

SERGIA.

A. Roma. EX. S. C. Romæ ſimulacrum.

P. Eques caput humanum manu geſtans. M. SERGI. SILVS.

De M. Sergio Plin. lib. VII. cap. XXVIII. Solinus cap. VI.

SERVILIA.

A. Simulacrum Neptuni cum tridente. CASCA. LONGVS.

P. Victoria quæ ſub pedibus habet duos pugiones. BRVTVS. IMP.

Ca-

Caſca cognomen Serviliæ familiæ, Longos Caſſiæ, ut etiam ex aureo nummo, qui apud Fulvium Urſinum eſt, colligi poteſt, ſic enim habet: C. CASSI. IMP. ſimulacrum mulieris. M. SERVILIVS. LEG. nevis acroſtolium. Hic enim aureus nummus nomina habet cognominum argentei, ut ex his perſpicuum eſt. Spectant vero ad eandem hiſtoriam. Suetonius in Cæſare, Eutropius lib. VI. ſic ſcribit. Conjuratum eſt in eum a LX. vel amplius Senatoribus Rom. præcipui autem fuerunt inter conjuratos duo Bruti, ex eo genere Bruti, qui Primus Romæ Coſ. fuerat, & C. Caſſius, & Servilius Caſca &c. Vide Epigramma Pomponii in Caſcam apud Varronem.

A. Simulacrum Floræ. FLORA. PRIMVS. LITVVS. Floralia Primus fecit.

P. Duo viri armati cum gladiis. C. SERVEIL. C. F.

An hi ſunt duo Servilii Caſca, & Ahala, qui Cæſarem occiderunt. Cic. in Philipp. II. Romani Floram Deam finxerunt, quæ floribus præeſſet: eamque placabant, ut fruges cum arboribus, & vitibus bene floreſcerent, & ludi ipſi Florales, & Floralia nuncupati; agebantur autem III. Kal. Maii, & Kal. ipſis. Id etiam nunc in more eſt. Ex hoc igitur nummo colligitur aliquem a Serviliorum familia Floralia primum feciſſe. Plin. lib. XVIII. cap. XXIX.

A. Effigies coronata. LITVVS, & littera B.
P. Equites pugnantes. C. SERV.
A. Simulacrum Romæ. ROMA.
P. Caſtor, & Pullux. C. SERVILIVS. M. F.
A. Roma. RVLLI.
P. Biga. P. SERVILI. M. F.

Sestia.

A. Signum libertatis. LEIBERTAS.
P. Lyra, rami duo lauri, & aliud ad ſacrificia pertinens. CÆPIO. BRVTVS. PRO. COS.

Scio hunc eſſe M. Brutum libertatis vindicem a Servilio Cæpione avunculo adoptatum. Vide ſupra in Familia Junia. Nam male ibi repoſitus fuit hic nummus, cum Cæpio ad Servilios vel Seſtios, non ad Junios faciat.

Sicinia.

A. Simulacrum Deæ. FORT. P. R. *Fortiendo*, vel *Fortuna Populi Romani.*

P. Caduceum, palma, & corona. Q. SICINIVS. III. VIR. De Sicinii fortitudine Valer. Max. lib. III. cap. II. Plin. lib. VII. cap. XXVIII. Solinus cap. VI. Gellius lib. II. cap. XI. quare palma pro victoria, Gellius lib. III. cap. V.

Sulpicia.

A. Simulacrum mulieris velatæ. S. C.
P. Securis, & alia quæ pertinent ad ſacrificium. P. GALB. Æ. CVR.

A. Simulacra Deorum Penatium. D. P. P. ideſt *Dii Penates.*

P. Porca inter duos armatos. C. SVLPICI. C. F. Erunt fortaſſe Dii Penates, & porca, quæ appoſuit. Dionyſ. lib. I. Aſconius Pedianus in Orat. pro M. Scauro Macrob. Saturn. l. III. Val. Max. l. I. c. VIII. Varro de ling. lat. lib. IV. *Oppidum quod primum conditum in Latio ſtirpis Romanæ Lavinium, nam ibi Dii penates noſtri.* Idem de re ruſt. lib. II. c. IV. *Simulacra porcorum Æneæ Lavini.* Tacitus lib. III. *Sub idem tempus, ut mors Sulpicii Quirini publicis exequis frequentaretur petivit a ſenatu, nihil ad veterem & patriciam Sulpiciorum familiam Quirinus pertinuit, ortus apud Municipium Lanuvium, ſed impiger militia & acribus miniſteriis conſulatum ſub Divo Auguſto adeptus* &c. Quod dum tantum eſſent Dii Penates, & in manibus pilas haberent, ſcribit Dionyſ. Halicarnaſſ.

A. Effigies. L. SERVIVS. RVFVS.
P. Caſtor, & Pollux cum haſtis.

Tarquitia.

A. Simulacrum Deæ. C. ANNI. T. F. T. N. PRO. COS. EX. S. C.
P. Biga. C. TARQVITI. P. F.

Terentia.

A. Roma.
P. Caſtor, & Pollux. C. TER. LVC. in imo ROMA.
Terentius Lucrio, vel *Lucanus*, Pl. lib. XXXV. cap. VII.

Titia.

A. Simulacrum Bacchi, vel Apollinis, in alio Termini.
P. Pegaſus. Q. TITI.
Horatius lib. I. epiſt. III.

Quid Titius Romana brevi venturus in ora
Pindarici fontis, qui non expalluit hauſtus &c.

Titinia.

A. Roma. XVI.
P. Biga. C. TITINI. in imo ROMA.
XVI. biga fortaſſe, quando Q. Fabio Dictatori placuit denarium ſexdecim aſſibus permutari. Plin. lib. XXXIII. cap. III.

Tituria.

A. Effigies Tatii. TA SABIN.
P. Raptus Sabinar. L. TITVRI.
Hæc effigies Tatii eſt nota, TA, colligitur. De Sabinarum raptu Liv. lib. I.

A. Effigies Tatii. SABIN. A. PV. *Argento publico.*
P. Raptus Sabinar. L. TITVRI.
A. Effigies Tatii. SABIN. A. P.
P. Mons Tarpejæ. L. TITVR.
De Tarpeja, Propertius lib. IV. Livius lib. I.
A. Effigies Tatii. SABIN.
P. Biga. L. TITVRI. Ancora, & Delphin.

Thoria.

A. Simulacrum Junonis Soſpitæ. I. S. M. R. In alio, I. S. M. S. hoc eſt, *Juno Soſpita Maxima Regina.*

P. Taurus. L. THORIVS. BALBVS.

De ſimulacro Junonis Soſpitæ, & quod Lanuvii coleretur in nummo L. Roſci Fabati notatum eſt. Taurus forte, quia Sp. Thorius legem tulit,

qua

qua agrum publicum veſtigalem levavit. Cic. in Bruto, & de Oratore lib. II. Thorius legem de iis, quorum a pecore agri publici paſcebantur. Thorius Balbus fuit Lanuvinus. Cic. de finib. lib. II. ſignatus eſt autem fortaſſe Taurus, ut ad ſuum nomen alluderet Thorius, nam multa nomina habemus ab utroque pecore, ut Porcius, Ovilius, Caprilius, Equitius, Varro de re ruſt. lib. II. cap. I. Quod vero attinet ad illas litteras I. S. M. R. opinor ſignificare: *Juno Soſpita Magna Regina*, ſeu *Maxima*. Virg.

Junonis Magnæ primum prece numen adora.

Ovid. in Faſtis, lib. II.

Monte ſub Exquilio multis inciduus annis,
Junonis Magnæ, nomine lucus erat.

Virg. in VIII.

Tibi enim ſibi Maxima Juno, mactat ſacra ferens.

In altero autem nummo extant literæ I. S. M. S. hoc eſt: *Juno Soſpita Maxima*, ſeu *Magna*, *Sororia*, fuit enim Sororia nuncupata Juno, ut apud Feſtum in Sororio Tigillo, ubi de ejus ara agit.

Trebania.

A. Romæ caput galeatum.

P. Jupiter in quadriga. L. TREBAN. in imo ROMA.

Tullia.

A. Simulacrum Romæ. ROMA.

P. Victoria in quadriga. M. TVLLI.

Valeria.

A. Victoria.

P. Aquilæ legionis ſignum, inter duo cohortium ſigna. C. VAL. FLAC. IMPERAT. EX. S. C.

Valerius Max. lib. III. cap. II. *Quod ut Valerius Flaccus Tribunus tertiæ legionis aſpexit*, &c. Vide locum Valerii.

A. Victoria.

P. Simulacrum Romuli, vel Martis, cum Flaminis apice. L. VALERI. FLACCI.

Videndum an hic ſit C. Valerius Flaccus, qui Flamen factus quantum prius luxuriæ fuerat exemplum, tantum poſtea modeſtiæ ac ſanctitatis ſpecimen evaſit. Livius lib. XXVII. Val. Max. lib. VI. cap. IX. An potius L. Valerius Flaccus Flamen martialis, de quo Cicero in Antonium Orat. XI.

A. Simulacrum forte Vulcani. ACISCVLVS.

P. Europa Tauro inſidens. L. VALERIVS.

De hoc cognomine Quinctilian. lib. VI. c. IV.

A. Simulacrum Juvenis cum comis. ACISCVLVS.

P. Simulacrum Deæ. L. VALERIVS.

A. Simulacrum Juvenis cum comis. ACISCVLVS.

P. Avis cum galea, & haſtis. L. VALERIVS.

A. Roma.

P. Biga. C. VAL. C. F. in imo ROMA.

Varguntejа.

A. Roma. M VARG.

P. Quadrig. ROMA.

Varguntei cujuſdam meminit Salluſtius in Catilinæ conjuratione. Nonnulli Varguntulejum hic interpretantur.

Verginia.

A. VER. CAR.

P. Quadriga.

A. Apollinis ſimulacrum.

P. Quadriga. VER. CAR. OCVL.

Vettia.

A. Effigies Tatii. SABINVS. Æ. S. C.

P. Biga. T. VETTIVS. IVDEX.

Suetonius in Cæſare cap. XVII. cognominat hunc Vettium Indicem, pro Judicem, errore librariorum. Vettii interregis, quando Numa Rex creatus fuit, meminit Plutarch. in Numa. Itaque opinor Vettiorum familiam Sabinam fuiſſe, urbemque incoluiſſe, poſtquam, ut ille inquit, in partem data Roma Sabinis.

Veturia.

A. Roma. TI. VE. *Tiberius Veturius.*

P. Duo armati, & vir in medio porcam tenens. ROMA.

Sunt fortaſſe Dii Penates, de quibus in Nummo C. Sulpitii, & Porca, quæ Æneæ apparuit, de qua Varro de re ruſt. lib. II. cap. IV. cujus corpus a ſacerdotibus, quod in ſalſura fuerit demonſtratur. Nummus hic aureus extat. Habet tamen in antico Jani ſignum, extat etiam alter autem minoris ponderis cum eodem Jani ſimulacro. Illud primum idem opinor habet pondus, quod argenteus hujuſmodi nummus habere ſolet. Duorum ſcilicet fere denariorum, poſterius vero numiſma habet unius fere denarii pondus, ut argenteus etiam hujuſmodi habere ſolet.

Vibia.

A. Apollinis ſimulacrum, vel Bacchi. PANSA.

P. Ceres cum faſcibus, & aratro. C. VIBIVS. C. F. C. N.

Quod Cereris ſimulacrum fingatur cum faſcibus Cic. in Verrem Orat. VIII. Ovid. Faſtor. lib. IV.

A. Simulacrum idem. PANSA.

P. Simulacrum Cereris cum faſcibus, & porca. C. VIBIVS. C. F.

Porca Cereri ſacrificatur. Ovid. Faſtor. lib. I. & IV.

A. Jovis ſimulacrum. PANSA. Plutonis ſignum, ut in Silano, & Albino Bruti F.

P. Jovis Axuris ſimulacrum. IOVIS AXVR. C. VIBIVS. C. F. C. N. Virgil. lib. VII. Æneid.

—— Queis Juppiter Auxurus arvis
Præſidet &c.

Videtur ſcribendum Axurus, ut in nummo. Sic enim dici ab ἀ & ξυρᾶ ſcribit Servius interpres eodem in loco.

A. Effigies coronata. PANSA.

P. Quadriga. C. VIBIVS.

A. Appollo, vel Bacchus.

P. Ara, larva, pardus. C. VIBIVS. VARVS.

A. Roma.

P. Herculis ſimulacrum. C. VIBIVS. VARVS.

A. Simulacrum Herculis coronati.

P. Minervæ ſimulacrum. C. VIBIVS. VARVS.

Hercules lauro coronatus, Dionyſ. lib. I.

A. Effigies Vibii Vari.

P. Mulieri victoriam dextra, copiæ coron leva manu tenens. C. VIBIVS.

A. Simulacrum libertatis. LIBERTATIS.

P. Mars a Victoria coronatus ſedet in acervo ſpoliorum ſiniſtro pede orbi inniaus, dextra manu haſtam tenet. C. PANSA. C. F. C. N.

V I N I C I A.

A. Concordiæ, coronatæ ſimulacrum. CONCORDIAI.

P. Simulacrum Victoriæ. L. VINICI.

Ovid. Faſtor. lib. VI.

Venit Apollinea longas Concordia lauro.
Nona comas, &c.

Concordiai dictum eſt græco diphtongo, ut *Aulai*, apud Virgilium; *Silvai* apud Ennium; *Aimilius*, & *Bonai Deai* in vetuſtis lapidibus obſervatum eſt.

V O L T E J A.

A. Jovis ſimulacrum.

P. Templum. M. VOLTEI. M. F.

A. Bacchus.

P. Ceres in curru, cui ſerpentes junguntur. M. VOLTEI. M. F.

De Cereris curru Ovid. Metamorph. lib. I. Claudianus de raptu Proſerpinæ lib. I.

A. Roma.

P. Cybele in curru leonum. M. VOLTEI. M. F.

De curru Cybele Lucretius lib. II. Virgil. lib. III.

A. Hercules coronatus, tectus leonis pella.

P. Sus. M. VOLTEI. M. F.

A. Simulacrum Junonis Soſpitæ.

P. Sus. M. VOLTEI. M. F.

A. Simulacrum Deæ.

P. Tripes. M. VOLTEI. M. F.

S E R I E S II.

NUMISMATA SINE NOMINIBUS.

A. ROmæ ſimulacrum. ROMA.

P. Fauſtulus, Paſtor, Lupa cum infantibus, aves. Vide Nummum Sex. Pompei. FOSTLI.

A. Effigies coronata. ITALIA.

P. Milites ex utroque latere, vir in medio porcam ſacrificans. Virg. lib. VIII. Æneid.

..... *cæſa jungebant fœdera porca.*

A. Simulacrum EX. A. P. *Argento publico.*

P. Corona, amor hirco inſidens, Caſtoris, & Pollucis pilea, fulmen.

A. Simulacrum Herculis.

P. Duo equites mus. D. S. S.

Ovid. Faſt. lib. VI.

Quendam &c. 6. verſus.

Varro lib. IV. Collis Quirinalis &c. Collis Mutialis, quinticepſos ædem Dei Fidii in delubro in V. C. eſt.

Collis Mutialis, quod mihi magnopere probatur, cum in nummo ipſo ſignatus ſit mus. Idem Varro, Ælius Gallus Dius Fidius, dicebat Diovis fidius, ut Græci διόσκορον Caſtorem, & putabant hunc eſſe ſanctum, ſive ſangum a Sabina lingua & Herculem a Græca. Sex. Pompejus. Propter viam fit ſacrificium quod eſt proficiſcendi gratia Herculi, aut Sango, qui ſcilicet idem eſt Deus. Dionyſius Halicarnaſſeus lib. II. Sangum a quibuſdam Piſtium vocari ſcribit, & lib. IV. Jovem Piſtium ſanctum a Romanis appellari, inquit. P. Victor in Regione VII. Sacellum Sanii Sangii. Propert. lib. IV. *Sic Sanctum Tatiæ compoſuere Cures.*

A. Roma.

P. Currus lunæ a cervis. ROMA.

Dianæ currus. Apollonius Rhodius lib. III. Callimach. in hymno Dianæ. Claudianus de laudibus Stiliconis lib. III.

A. Roma.

P. Biga, & caput Elephantis. ROMA.

A. Salutis ſimulacrum. SALVTIS.

P. Epiſtico, concavus nummus hic eſt. Nummus ſignatus in Africa, ut videtur, cum litteris Punicis, cujus ab uno latere eſt effigies cum ſigno ✠, ab altero eques.

A. Roma.

P. Caſtor, & Pollux. Taurus, ROMA.

Forſan a Statilio Tauro nummus hic ſignatus eſt.

A. Simulacrum Deæ.

P. Cornocopiæ. Q.

S E R I E S III.

N U M I S M A T A C Æ S A R U M.

I.

A. EFfigies Auguſti. CÆSAR. IMP. PONT. III. VIR. R. P. C.

P. Effigies Antonii. M. ANT. IMP. AVG. III. VIR. R. P. C. M. BARBAT. Q. P.

Barbatus Horatiæ familiæ cognomen. Appianus lib. V. Barbatium Antonii Quæſtorem nominat, errore opinor librariorum pro Barbatum.

II.

A. Effigies Auguſti. CÆSAR. IMP. III. VIR. R. P. C.

P.

P. Effigies Lepidi. LEPIDVS. PONT. M. X. III. VIR. R. P. C.

III.

A. Effigies Auguſti. IMP. CÆSAR ... IR. R. P. C.

P. Lituus, & vaſa ſacrificii. COS. ITER. ITTER. DESIG.

IV.

A. Effigies Auguſti. CÆSAR. III. VIR. R. P. C.

P. Sella curulis, & laurea. CÆSAR. DIC. PER.

Hoc eſt, *Cæſar Dictator perpetuo.*

Sella curulis, da qua Suetonius cap. LXXVI. Decerni ſibi paſſus eſt ſedem auream in curia Appianus lib. III. Dion. Lib. XLIII. & lib. XLIV. conceſſum eſt etiam ei jus laureæ coronæ perpetuo geſtandæ. Sueton. cap. XLV. Dion. lib. XLIII.

V.

A. Effigies Auguſti. CÆSAR. III. VIR. R. P. C.

P. Signum Martis puto. P. CLODIVS. M. F.

VI.

A. Effigies Auguſti. C. CAESAR. III. VIR. R. P. C.

P. Fulmen. Q. SALVIVS. IMP. COS. DESIG.

VII.

A. Effigies Auguſti. IMP. CAES... VIR. ITER. R. P. C.

P. Templum, in cujus frontiſpicio cometa, & ante ara DIVO. IVL. in Templo. Circum COS. ITER. ET. TER. DESIG.

Cometes in uno totius urbis loco colitur in Templo Romæ &c. Plinius lib. II. cap. XXI.

VIII.

A. Effigies Auguſti. IMP... N.. DIVI IVLI. F.

P. M. AGRIPPA. COS. DESIG. Dion. lib. XLVII. Quando primum Cæſar barbam poſuit &c.

IX.

A. Effigies Auguſti. CAESAR. AVGVSTVS.

P. Corona querna. OB. CIVIS. SERVATOS.

Valer. Max. lib. II. cap. III. Dion. lib. LIII. Ovid. lib. IV. Faſt. & de Triſtibus lib. III. Eleg. I. Vel quia corona civica fuit triumviris conceſſa. Dion. lib. XLII.

X.

A. Effigies Auguſti. AVGVSTVS. DIVI. F.

P. Effigies, & cometa. M. SANQVINIVS. III. VIR.

XI.

A. Effigies Auguſti. AVGVSTVS. DIVI. F.

P. Taurus. IMP. X.

Signavit forſan hunc nummum Statilius Taurus cum eſſet III. VIR. Monetalis, ut ex æreo etiam nummo colligitur. TAVRVS. REGVLVS. PVLCHER. III. VIR. A. A. A. F. F.

XII.

A. Effigies Auguſti coronata. AVGVSTVS. DIVI. F.

P. Taurus. IMP. XII.

XIII.

A. Effigies Auguſti. CÆSARI. AVGVSTO.

P. Templum MAR. VLT. *Marti Ultori.*

In Templum ſunt ſigna. De hoc templo Ovidius Faſtor. lib. V. Suetonius cap. XXIX. Plinius lib. XXX. cap. VIII. & XIV. Dion. lib. LIV. in hoc templo Cæſar repoſuit ſigna a Parthis recepta. Dion. lib. LIV.

XIV.

A. Effigies Auguſti. CAESAR. AVGVSTVS.

P. Templum. IOV. TON. *Jovi Tonanti.*

De hoc templo cap. XXIX. & XCI. Dion. lib. LIV.

XV.

A. Effigies Auguſti. AVGVSTVS. DIVI. F.

P. Horoſcopus Imp. XI.

Suetonius in Auguſto cap. XCIV.

XVI.

A. Effigies Auguſti. CAESARI. AVGVSTO.

P. Templum in quo currus triumphalis, aquila legionis, & equi quatuor parvi. S. P. Q. R.

Videndum an hic ſit currus triumphalis, quem Cæſari Populus decrevit. Dion. lib. LI.

XVII.

A. Effigies Auguſti. CAESAR. AVGVSTVS.

P. Sus. M. DVRMIVS. III. VIR.

XVIII.

A. Effigies Auguſti. CÆSAR. AVGVSTVS. DIVI. F. PATER. PATRIÆ.

P. C. L. CÆSARES. AVGVSTI. F. COS. DESIG. PRINC. IVVENT. Cornelius Tacitus lib. I. Dion. lib. LV. Coſ. deſignati. Suetonius cap. XXIV. Auguſtus pater patriæ cognominatus. Suetonius cap. LIII. Ovid. Faſt. lib. II.

XIX.

A. Effigies Auguſti. CÆSAR. AVGVSTVS.

P. Cometa. DIVVS. IVLIVS. Nota eſt Hiſtoria Cometæ.

XX.

A. Effigies Auguſti coronata. AVGVSTVS. DIVI. F.

P. Simulacrum Dianæ. SICIL. IMP. X.

XXI.

A. Effigies Auguſti ſine corona. AVGVSTVS. DIVI. F.

P. Simulacrum Dianæ. SICIL. IMP. XII.

XXII.

A. Effigies Auguſti. IMP. CÆSAR. AVGVST.

P. C vitas. EMERITA.

P. GARISIVS. LEG. PRO. PR. Legatus Proprætor. De Auguſti Emerita in Luſitania conſtructa, Dion. lib. LIII. Strabo lib. III. Plinius lib. IV. cap. XXII. Legati, & Proprætores, qui Dion. lib. LIII. 342. 5.

XXIII.

A. Effigies Auguſti. CÆSAR. AVGVSTVS.

P. Tarpeja in acervo ſcutorum. TVRPILIANVS. III. VIR. Turpilianus Petroniorum cognomen.

XXIV.

A. Effigies Auguſti. CÆSAR. AVGVSTVS.

P. Luna, & Stella. TVRPILIANI. III. VIR.

XXV.

A. Effigies Auguſti. AVGVSTVS. DIVI. F.

P. Aquila, & duo ſigna militaria, & puer, ut videtur equo inſidens cum enſe. C. CÆS. AVGVS. F. Hic eſt C. Agrippæ, & Juliæ filius adoptatus ab Auguſto. Sueton. cap. LXIV. Dion. lib. LV. equo inſidens, ut denotaret profectionem in Armeniam, de quo Suetonius cap. LXIV. Dion. lib. LV. Florus lib. IV. Vellejus lib. II.

XXVI.

A. Effigies Auguſti. CÆSAR. AVGVSTVS.

P. Simulacrum Martis cum ſignis. SIGNIS. RECEPTIS. Dion. lib. LIV. Vellejus lib. II. Suetonius cap. XXI. Florus lib. CXXXIX.

XXVII.

A. Effigies Auguſti ..... AVGVSTVS.

P. Clypeus cum ſignis.

Signis

S. (CLV.) P.
Q. R.

Receptis.

A. Clypeus quinctus, vel clypei quinque, nam antiqui.

P. Clypeos dicebant.

XXVIII.

A. Effigies Auguſti. AVG. TR. POT.

P. Ancil. & Apex. P. STOLO. III. VIR.
Stolo, Liciniorum cognomen.

XXIX.

A. Effigies Auguſti. CÆSAR. DIVI. F. COS. VI.

P. Crocodilus. ÆGYPTO. CAPTA.

XXX.

A. Effigies Auguſti. AVGVSTVS. DIVI. F.

P. Mulier cum lyra. IMP. X. ACT. Victoriæ Actiacæ de M. Antonio hiſtoria nota eſt.

XXXI.

A. Effigies Auguſti. S. P. Q. R. CAESARI. AVGVSTO.

P. Simulacrum Martis vexillum tenens. VOT. P. SVSC. PRO. SAL. ET. RED. I. O. M. SAC. Votis publice ſuſceptis pro ſalute & reditu Jovi Optimo Maximo Sacrum. De votis pro reditu Auguſti. Dion. lib. LIV. & lib. LV.

XXXII.

A. Effigies Auguſti. S. P. Q. R. CAES. AVGVSTO.

P. Currus Triumphalis ſupra duos currus cum literis: QVOD. VIAE. MVNT. SVNT. munitæ. Quod Auguſtus vias munierit. Sueton. in Auguſto cap. XXX. Dion. lib. XLVII. & lib. LIII. Hic igitur erit currus triumphalis factus in honorem Auguſti. Dion. lib. XLIX. & lib. LI.

XXXIII.

A. Effigies Auguſti. DIVVS. AVGVSTVS.

P. Effigies Germanici. GER ... TI. AVG ... COS. ITER. Germanicus Cæſar Ti. Auguſti Fil. Coſ. iterum.

XXXIV.

A. Effigies Auguſti.

P. Mulier cornucopiæ, & ramum olivæ tenens. CAESAR. DIVI. F. Frugum copia, & pax.

XXXV.

A. Effigies Auguſti.

P. Columna, ut videtur roſtrata, & Auguſti ſimulacrum. IMP. CAESAR. Videntur in hujus nummi poſtico roſtra, & in columna duæ ancoræ, & ſtatua cum haſta, & pileo Romano. Erit igitur Auguſti ſtatua, quæ poſt victoriam Actiacam ei decreta eſt. Dion. lib. LI. De Auguſti roſtris fit mentio in Digeſt. tit. LI. de origine juris.

XXXVI.

A. Effigies Auguſti.

P. Templum. IOVI. OLV. Jovi Olympio. Sueton. cap. LX.

XXXVII.

A. Effigies Auguſti.

P. Terminus, & fulmen. IMP. CAESAR.
Alludit ad illud Auguſti. Feſtina lente. Eſt enim fulmen velociſſimum. Terminus vero nunquam movetur. τον δε βραδεως. Suetonius cap. XXV. Gellius lib. X. cap. XI.

XXXVIII.

A. Effigies Auguſti.

P. Ædificium quoddam. IMP. CAESAR. Erit forſan Curia Julia ab Auguſto conſtructa. Dion. lib. XLVII. & LI. Plinius lib. XXXV. cap. IV.

XXXIX.

A. Effigies Auguſti.

P. Horoſcopus. AVGVSTVS.

XL.

A. Effigies Auguſti.

P. Apollo ſedens. CAESAR. DIVI. F.

XLI.

A. Effigies Auguſti.

P. Simulacrum columnæ innixum dextra manu galeam, læva haſtam tenens, & clypeus adeſt columnæ. CAESAR. D. F.

XLII.

A. Effigies Auguſti.

P. Arcus triumphalis. S. P. Q. R.
IMP. CAE.
L. VINICIVS.

XLIII.

A. Effigies Auguſti.

P. Victoria ſupra orbem. CAESAR. DIVI. F.

XLIV.

A. Effigies Auguſti.

P. Currus triumphalis in arcu. *Imp. Cæſ.* Videndum an hic ſit currus cum equis, quem Cæſari Populus decrevit. Dion. lib. XLIX.

XLV.

A. Effigies Auguſti. S. P. Q. R.

P. Simulacrum. V. PR. RE. Vota pro reditu CAES. Cæſaris.
L. MESCINIVS. RVFVS. Vide XXXI.

XLVI.

A. Effigies Auguſti.

P. Clypeus inter duos ramos lauri.

Cæſar

S. (CLV.) P.
Q. R.

Auguſtus.

XLVII.

A. Effigies Auguſti.

P. Duo rami lauri. CÆSAR. AVGVSTVS.
De lauro e cælo Auguſto miſſa. Plin. lib. XV. cap. ult.

XLVIII.

A. Effigies Auguſti.

P. Trophæum ſupra navis roſtrum. IMP. CAESAR. Victoriam Actiacam notat.

XLIX.

A. Currus Triumphalis. IMP. CAESAR.

P. Victoria ſupra roſtrum. Eadem victoria Actiaca.

L.

A. Effigies Deæ. III. VIR. R. P. C.

P. Trophæum, & ſecuris. CAESAR. Plinius lib. III. cap. XIX. Dion lib. LIII.

LI.

A. Simulacrum Deæ.

P. Trophæum cum duobus captivis. CÆSAR. Virgilius lib. III. Georgicor.

Et duo rapta manu devicto ex hoſte trophæa.

LII.

A. Currus, & ſupra currum equi quatuor. CÆSARI. AVGVSTO.

P. Veſtis, & corona. S. P. Q. R. PARENT. Parenti. CONS. SVO. conſervat miro. Currus triumphalis, & corona laurea Auguſto conceſſa. Dion. lib. LIII.

LIII.

A. Simulacrum Deæ. C. ANTISTIVS. VETVS. III. VIR.

P. Lituus, ara, & vaſa ſacrificii. IMP. CAESAR. AVG. COS. XI.

LIV.

A. Simulacrum Apollinis.

P. Vir arans. IMP. CAESAR. Horatius lib. IV. ode V.

Tutus bos etenim recta perambulat.

Ad Auguſtum, ut temporum quiete, & frugum copiam notaret. Forte & aliqua e coloniis ab Auguſto deductis, nam in ea deductione aratrum circumducebant. Cic. in Anton. Orat. II.

LV.

A. Effigies. L. AQVILLIVS. FLORVS. III. VIR.

P. Currus tractus ab elephantibus. AVGVSTVS. CAESAR.

LVI.

A. Simulacrum cum galea.

P. Clypeus. CAESAR.

LVII.

A. Effigies. TVRPILLIANVS. III. VIR.

P. Vir genuflexus ſignum tenens. CAESAR. SIGNIS. RECEPTIS. De ſignis receptis a Parthis, ſupra.

LVIII.

A. Effigies. P. PETRONIVS. TVRPILLIANVS. III. VIR.

P. Simulacrum genuflexum. CAESAR... ARM. CAPT. ideſt, *Armenia capta.*

LIX.

A. Effigies. TVRPILLIANVS. III. VIR. FERON.

P. Vir genuflexus ſignum tenens. CAESAR. AVGVSTVS. SIGN. RECE. Signa recepta a Parthis ſupra. De Feronia Dea, vide Giraldum in libro de Diis gentium.

LX.

A. IMP. CAESAR. DIVI. F. III. VIR. R. P. C.

P. Vas, & Lituus.

Vas ob maximum Pontificatum, cujus meminit Cicero in Anton. Orat. V. Vellejus lib. II. Lituus, ob auguratum, cujus inſigne eſt.

LXI.

A. Effigies. TVRPILIANVS. III. VIR. FERO. Feronia.

P. Corona querna inter duos ramos lauri. CAESAR. AVGVSTVS. O. C. S. ob cives ſervatos. Ovid. Metamorph. lib. I. loquens de lauro:

Poſtibus Auguſtis eadem fidiſſima cuſtos.
Ante fores ſtabis, mediamque tuebere quercum.

Dion. lib. LIII. nummus hic eſt aureus.

LXII.

A. Effigies CAESAR. AVGVSTVS. TR. POT.

P. IMP. CAES. AVG. LVD. SAEC. XV. S. F. Xviri ſacris faciundi. Imperante Cæſare Auguſto ludi ſæculares.

L. MESCINIVS. RVFVS. III. VIR.

Ludi ſæculares quinti temporibus Auguſti. Dionyſ. lib. LIV. Sueton. cap. 31.

Cura Ludorum ſæcularium ad collegium Decemvirorum ſpectabat. Tacitus lib. II.

LXIII.

A. Effigies.

P. Ara.	FORT. RED.	Fortuna Reduci.
	CAES. AVG.	Cæſaris Auguſti.
	S. P. Q. R.	

Dion. lib. LIV.

LXIV.

A. Effigies CAESAR. AVGVSTVS.

P. Templum MARTIS. VLTORIS.

LXV.

A. Effigies Auguſti. Cæſar. Imp. VII.

P. Victoria ſupra aram, & duo ſerpentes. ASIA. RECEPTA. Quinarius.

LXVI.

A. Effigies III. VIR. R. P. C.

P. Caduceus, & concordia. M. ANT. C. CAES.

LXVII.

A. Effigies Auguſti. CAESAR.

P. Concava a poſtico.

LXVIII.

A. Effigies & circum corona querna. CAESAR.

P. Candelabrum, & circum corona. AVGVSTVS. Erit forſan corona graminea obſidionalis, qua donatus eſt. Plinius lib. XXII. cap. VI.

LXIX.

A. Effigies CAESAR. AVGVSTVS.

P. Effigies Agrippæ. M. AGRIPPA. PLATORINVS. III. VIR.

LXX.

A. Effigies CÆSAR. AVGVSTVS.

P. Lituus, & vaſa ſacrificii.

C. ANTISTIVS. REGINVS. III. VIR.

LXXI.

A. Effigies CÆSAR. AVGVSTVS.

P. Clypeus. S. P. Q. R. CL. V.

LXXII.

A. Effigies CAESAR. AVGVSTVS.

P. Corona querna, & circum. OB. CIVIS. SERVATOS.

LXXIII.

A. Victoriæ ſimulacrum.

P. Simulacrum habens dextrum pedem innixum pilæ, dextra manu extremam puppis partem, læva haſtam. CAESAR. DIVI. F.

LXXIV.

A. Statua equeſtris ſupra baſim. S. P. Q. R. IMP. CAES.

P. Columna cum his litteris: S. P. Q. R.

IMP. CAE.	Imperatori Cæſari.
QVOD. V.	Quod viæ.
M. S. EX.	Munitæ ſunt ex.
EA. P. Q. IS.	Ea pecunia quam is.
AD. A. DE.	Ad ærarium detulit.

L.

L. VINICIVS. L. F. III. VIR.

LXXV.

A. Effigies cum galea. CÆSAR. III. VIR. R. P. C.

P. Duo ſigna cohortium. Signum Aquilæ, & trophæum. S. C.

LXXVI.

A. Effigies. C. CÆSAR. III. VIR. R. P. C.

P. Victoria. L. LIVINEIVS. REGVLVS.

LXXVII.

A. Effigies CÆSAR. AVGVSTVS.

P. Pegaſus. P. PETRON. TVRPILIAN. III. VIR.

LXXVIII.

A. Effigies C. CAESAR. III. VIR. R. P. C.

P. Clava Herculis BALBVS. PROPR. Gadibus erat templum Herculis. Strabo lib. III. & Pomponius Mela cap. VI. Cornelius Balbus erat Gaditanus. Strabo lib. III. Vide Ciceronem in Orat. pro Corn. Balbo.

LXXIX.

A. Effigies C. CAESAR. III. VIR. R. P. C.

P. Statua equeſtris. POPVL. IVSSV.

Hæc ſtatua equeſtris, de qua meminit Vellejus lib. II. Vide Ciceronem in epiſtola ad Brutum, & ad Q. Fratrem lib. III. & in epiſtola ad ipſum Octavianum.

LXXX.

A. Effigies C. CAESAR. IMP.

P. Statua eadem. S. C.

Prior fuerat Populi juſſu, poſterior autem hæc ſenatu decreto.

LXXXI.

A. Simulacrum Honoris. HONORI. M. DVRMIVS. III. VIR.

P. Currus tractus ab elephantibus. CÆSAR. AVGVSTVS.

LXXXII.

A. Duo ſimulacra. Q. RVSTIVS. FORTVNAE. ANTIAT.

P. Ara CÆSARI. AVGVSTO. FOR. RE. EX. S. C.

De Fortuna Reduce ſupra LXIII. De Fortuna Antiate. Horat. lib. I. Ode XXXV. & Porphirio interpres ibidem. Macrobius Saturn. lib. I. Suetonius cap. LVII.

LXXXIII.

A. Effigies Auguſti.

P. Horoſcopus, & mulier quæ ſublimis fertur per aera, manibus tenens velum. AVGVSTVS. Vide quæ de Auguſti Horoſcopo ſupra notata ſunt.

LXXXIV.

A. Effigies Auguſti.

P. Clypeus.



LXXXV.

A. Simulacrum victoriæ ſupra orbem. IMP. CÆS. DIVI. F.

P. Simulacrum Jovis Ammonis PONTIF....

SERIES IV.

NUMISMATA GRÆCA.

1. ΓΥρτωνίων. τε. Puella galeatus R d. t. γυρτιων Stephanus γυρτώνη. Homerus ι. B. ubi Euſtachius de Perrhebis.

2. Σιδη. Minerva cum peplo ſedet Bocum inſula, & noctua σίδα Strab. 14. Mela L. σίδα. Stephanus.

3. Πρεινθίων. (Hercules) Jupiter Hercules condidit urbem ex Ammiano Marcellino 22.

4. ΑΠ απειρωταν. Juppiter Aquila Pyrrhus Epirotar. rex.

5. Ουρι Minervæ Pegaſus ὑρία. Strab. in alio. ουρια. Βρεττίνων. Fulmen Noctua. In alio. ουρ. Perſeus, Meduſa ſpica, enſis falcatus, clava, ſtella.

6. META ET. Spica, caduc. noctua, oliva μεταπόντιτος, σίαη. Steph.

7. Λοκρων. Tripos & lauri accipiter cum lepore. Hierax hodie, quæ olim locri. De Hierace Ariſtoteles *Lib. IX. cap. 36. de nat. animal.* Accipitrum genera X Plinius XVI. de accipitre Martial. in Apoph. Julius Firm. *lib V. cap.* 8. tempore Conſtantini Falcones. Vide Florum, & Dionſic in alio Juppiter accipiter cum lepore. In alio Hercules accipiter cum columba; in alio Minerva, & Pegaſus; in alio Fulmen, & caduceus; in alio Ceres; in alio Minerva, & Aquila cum fulmine; in alio Caſtores, & Aquila de Victoria Locrenſium contra Crotoniatas Caſtoribus auctoribus apud Segram. Vide Plin. & Cic. *de nat. Deor.*

8. Κρο.... ΤΑΣ. Apollo Hercules infans cum anguibus: de Mycilo & Crotone Ovid Maramorphoſeos lib. & Strabo. Croto hoſpes Herculis; in alio προ Apollo tripus cum lauro γίροτων. Stephan. Dionyſ. αι τήποξιαγιστι, Strabo.

9. Βρεττίων. Apollo tripos in alio Mars, ſive Pyrrhus & Victoria; in alio Pallas cum lyra; in alio cum lampade; in alio cum noctua; in alio Jupiter, & Aquila; in alio vir nudus cum haſta & clypeo pugnans, & victoria. In alio NIKH. Βρεττιων. Victoria Jupiter fulminans; in alio Βρεττιων Apollo biga; in alio Hercules imberbis, & Milo, & Minerva.

10. PHΓΙΩN. Janus imberbis Jupiter ῥήγιον. Strabo VI. de lepore. Pollux IX.

11. Φιλαδελφειών. Pallas ſerpens, ara, olivæ corona. Vide Strabonem & Stephan. & Plin. In alio φιλαδελφειών γυνλαιστη. Jupiter tripos. Vide eoſdem.

12. Σαμιων. Ηρα. Σαμια. Juppiter Juno Parthenia ex Pauſania. In alio Virgo Pavo, & currus ΣΑΜΙΩΝ; in alio Neptunus Delphin.

13. ΤΑΡΑΣ. Puer in equo; in alio puer; in delphino; in alio cum tridente, & noctua; in alio concha & piſcis; in alio puer in Delphino cum raumo, & clava, & ſerpente ΤΑΡΑΝΤΙΝΩΝ puer equum coronat; in alio eques cum clypeo, & galea, & haſta in-

infra ΛΑCΑΝ. ΤΑΡΑΝ. puer in delphino cum phiala, & cornu ΤΑΡΑC. ΠΟΛΥ. puer in delphino cum uris, & duabus ſtellis.

ΣΥΑΥΚΙΜΟΣ. Puer equum coronat. ΑΡΙCΤΙΟ. duo pueri equum coronant ΞΩ. ΝΟΥΜΗ. puer equum coronat. De Taranto Steph. Strabo. Pauſan. Juſtinus Trogi epit. De puero in delphino Tarante Neptuni F. Pollux. g.

14. ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. virgo, Taurus & piſcia virgo eſt Sappho ex Polluce lib. IX. Taurus pro flumine ex Æliano lib. 2. de Mytilene, Strabo, Steph.

15. ΜΕΤΗΜΝΑΙΩΝ. Neptunus, Delphin. Cancer, Cephalus.

16. ΝΥCΑΕΩΝ. Γ. Οὖλος Bacchus racemus de Hyio Bacchi Arrian. Stephan.

17. ΑΡΠΑΝΩΝ Jupiter aper, & cuſpis de Arpi. Vergilius 10. Æn. Strabo, Plinius, Stephanus Argyrippa. Virgil. XI. Hyrpani montes. Plin.

18. ΙΕΡΑ ΒΟΥΛΗ. ΔΙΟΝΥCΟ ΠΟΛΕΙΤΩΝ. Virgo Diana Epheſia cum duabus facibus de Dionyſopoli. Stephanus & Strabo de mammola Diana Epheſia Hieronym. in epiſt. Pauli; in alio ΔΙΟΝΥ-CΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΕΡΟΥΝ. ΙΕΡΑ. ΒΟΥΛΗ. Juppiter. Diana Epheſia cum facibus. Epheſus κ ξένη διά. Strabo & Stephan.

19. ΠΟΛΥΜ. Γ. ΕΦΕΣΙΩΗ. templum, Diana Epheſia πολύμαστος. Hieron. in prol. epiſt. ad Epheſios.

20. ΑΠΑΜΕΩΝ. ΦΑΙΝΙΠΠΟΣ. ΔΙΑΚΟΝΟΣ. Minerva, Aquila, ſtellæ tres. De Apamea. Steph. in alio ΑΠΑΜΕΣΙΗ. Fulmen, ſtellæ Caſtrorum, corona, Seleucus conditor Apameæ κτίστης Deus eſt. Stephanus, in alio ΑΠΑΜΕCΙΗ ΦΑΙΝΙΠΠΟΣ. ΔΙΑΚΟΝΟΣ Aquila cum fulmine inter duo fulmina, noctua cum fulmine; in alio, ΑΠΑΜΕΣΙΗ. Juppiter, templum, inter duos terminos.

21. ΑΜΙCΟC. Juppiter, Aquila cum fulmine, de Amiſo Stephanus & Strabo. In alio ΑΜΙΣΟΥ. Perſeus, & Meduſa & Spira. In alio Bacchus, Hyrcus, & pellis, & caniſter, & ſtella.

22. ΣΙΝΩΠΗΣ ΑΠ. Bacchus & caniſter, & pellis tygridis, & thyrſus. In alio Jupiter, Aquila cum fulmine; de Sinope Stephanus.

23. ΜΑΣΣΑΛΙΩ. Neptunus, Delphin, Marſila Phocenſium colonia: in alio ΜΑΣΣΑ, & in alio, ΜΑΣΣΑΛΙΩΤΑΝ. Virgo, leo.

24. ΑΣΠΕΝΔ. ΟΔΟΛΟC. Bacchus, tigris ſupradicta; de Aſpenda Strabo. De paleſtra Pollux 9.

25. ΑΤΤΑΜ. Juppiter & Juno ΑΤΤΑΛΟΥ Β ΑΣΙΑ. Columbæ duæ coroilam ſuſtinent, & vas inter duas ſtellas eſt de Attilia Strabo 14.

26. ΚΥΡΑ. Ammon vel Badius adoleſc. Laſerpicium κυρηναϊκόν. Pindarus in Pith. Od. 9. & 4. In alio, ΚΥΡΗΝ. In alio, ΚΥΡΗΝΗ. Silphium Africa regi laſer donat: vide Suidam in verbo σίλφιον, & βαττουσίλφιον: & interpr. Ariſtoph. in Pluto. Herodot. in Melpom. Steph. Juſtin. 13.

27. ΤΕΣΠΙΕΩΝ. Minerva, lyra, teſtudo, & ſerpens; de Theſpi Stephanus & Euſtath. & Pauſanias. in Boeot. Strabo; in alio Venus, & Cupido cum arcu; in alio in Delphino, in alio ΣΩΤΗΡΙ ΤΕCΠΙΕΩΝ. Juppiter, anguis, lyra, teſtudo.

28. ΥΕΛΗΤΩΝ. ΦΙ Minerva leo; tridens de Hyele. Strabo VI. Elea Steph. in alio ΦΑ. non ΦΙ. & pro tridente caduceus; forte φωκικα ἄστρων; in alio ΦΙ. & tria crura pro tridente, Siciliæ ſymbolum.

29. ΤΙΡΥΝΘΙΩΝ Virgo & clava, forte Dejanira, Victoria ſedens; de hac Herculis patria Homerus in 1.

30. ΤΕΡΥΗΤ. ΗΡΑ. ΟΒΟΛΟΣ. Juno clara, & exuviæ.

31. ΣΗΛ. ΠΙCΙΔΙΩΝ Adoleſcens Minerva inter duos leones; de Piſidis Stephanus.

32. ΣΕΛΙΝΟ ΣΕΛΙΝΟΝΤΙΩΝ. Vir nudus cum palma & corona: gallus, ara, bos, biga lunæ, & biga Martis ſagittiferi.

33. ΑΤΑΙΑ. ΑΤΑΙΑ Diana cervus, vas; de Aulide Stephan. Pauſ. Deſ. At,

34. ΝΟΥΚΡΙΝΩΝ. Adoleſcens laureatus, equus; de Nucrino Steph.

35. ΑΤΤΙΩΝ. Apollo Virgo, M. Diana, alata cum luna, & arcu, & ſagitta prope navim; de lytto Steph. Strab. Hom. Euſtath.

36. ΛΑΜΙΕΩΝ. Virgo hedera coronata, urna, & urceolus; de lamia Stephanus. In alio Hercules Diota; vide Horat. Lamius Herculis filius; Lamiæ conditor; Stephanus. Hercules cum Diota propter mercedem ſtupri Alcumenæ.

37. ΚΑΜΑΡΙΝΑΙΩΝ. (Δ) galea, & ſcutum & arbor cephalonia, ocreæ & thorax; de camarina Stephan. Strabo. Serv. 3. ἀκίνητος καμαρῖνος.

38. ΛΕΟΝ. Caput leonis) adoleſcens nudus ſacrificat, granum hordei. Cic. V. Verr. caput eſt rei frumentariæ campus leontinus. Diodor. Siculus lib. VI. In alio Saturnus Leo, hordei granum.

39. ΘΟΥΡΙΩΗ. ΕΥΦΑ. Pallas Tritonia, taurus, piſcis. Alluſio nominis ut ſupra in leontinis, caput leonis; de Thuriis Herodot. Strabo, Plin. Stephanus. Εὐφραίνω pro εὔφημον. Heſych. In alio ΚΑΣΑ-ΝΑΡΙΑ Θουρίων. Victoria thorax & duo clypei; de Cleandria Polyæn. & Ælian. lib. mendoſe Æandr. In alio ΘΟΥΡΙΩΝ Minerva. Delphinus, tridens Polypus. In alio Minerva, Triton, Taurus, Luna, caput leonis ΣΙ. ΙΡΑ In alio ΣΩ a Taurus, delphin. de Thuriis Ælianus 12. Plin. Pauſan.

40. ΙΣΤΙΑΙΕΩΝ. Virgo racemis coronata, virgo in navi ſedet, racemus; de Litiaca Euſtath. Homer. Γ. Β. appellat. πολυσταφύλον. Virgo eſt fundatrix. In alio ΙΣΤΙΑΙΕΩΝ. ΚΟΝ ΠΡΟΥΣ virgo racemis coronata, Pegaſus. In alio ΚΟΙΝΟΝ. ΙΣ ΤΙΑΙΕΩΝ. Virgo quæ ſupra Aſinus vitem rodit; vide Pauſ. in Corinth. ab aſino putationem introductam.

41. ΤΑΝΑΓΡΑΙΩΝ Mars, vel Pyrrhus Gallus; de Tanagris. Pauſan. in Bœot. in alio Marcus vir cum vaſe a duabus virginibus coronatur. Triton ſub pedibus eſt. De Tritone occiſo a Baccho Pauſan. in Bœot.

42. ΚΑΣΣΑΝΔΡΕΙΩΝ virgo, Mercurius; de Caſſandria Steph. Mela 2.

43. ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ, ΑΥΤΟΝΟΜΩΝ, ΣΤΡ. Juppiter. fulmen. Fluvius cum urna, & cornu. Strymon fluvius. Stephanus Thucyd. 4. oovem vitæ dictæ amat ſum ſuperſtitio ex Demophonte & Phyllide. Vide Ovid. 3. de arte am. & de rem. amor. In alio ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ. ΣΤΡ. Apollo, Fulvius, Strymon fluvius, Thucyd. Polinen. VI. ſtalagem. Steph.

44. ΤΕΡΜΗCCΕΩΝ. CΟΛΥΜΟC. Juppiter ſimulſedet

det

det eum Victorinla. Termeſſus major, & minor. Euſtath. in Dionyſ. & Steph. Termenſes Piſidæ majores in tab. æn. Solymus Jovis filius. Piſidar. auctor. hic eſt, qui ſedet.

45. ΤΕΓΕΑ. ΜΑΝΤΙΝ. Puella, Apollo; Tegeæ Mantinenſes habitarunt. Strabo, Steph. Pauſan. 8. Nom. In alio ΜΑΝΤΙΝ. ΜΑΝΤΙΑ. Apollo, Lyra.

46. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. Mulier, Leo, Aleaandriæ plures. Arrianus, Q. Curtius, Olympias ventrem habuit leone ſignatum.

47. ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. ΔΙΟΣ. ΕΛΛΑΝΙΟΥ. Minerva, ſtella, piſcis, & delphines duo. In alio piſtria, templum Minervæ Syracuſis, & imperium rerum maritimarum ſignificatur. In alio ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. ΕΡΜΕΝΟ. ΑΥΘ. puella, delphin, quadriga victoria coronatur ſcylla. Syracuſa Aſchiæ Corinthii filia, qui conditor fuit.

48. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΜΙΚΤΟΣ. Miles eques. Taurus in Meandro. De magnena Strabo ſl. 14. Steph. magnes miles conditor, meander fluvius; in alio ΜΑΓΝΗΤΩΝ. κεφαλ militis caput, Taurus in ſimili Meandro hujuſmodi  Flexus Meandri Dii in veſtibus. Flumina tauris ſignificari ait Ælianus.

49. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΝΕΟΚΟΡΩΝ. Jupiter Meſcorius.

50. ΤΕΡΥΝ. Virgo, lyra, tibin, victoria; de Terina Stephanus. In alio, ΤΑΡΙΝΑΙΩΝ.

51. ΚΟΡΙΝΘΙΩΝ. Juppiter. Fulmen. Bacchus cum uvis, & tribus ſagittis, & pica & tigride; de Pegaſo Pollux 9.

52. ΣΙΛΗΤΩΝ. Virgo coronata, Pallas galeata, cum clypeo, in quo Meduſa, & haſta, ad quam ſerpens.

53. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. ΜΗΤΡ. Minerva Bacchus cum lyra, & uvis, & tigride. In alio, ΒΥΖΑΝΤΙΑΟΝ. Bacchus racemus. In alio, ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ΑΥΞΙΑΣ virgo arundine coronata, equus & fala, forte Saturnus in equum converſus Phyliram decepit.

54. ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. Adoleſcens Nemeſis alata cum fuſo, & freno.

55. ΝΕΟΠΟΛΙΤΩΝ. Apollo, lyra, & rete. In alio regina minotaurus coronatur a Victoria. In alio Apollo tripos. In alio Sirena alata cauda, & cruribus, avis cum tuba, tripus. In alio Minerva, vir leonem ſuffocas

56. ΔΡΥΟΠΑΙΩΝ. Rex barbatus, virgo; de Dryope Stephanus; forte Jupiter, & Juno virgo nova nupta, vel Dryope & Eurypilus.

57. ΚΑΤΑΝΑΙΩΝ. Adoleſcens laureatus, puella in biga de Catana in Sicilia. Strabo lib. VI. Stephanus, Apollo, & Ceres forte. Plinius 3. cap. 8. In alio, Apollo Polypus.

58. ΔΙΟΝΥΣΟΥ. ΣΩΤΗΡΟΣ ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ. Ariadne, Bacchus cum ſagittis, & uvis. De Maronea Homer. & Euſtath. Athon.

59. ΤΗΙΩΝ. Gryphus, corona ea hedera. In alio virgo, Gryphus edera circumdatus. De Teo. Strabo ΤΕΩ. Stephanus.

60. ΚΙΛΛΑΙΩΝ. Meduſa, olivæ ramus. In alio Jupiter. In alio Apollo lyræ; de Cilla Euſtath. lib. 14. Apollo Cillæus deus.

61. ΑΚΡΑΓΑΝΤΟΣ. Cancer, perdix; de Agrigento Steph. Polyb.

62. ΗΡΑΚ. Minerva, Hercules cum leone.

63. ΑΒΥΔ. Apollo, lyra, corvus cum ramo lauri; de abydo Stephanus. Dionyſ. Afer de Seſto, & Abydo Ovid. Muſeus.

64. ΑΡΑΤΘΙΩΝ. ΑΜΒΡΑΚΙΩΤΑΝ. Apollo. Apollo venans, vel Diana; de Ambracia. Euſtath. Stephanus de flumine. Strabo Plin. & Strabo mendoſe Ptolem. recte de oppido.

65. ΟΠΟΝΤΙΩΝ. Virgo, Mars cum ſcuto, & falce; de opunto. Stephanus Diodorus. Siculus.

66. ΡΟΔΙΩΝ. Sol, roſa vel Clytia. In alio, ΕΡΑΣΙΚΛΗΣ, roſa, galea.

67. ΜΥΡΙΝΑΙΩΝ. Virgo alia cum ramo, & hydria, & loris, de Myrina Homerus, Strabo, Steph. Euſtath. & Dionyſ. Afr.

68. ΒΑΡΙΩΝ. Bacchus, Diota, uvæ pampinus; de Barc. Vergil. Stephan.

69. ΕΡΥΘΡΑΙΩΝ. Bacchus, corona.

70. ΤΡΑΧΙ. ΗΡΑ. ΤΡΑΧΙΝΙΑ.

71. ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ. Juppiter virgo ſup. Taurum; de Gortyna Stephanus, Strabo. Taurus Europæ raptor, conditor, Euſtath. in Dionyſ. Afr.

72. ΚΩΙΩΝ. Diota ſpica de Coo, Stephanus. In alio Neptunus tridens, piſces. In alio ΚΩΙΩΝ. ΚΚ. ΑΡΙΣΤΑΝΑΡΟΥ. Hercules adoleſcens cancer. καρκῖνος forte. In alio ΚΙΩΙΩΝ. ΑΓΛΑΟΥ. ΚΩΙΩΝ. Hercules adoleſcens clava, arcus.

73. ΔΑΣ ceres, eques, forte Arion equus Adraſti Cereris, & Neptuni filius ex Homero.

74. ΑΥΡ. ΑΥΡ. templum in rupe, & infra, porta ut Deli tripos, Agria fons in Arcadia. Pauſan.

75. ΙΠΠΟΛΑΡΥ. Diana, equus, tridens, piſcis.

76. ΚΟΣΩΝ. Aquila, laurea, ſceptrum, Senator inter duos faſces; de Coſa. Cæſ. in Comm. Strabo. Rut. Poeta Virgil.

77. ΚΟΜΑΝΩΝ. Pallas caput equi; de Comana Strabo, ubi templum Palladis.

78. ΑΘΗΝΑΙΩΝ. Minerva, Neptunus conditores Athenarum. In alio Minerva, Hercules In alio Hercules, clava, oliva De noctua, Minerva, Jove, bove, Pollux lib. IX.

79. ΑΘΗΝΟΙΩΝ Υ. Κ. Α. ΧΑΡΙΝΑΥΤΗΣ. ΕΩΣΩ. Minerva, noctua in amphora. Virgo cum duabus facibus, corona ex olea. In alio pro virgine cicada ΑΘΗΑΙ. ΓΛΑΥΚΟΣ. ΙΕΙΩ. ΑΥΣΑΝ. ΣΩ. In alio ΑΘΗΝΑΙΑ. Υ. Κ. Α. ΧΑΡΙΝΑΥΤΗΣ. C. noctca, oliva amphora oleagina corona, ſignn Panathenæoſum, in quibus ea corona, amphora olei coronabantur Vincentes Suid. Licoph. Arpocraſion. Athen. hic charinantes Archon. CCCXXI. In alio ΑΘΗΝΑΙΩΝ. Minerva, corona ea olea. In alio ΑΘΗΝΑΙΑ. ΕΠΙΛΑΕΣ. ΝΕ. Minerva, noctua in amphora, ſerpens io baculo. In alio ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΠΕΙΣΑΝΔΡ. ΑΡΧ. Diana noctna; de Piſandro Archonte Diodorus Sicul. 13. In alio ΑΘΗΝΑΙΩΝ. Juppiter Bacchus, Minerva, olea coronata Hippocamp. vel Pegaſus Marinus, corona ex olea clava ΑΘΗΝΑΙΩΑ. Diana Mercurius. In alio Minerva taurus.

80. ΓΑΡ. ΥΟΑ. Minerva, Victoria, noctua, clava; de Gargeto ex tribu Athenienſi Stephanus. In alio ΓΑΡΓΗΤ. Minerva; noctua in amphora, oleæ, ramus.

81. ΑΓΝΙΟΑΘΗΝ. Minerva, bovis capitis ſeliquiæ.

82.

82. ΠΙΣ. ΟΛΥΜΠ. Jupiter, aquila cum fulmine. In alio Julian. Apoſtata, aquila cum corona e quercu, in ara ad quam pluribus gradibus aſcenditur; de Piſa Stephanus; Pauſan. ubi de ara ad quam aſcendebatur multis gradibus ex cinere. De eadem Piſa vel Piſis Ptolemæus.

83. ΤΥΠΑΝΕ. Juppiter, Pallas Τυπανέας Steph. Ptolem. Strabo 8.

84. ΚΥΜΑΙΩΝ. Virgo, cochlea, vel oſtreœm, hordei granum de Cuma in *Aſia* Strabo. Virgo & Amazon conditrix. In alio ΚΥΜΕΩΝ. Virgo, ſpica, piſcis ſanguis de Cumis. in Italia. Dionyſ. Plutarch. Plin.

85. ΘΑΣΙΩΝ. Apollo, tripos de Perſa, vel Perſeo. Pollux lib. IX. In alio ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ. ΣΩΤΗΡΟΣ. ΘΑΣΙΩΝ. Bacchus, Hercules; de Thaſo Steph. Pauſan. Herodotus lib. VI. Euſtath. 5. in Dionyſ. Arrian. Dionyſ. ου Κοξικυχτν Plin. lib. 4. c. 12. de vino. Thaſio Athen. Plin. lib. 14. c. 2. & 3. & 18. In alio ΘΑΣΙΩΝ. Hercul. Engonaſi cum arco.

86. ΠΟΛ. ΠΟΛ. Neptunus. Olea Taurus hordeum; de Polemoniaco Stephanus.

87. ΑΥΑ. ΔΙΟΝΥΣΟΥ. ΑΩΤ. ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ. C. Hercules Bacchus Abdera, ab Abdero puero amato ab Hercule, Stephanus.

88. ΚΑΛΑΧ. Pallax Victoria, malum punicum. In alio Apollo, lyra, plectrum.

89. ΗΡΑΚΛΕΑ. ΗΡΑΚΛΕΑΤΩΝ. Dea Turrita cum malo punico, & cornu. Mercurius cum caduceo, & erumena; de Heraclea Theophraſt. de piſcibus. Heracleæ 22. Stephan. Strabo.

90. ΤΑΥΡΟ. Virgo. Symbolum Siciliæ. Ceres ſedet cum ſpicis, & cornu ante Symbolum illud, retro duo Dracones. In alio T. Victoria ſedet; de Tauromenius. Ptolemæus. Steph. Strabo.

91. ΚΑΥΛΩΝΙΑΤΩΝ ΚΑΥΑ. Cervus, vas, anſatus vir nudus ſpinis percutit cervum. In alio ΚΑΥΛΩΝΙΑΤΑΝ. Cervus nudus ramo percutit cervum, qui eſt in ara. Caput Tauri olea coronatum; de Caulonia Strabo VI. Stephanus, Caulon. Verg. 3. Auſon. Horat. Martialis.

92. ΕΡΕΣΙΩΝ ΗΡΑΚ. ΑΩΤ. Hercules clava laurea coronata. In alio ΕΡΕΣΙ. Apollo clava, corona & palma circumdata. De Ereſo Stephanus ab Herculis filio condita.

93. ΠΟΤΙΔΑΙΑΤΩΝ. ΠΑΛΑΙΝΕΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΖΕΥΣ ΑΩΤ. Juppiter Pallas de Potidæa. Plinius, & Mela.

94. ΜΑΜΕΡΤΙΝΩΝ. Vir raſus coronatus. Pollux equum manu ducit. In alio Apollo, Mars cum lauro.

95. ΚΙΩΝ. ΟΔΟΛΥΣ. Amphora, Sphinx.

96. ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. Ε. ΔΙΟΝΥΣΟΥ. Templum Bacchi.

97. ΣΥΡΙΚΟΩΝ. Juppiter, Juno; de Siriochio Stephanus.

98. ΜΑΝΤΙΝΕΩΝ. Neptunus, Delphin. In alio ΜΑΝΤ. Juppiter. Mercurius ſedet cum lyra; de Mantinea Pauſanias, Hom. 2. 1.

99. ΔΟΛΟΠ. ΗΡΑ. ΖΕΥΣ. ΑΩΤΗΡ Juppiter, Juno; de Dolopia Stephanus, Strabo, Homer.

100. ΘΗΒ. ΕΠΤΑ. ΖΕΥΣ. ΒΑΣ. ΗΡΑΚ. ΑΩΤ. Juppiter Hercules. In alio ΘΗΒΩΝ. ΕΠΙ ΑΠΥΑ. Ceres ſpica. In alio Minerva Noctua.

101. ΜΙΚΑΛ ..., ΩΝ. ΕΠ. ΔΙΟΝΥΣ. Ceres eadem in biga draconum cum face; de Cerere Micaleſia......

102. ΡΕΑ. Virgo cornuta, bos, ramus lauri.

103. ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ. Lepus, piſcis, virgo in biga ſup. victoria, piſces duo; de Meſſeniis, Stephanus, Pauſan. Hom. 21.

104. ΚΡΟΤΟ. Vir raſus in pileo piſtrices. Hercules cum Diota, & clava, & arca ſedet pelle.

105. ΚΕΡΥΝ. Hercules arcus, phaterra; de Cerynia Pauſan.

106. ΚΟΡΚΙΡΑΙΩΝ. ΝΙΚΑΝΩΡ. Acreteria navis; de Corcyra Pauſanias, Euſtath. in Dionyſ.

107. ΔΙ. Pallas, Hercul. in arcu, Pegaſus; de Dio. Euſtath. 1. B. Strabo.

108. ΠΑΝΔΟΣ. Apollo, tripos; de Pandos Stephanus.

109. ΕΛΛΗΝ. Rex adoleſcens. Juppiter ſedet; de Hellade. Stephan. Euſtath. de Hellenopoli, Stephanus.

110. ΚΑΑΡ. ΚΑΑΡ. Lyra, laurus, tripos; de Caro.

111. ΜΥΚΗΝ. Perſeus Meduſa. Perſeus Conditor; de Mycene Pauſan.

112. ΛΑΡΙΣΑΙ. ΛΙ. Meduſa, equus, tridens; de Lariſſa Steph. Strabo, Pauſan. in Cor. Neptunus in equum converſus Meduſam decepit. Euſtath. In alio ΛΑΡΙΣΑ. ΖΕΥΑ. Jupiter Iſis ſedet, fluviuſque. Strabo lib. IX. de Iſidome emendato Iſide. Flumen, Cayſtros, vel Peneus.

113. ΙΑΣΣΕΩΝ. Neptunus Delphin. De Jaſſo, Strabo, Stephanus.

114. ΠΥΛΛΙΩΝ. ΥΡΠΑΝΟΥ. Tauros, equus de Pylo, Pauſanias.

115. ΠΥΛΛΟΗ. Diana, equus, tridens.

116. Π. Pallas olea coronata in quadriga virgo.

117. ΑΜΑΣΤΡ. (Φι) Diana, vel Apollo ſerpens de Amaſtri, Stephanus, Strabo ubi melius νεκμλξ quam σκελίω ut Stephanus.

118. ΑΠΕΙΡΩΤΑΝ Juppiter, vel Pyrrhus, fulmen, corona ΣΧ ſignum ſalutis.

119 ΛΑΜΨΑΚ. Bacchus, uvæ tug..., diota, teſta; de Lampaſco Steph. Plutarchus in Temiſtocle.

Eſcudo de Armas, I. 32. Pequeño, I. 40. Partes principales del Eſcudo, I. 40. La mitad, I. 46. Sus Quarteles, I. 40. Quartèl principal, III. 6. Quartèl primero, ſegundo &c. II. 18. Quarteles, alto, i bajo, II. 30. Quarteles de los lados, II. 30. Lo alto, i lo bajo del Eſcudo, I. 44. Los dos Tercios de arriba, i el de abajo, II. 26. Tercio bajo del Eſcudo, i los dos Tercios altos, I. 40. El ſegundo alto, i el tercero bajo, II. 18. Seſto, i medio del Eſcudo, I. 46. Un Seſto, tres Seſtos, i quatro Seſtos del Eſcudo, I. 45. Cada Canton alto del Eſcudo, III. 10. El Canton mas alto, i poſtrero, I. 48. Sus Lados, IV. 25. Lo ancho del Eſcudo, I. 40. Cabeza, i fin del Eſcudo, I. 44. III. 10. Orla por los Cantones, I. 40. Partir los Eſcudos, I. 25. Partirlos en Tercios, I. 40. En quatro partes, I. 40. Repartir el Eſcudo en cinco partes, I. 40. Partir los Eſcudos en Palo, en Faja, en Vanda, i en Mantel, I. 40. Partir el Eſcudo en dos por Baſtòn, III. 10. Partirle en cinco partes por Palo, que quiere decir traherle partido en &. II. 34. Partirle en dos partes por Palo, II. 32. Eſcudo partido en dos en Palo, II. 40. IV. 25. Partido en Quartèl, II. 18. Partido en Palo en Faja, I. 50. Partido en Faja de Baſtones, II. 34. Partido como ſierra en Palo, V. 45. Partido en Quartèl como el de Sicilia que algunos llaman *Frania*, o *Eſcudo franiado*, II. 30. Partido por Franja Lambeao, o Sierra Roja, II. 30. Sembrar el Eſcudo de Flores de Lis, I. 50.
Eſtrellas. I. 40.

F*Aja de Oro*. III. 6. De Plata. *Ibid.* Fajas Azules en Plata, IV. 25. I. 40. Faja de Baſtones, II. 34. Fajas de Ondas, IV. 25. Ondeadas, II. 34. Negras, perfiladas de Eſcaques, V. 6. Fajas de ſeis Piezas, II. 26. Piezas en Faja de Oro, IV. 25. Raya en Faja, I. 40. 41. 42. 43. 44.
Fin. Veaſe *Eſcudo*.
Flores de Lis, I. 50. De Oro, II. 34. IV. 25. Sambrar el Eſcudo de Flores de Lis, I. 50.
Follages, I. 53.
Franja. Veaſe *Eſcudo*.

Fran-

Franiado. Veaſe *Eſtudo.*
Fulvo. Veaſe *Leon.*

G*Ebron.* I. 40. Azul, III. 10. Gebrones Rojos, IV. 25. Cabos del Gebron, III. 10.
Girones. V. 25. De Oro, V. 41. Veaſe *Quartèl.*
Griſo Rojo. III. 6. Azul armado de Rojo, IV. 25.
Guiones, I. 4.

H*Acha de Armas*, III. 6.

J*Aquelado.* Veaſe *Caldera.*

L*Ado.* Veaſe *Eſcudo*, i *Yelmo.*
Lambeau, o *Lambel*, I. 50. Veaſe *Eſcudo.*
Lengua. Veaſe *Leon.*
Leon Rojo, III. 6 Fulvo, eſto es, Rubio, III. 8. Morado, Colorado, Dorado, II. 45. Leon morado, armado de Colorado, lengua, i uñas, II. 18.
Letra, o *Letras*, I. 53.
Lineas Derechas, Atraveſadas, I. 36.
Lis. Veaſe *Flores.*
Liſonjas, I. 26. 35. 36. Menudas, III. 10. De Rojo, i Oro, IV. 25.
Lobos negros, cevados, III. 30.
Luna de Plata, I. 40. Eſcacada en Campo de Plata, I. 40.

M*Antel.* Veaſe *Eſcudo.*
Metales. Oro, i Plata, I. 26. Veaſe el fin de la Prefacion.
Morado. Veaſe *Color*, i *Leon.*
Muro con Almeñas, IV. 25.

N*Egro.* Veaſe *Campo*, *Colores*, i *Lobos.*

O*Ndas* en puntas, IV. 25. En ſeis Piezas en Faja de Oro, *Ibid.* Veaſe *Fajas.*
Orla eſtrecha Colorada, IV. 25. Eſcacada de Oro, *Ibid.* Orlas llanas, I. 40. De un Color, *Ibid.* Eſcacadas, *Ibid.* Orla de Armiños, V. 45. Orla Dantea, I. 50. Orla, o Borde Camponea, i en Catalàn Lemoſio, *Almoinas*, *Ibid.* Añadidora de la Orla, *Ibid.* Su Perfil, III. 6. Puntas agudas, o quadradas de la Orla, I. 50. Veaſe *Eſcudo.*
Oro. Veaſe *Metales.*

P*Alo.* Veaſe *Eſcudo.* Palos pueſtos en Vanda con nudos de Oro, II. 32. Palos nudoſos de Oro pueſtos en Vanda, IV. 25.
Panelas. Que coſa ſon, VI. 8. 9. 10.
Partido, i *Partir.* Veaſe *Eſcudo.*
Pellejos. Veaſe *Pieles.*
Perfil. Veaſe *Orla.* Perfiles, o Viroles de Oro, I. 36.
Perfilado. Veaſe *Faja.*
Pieles, o *Pellejos*, ſon Armiños Varios, o Veros, I. 26.
Piezas de Rojo, i Oro, IV. 25. De Rojo, i Plata, IV. 25. Piezas en Faja de Oro, III. 6. Traher tantas Piezas en Palo Coloradas, de Oro, Azules, i de Plata: tantas en Faja de Plata, i Colorado: tantas en Vanda de Oro, i Azul, i de Negro, i Oro, I. 48.
Piñas de Oro, II. 34. Verdes en Oro, *Ibid.*
Plata. Veaſe *Metales.*
Puertas. Veaſe *Caſtillo.*
Puntas. Veaſe *Ondas*, *Orla*, i *Reſtrèl.*
Purpura. Veaſe *Colores.*

Q*Uartèl de Oro*, I. 36. Quarteles de Baſtones, II. 32. Quarteles que llaman *Girones*, I. 40. Veaſe *Eſcudo.*
Quarto. Tener quarto de la ſangre Real, V. 23.
Quinas. Su Origen, III. 24.

R*Ayos* quadradas, i redondas, I. 5.
Raya que viene de alto à bajo, III. 28. Veaſe *Faja.*
Remate. Veaſe *Caſtillo.*
Reſtrèl Colorado, I. 50. II. 16. Sus varios modos, I. 50. Puntas del Reſtrèl, I. 50.
Reyes de Armas, I. 26.
Roeles de Plata, III. 22. Azules, III. 36. en Colorado, IV. 25. Origen de los Roeles de Portugal, IV. 25.
Rojo. Veaſe *Griſo*, i *Leon.*
Roques Azules en cada Baſtòn, IV. 25.
Roſas, I. 40.

S*Able.* Veaſe *Colores.*
Sega. Armas que ſe llaman aſſi, V. 41.
Sembrar. Veaſe *Eſcudo*, i *Flores de Lis.*
Seſto. Veaſe *Eſcudo.*
Sierra Roja, II. 30. Eſcudo partido como Sierra en Palo, V. 41.
Sinoble, o *Sinople.* Veaſe *Colores.*

T*Raher.* Veaſe *Aguila*, *Armas*, *Piezas*, *Vanda*, i *Yelmo.*
Tercio, i *Tercios.* Veaſe *Eſcudo.*
Trozos. Veaſe *Vanda.*

V*Anda* de Oro, II. 32. Colorada, I. 36. Vandas eſcacadas con Oro, IV. 25. Palos pueſtos en Vanda, II. 32. IV. 25. Traher una Vanda en Aſpa de Blanco, Azul, i Colorado a Trozos, II. 18. Vandas, I. 41. 42. 43. 44. Veaſe *Eſcudo.*
Vandera Verde, I. 28.
Varios. Veaſe *Veros.*
Ventanas. Veaſe *Caſtillo.*
Verde. Veaſe *Colores.*
Veros, o *Varios* Ondeados, Pardos, i Blancos, I. 32. Colorados, i de Oro, IV. 25. Traher Veros en Eſcaques, *Ibid.* Veaſe *Pieles.*
Uñas. Veaſe *Leon.*

X*Amblòn*, *Xebròn*, o *Xeròn.* Veaſe *Gebròn.*

Y*Elmo*, I. 50. Traherle en Aberturas, i de lado, o ſin ellas, I. 54.

An-

Autores, i obras que cita el Autor de eſtos Dialogos.

El Numere Mayor denota el Dialogo, i el Menor el Parrafo.

A*Lonſo.* (El Rey Don) El Sabio. Su Hiſtoria General, I. 20. III. 30. &c.
Alvar-Gomez. La Vida del Cardenal Gimeoez, V. 45.
Annio de Viterbo. (Fr. Juan) Comentador de Beroſo, I. 9. 10.
Arbol nuevo de los Girones, V. 43.

B*Atres.* (Señor de) Veaſe *Fernan-Perez.*
Becerro. (Libro del) Veaſe *Behetrias.*
Behetrias. (El Libro de las) Por otro nombre del *Becerro* comenzado en tiempo del Rey Don Alonſo el XI. i acabado en tiempo del Rey Don Pedro, Año de 1352. II. 26. 48. V. 12. Su uſo, i contenido, II. 28.
Beroſo. I. 9. 10.
Beuter. (Pedro Antonio) Su Libro de las coſas de Eſpaña, I. 3. 6. 14.

C*Apilla.* (Franciſco de) I. 50. V. 33.
Caſſaneo. (Bartolomè) III. 6.
Caſtilla. (Hiſtorias de) V. 35.
Caſtillo, Rey de Armas del Emperador. Sumario de las Coronicas de Vizcaya tomado de otro del Año 1404. III. 30. 38.
Cid Ruiz-Diaz. Su Hiſtoria, I. 20.
Concilios de Toledo, I. 20.

F*Ernan Gonzalez.* (El Conde) Su Hiſtoria, I. 20.
Fernan-Megìa, III. 24. V. 46.
Fernan-Perez de Guzmàn, Señor de Batres, V. 4. 6. 22. 45.
Fernando de Portugal. (El Rey Don) Su Hiſtoria, V. 35.

G*Aribai.* (Eſtevan de) Su Hiſtoria, II. 42. III. 10. 12. V. 4.
Gimenez. (El Cardenal) Su Vida. Veaſe *Alvar Gomez.*
Girones. Veaſe *Arbol.*
Godos. Veaſe *Libro.*
Guzmàn. Veaſe *Fernan-Perez.*

J*Uan II.* (Don) Rey de Portugal. Su Hiſtoria, III. 16.

L*Ei* de la Partida, V. 33.
Libro donde eſtavan las Vidas, i Eſcudos de los Reyes Godos en Salamanca en S. Franciſco, I. 14.
Lucanor. (El Conde) Su Libro, por otro nombre la Vaſcuñana, II. 42. III. 36.

M*Anuel.* (D. Juan) En el Libro del Conde Lucanor, III. 36.
Marineo Siculo, I. 17. II. 32. &c.
Megìa. Veaſe *Fernan.*

N*Otitia Dignitatum*, Libro intitulado aſſi, con muchas diferencias de Eſcudos pintados, I. 7.

O*Lao* Magno, I. 14.

P*Alacios-Rubios*, II. 42. III. 68.
Partida. Veaſe *Lei.*
Pedro. (El Conde D.) Hijo del Rey D. Dionis de Portugal. Su Libro de Linages, III. 28. 30. 36. Sus Fabulas, III. 32.
Perèz. Veaſe *Guzmàn.*

R*Odrigo.* (El Arzobiſpo V.) Su Hiſtoria, I. 20. V. 8.

T*Arragona* (Hiſtoricas de) IV. 27.
Toledo. Veaſe *Concilios.*

V*Izcaya.* Sumario de ſus Coronicas. Veaſe *Caſtillo.*

X*Imenez.* Veaſe *Gimenez.*

Z*Apata.* (V. Lois) V. 33.
Zurita. (Geronimo) II. 24. III. 10. 12. &c.

Er-

Erratas, que en los Dialogos de las Armas hà notado el Señor Don Gregorio Mayans.

Pag. 350. col. 2. lin. 16. *Marquès*, leaſe *Conde*.
Pag. 353. col. 2. lin. 3. 4. *Bidaura*, leaſe *Bidaure*.
. . . . lin. 21. *Bidauras*, leaſe *Bidaures*.
Pag. 361. col. 2. lin. 46. *Marquès de Albaida. Milàn*. Borreſe eſta linea.
Pag. 362. col. 1. deſpues de la linea 51. que acaba *Corella*, añadaſe otra linea, i eſcrivaſe *Conde de Albaida. Milàn*.
Pag. 376. col. 1. lin. 18. 19. *Bidaura*, leaſe *Bidaure*.
. . . . lin. 20. *Bidauras*, leaſe *Bidaures*.
Pag. 383. col. 1. lin. 27. 28. *Marquès*, leaſe *Conde*.
à . . . . lin. 29. 8. leaſe 12.

AN-

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

OPUSCULA, ET FRAGMENTA.

Digitized by Google

ANTONII AUGUSTINI
ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS
OPUSCULA, ET FRAGMENTA.

Præfatio præpoſita Breviario * Eccleſiæ Ilerdenſis ANTONIUS AUGUSTINUS Epiſcopus Ilerdenſis

PIO LECTORI SALUTEM.

MAgnam vim eſſe in cotidianis precibus, quibus nos Deum ſupplices orare oportet; quod tum ex Apoſtolica traditione, tum ex divina inſtitutione acceptum retinemus; ignorat nemo. Docuit enim nos humani generis conditor, & redemptor Jeſus Chriſtus Deus, & Dominus noſter orandum eſſe, cum illam inſignem precum formulam, quam Dominicam Orationem appellamus, diſcipulis ſuis petentibus, ut exemplo Joannis eos orare doceret, tradidit: docuit etiam nos non minus exemplo, cum fere nihil magnum ſine oratione & precibus geſſerit; quibus a Petro, ut exaudiretur, petebat, non quod ullis egeret precibus, qui omnia æque poſſet; ſed ut poſtulandum eſſe fontem illum bonorum; indeque omnis gratiæ rivulos eſſe petendos, unde emanarent, diſcipulos ſuos, & omnem propagandam Chriſtianorum progeniem edoceret. Et ut vim, & effectum orationis diſceret; teſtata eſſe ejus voluit illa in Sacris libris promiſſa: *Omnia quæcumque orantes petitis, credite, quia accipietis, & evenient vobis. Et petite, & dabitur vobis, quærite, & invenietis; pulſate, & aperietur vobis: omnis enim qui petit, accipit; & qui quærit, invenit; & pulſanti aperietur.* Sic etiam Paullus Apoſtolus ſine intermiſſione orandum eſſe docebat. An non Cornelii orationes in primis etiam antequam crederet, ei cæleſte auxilium attulerunt? Sed & cum cotidiana peccata diluat hæc aſſidua oratio; jure a Sanctis Patribus cotidianæ orationis nomine Dominica in primis Oratio, & cæteræ appellantur; quod veteri etiam quodam Toletano Concilio relatum eſt. Ipſe quoque Dominus vigilare, & orare jubet principes Apoſtolorum, ut nulla tangantur mala cupiditate, ſive tentatione; ipſe ſe oraſſe teſtatur, ne Petri fides deficeret. Ita in omnibus actibus, cauſis, cogitationibus, motibus adjutor, & protector noſter orandus eſt Deus, ut Zoſimus, & Cæleſtinus ſcripſerunt. Sed præter hanc frequentem auxilii petendi, ac neceſſariam ſingulis hominibus cauſam; tempora quædam ſtatuta ſunt, quibus Populus Chriſtianus ſacrificium laudis offerret: namque præclare Innocentius ſanctiſſimus ille vir, idemque Pontifex prudentiſſimus in quadam epiſtula ait: *communibus plus agimus orationibus, quam ſingularibus, atque privatis.* Ideoque celebrata olim fuerunt magna populi frequentia tam matutina, quam veſpertina laudum ſacrificia, & quæ meridie, aut in nocturnis vigiliis cum hymnis & pſalmis aliiſque obſecrationibus fiebant. Sed his temporibus, in quibus refrigeſcit caritas, abundat iniquitas; non ſolum non populus hac de cauſſa Templum Dei ſæpius ingreditur, ſed ne ipſi quidem Sacerdotes, aliique in ſortem Domini vocati, quorum onus præcipuum fuit pro Populo orare, Populique peccata precibus & oblationibus abluere; ſtatis & ſollemnibus horis illic orationis munus explent. Refugit animus illa commemorare, quæ in hoc ipſo peccamus totiens decurtato, & vix dimidiato libello, quem hac de cauſſa Breviarium appellamus. Quotus enim quiſque eſt, qui in Eccleſia Dei attente, & devote cum ceteris, aut canat, aut oret ſingulis diebus omne illud quodcumque relictum eſt orandum? Quis eſt qui non brevitatem precum & feſtinationem efflagitet: oderit Feriarum multiplicem longitudinem, & chori tarditatem? Vix unus atque alter eſt, qui non ſe magno onere premi exiſtimet, cum de Dominico die, non de Feſto Duplici agi, & celebrari opus ſit. Hinc orta ſunt trium pſalmorum officia, quæ Gregorius VII. in Generali Synodo improbat, orta ex faſtidio, & negligentia orta. Et Innocentius III. c. XVII. Concilii item Generalis Lateranenſis *ſtudioſe* pariter, & *devote* diurnum officium celebrari præcipit, chori ſilentium, laicorum aliorumve interpellatione turbantes corripit. Pluribus verbis extat Clementis V. Conſtitutio in Concilio Viennenſi edita, qua multa in his rebus peccata enumerantur,

* *Breviarium Ilerdenſe. Ilerdæ excudebat Petrus Rob. 1571. in 8.*

tur, ſed ea præcipue pertinent ad communem cœtum, & Ecclesiæ Officium. De ſingulari vero quod peregrinis, viatoribus, aut iis, qui in vicis, ac pagis ſoli degunt, Agathenſis Concilii decretum extat a Gregorio IX. approbatum, quo penſum ſervitutis appellatur hoc ſeptem Horarum Officium. Illudque huc apte refertur ex pſalmo: *ſepties in die laudem dixi tibi*; atque etiam illud: *media nocte ſurgebam ad confitendam tibi*. Quæ Gratianus, & alii veteres, Sancti Patris Benedicti verba eſſe teſtati ſunt. Cui congruit illud ex alio loco: *Veſpere, & mane, & meridie narrabo, & annuntiabo; & exaudiet vocem meam.* Quibus verbis utitur Germanus Epiſcopus CP. in VII. Synodo Generali. Addidit pœnam Leo X. in Concilio Lateranenſi, ut privarentur fructibus Beneficiorum, qui certis diebus a celebratione Officii Divini ceſſarent: eaque de cauſſa privari Beneficiis, quæ propter Officium conferri cenſentur, debere; præter Divinæ Majeſtatis læſionem, quam deminuere certum eſt, quemcumque ſingulis diebus ceſſante legitimo impedimento non orantem, ut ab aliis ſui ordinis fieri ſolitum eſt. Illud enim vero imprimis obſervandum eſt; parum nobis has orationes prodeſſe; niſi ut Pius ſanctiſſimus vir teſtatum reliquit, mens ab iniquitate revocetur: vel quod Clementis eſſe dicitur, niſi orationes ipſæ bonis moribus, & bonis operibus adjuventur. Peccatori enim dixit Deus: *Quare tu enarras juſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum?* Cavendum quoque eſt, ne illud etiam audiamus: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt a me.* Item illud: *Non omnis qui dicit, Domine, Domine, intrabit in Regnum Cælorum, ſed qui facit voluntatem Patris mei.* Unde Apoſtolus: *Volo*, inquit, *viros orare in omni loco, levantes puras manus ſine ira, & diſceptatione.*

Digitized by Google

Autographa quædam, quæ in fronte nonnullorum Codicum Bibliothecæ Laurentianæ leguntur, ab Antonio Augustino, dum Florentiæ olim degeret, & hujus Bibliothecæ volumina, Civiles, & Canonicas Conſtitutiones continentia perluſtraret, accuratiſſime exarata.

In Codice II. Plut. V. Seculi XIV. in fol. membranac. Canones varios cum expoſitione Zonaræ, & Balſamonis continenre, pag. 1. hæc ab ipſo Auguſtino contexta totius Codicis Synopſis legitur.

HOC Volumine continentur interpretationes Canonum. Sed hæ quales, oſtendamus ſingillatim. Canones omnes, ideſt Apoſtolici & univerſales illi ſeptem celebres, item particulares ſynodi; nec non qui ſunt a Sanctiſſimis Patribus conſtituti variis Eccleſiæ negotiis pie atque recte curandis; e quibus multæ Cæſarum leges emanarunt, ad Titulos XIV. omnino, tamquam libros, rediguntur. Qui ſane tituli, in quædam Capita diſtinguuntur, numero CCXXVIII. ratione ſimilium affiniumque rerum digeſta: Ad hæc Capita aptantur Canones, qui ſane magis quadrare videantur. Ergo Canonis verba præmittuntur: deinde ſubjicitur explicatio; quam quidem Theodorus Balſamon, ad Cæſarum Patrumque regulam collegit, etſi alios aliquando Scholia adſcribuntur: * (* *Sic.*) nec omittuntur Juſtiniani Baſilicique leges, ſi quæ, quopiam ex canone ortæ, aut hunc juvare, aut explicare poſſint. Huic Epitome ſubiicitur verborum index, quibus præcipue utuntur Juriſconſulti, ſed græcis nominibus, ſuis nimirum cognitis & familiaribus declarantur. Sed & index Capitum libro præfixus, & præfationis vice verſus quidam heroici Balſamontis (1).

Subſequitur alius, ſed diffuſior liber interpretationum eorundem Canonum in quibus ordo temporum ſervatur, ut ſuperioribus, rerum: & ſingulis binæ ſubſcribuntur explicationes, prior, quam Zonaras edidit; alia, Theodori; his aliquando præmittitur Scholion. Sed & iisdem quampluríma proponuntur ex Juſtiniani Baſilicique libris. Synodi illæ inſignes ſunt, Nicæna, Conſtantinopolitana, Epheſina, Chalcedonenſis quinta *Conſtantinopolitana (* *Forte, quiniſexta.*) in Trullo, Nicæna altera. Synodus (2) particulares, hæ: (*a*) Epiſtola Tharaſii, Apoſtolorum in nave (3), in Carchedona, Ancyrana, Neocæſariana, Gangrana, Antiochena, Laodicena, Sardices, Cartaginenſis, cujus acta ſeptem (*b*).

His conjunguntur, ejuſdem argumenti quædam: Dionyſii Epiſtola, Petri martyris canones, Gregorii Thaumaturgi Epiſtola Canonica, Athanaſii ad Amonem, & Ruphinianum, Baſilii Magni ad Amphilochium tres, & Diodorum, & Gregorium Presbyterum, & ejuſdem alia: quibus omnibus inſunt, Zonaræ, necnon Theodori ſcholia. Adde his Gregorii Nyſſeni Canonicam, Timothei reſponſa, Theophili Archiepiſcopi quædam, Cyrilli ad Domnum, Gregorii Theologi, Gennadii, Magni Baſilii, Nicephori, reſponſa Nicetæ, Jo. Chryſoſtomi quodam Caput. His additæ omnibus fere declarariones.

Inde multa de nuptiis. Ea de re Novella Conſtantini Porphyrogennetæ, item Juſtiniani alia, * (* *Sic.*) quædam item ex Baſilico & Juſtiniano: nonnulla Demetrii Chomatini: ejuſdem reſponſa. Item Joannis monachi Zonaræ ſermo: Siſinii, & aliorum alia ſatis multa. Præterea Michaelis, Nicolai, Manuelis, Nicephori ad Theodoſium, Iſaacii Angeli, Novella Alexii Comneni, Ilii (4) reſponſa, & alia. Quæſita quorundam Monachorum, Epiſtola Adriani: quædam Dyrrhachii (5), item Manuelis; nonnullæ de nuptiis quæſtiones; Alexii ea de re, & de gradibus cognationum ex Inſtitutionibus, cum Tabella. Alexandrini Patriarchæ Marci interrogationes, atque reſponſiones.

Capita legum ex Moſe, Deuteronomio ſcilicet, Numeris, Exodo: & ex Juſtiniano: Reſponſa, & quæſita quædam ad Nicetam: Theodori Balſamontis Epiſtola. Ejuſdem Epilogus Nomocanonis verſibus jambicis: index civitatum, quæ metropoles appellantur, aut quibus præeſt Archiepiſcopus. αφμέ (6).

In Codice XXII. ejuſdem Plutei, membranaceo in 4. Sec. XII. ita legitur:

Hoc volumine continentur, ex Theodoro Balſamona (nam id ei nomen alio hujus Bibliothecæ Codice tribuitur) νομοκάνονον: ideſt conſtitutarum

(1) *Balſamonis.*
(2) *Synodi.*
(3) *In templo*, nam titulus habet ἐν τῷ ναῷ.
(4) *Eliæ*, ſcribitur enim in Cod. ἠλιᾶ.
(5) Nempe Romani metropolitæ *Dyrrhachii.*
(6) *Sc.* 1545.

(*a*) Videtur hic Auctor indicare Synodum, quæ inſtante Tharaſio inchoata fuit in SS. Apoſtolorum templo Conſtantinopoli, & quæ poſtea Nicæam tranſlata fuit. Locus autem adeo obſcurus eſt, ut vix alium ſenſum recipere poſſit.

(*b*) Forte locus cubat in mendo, & indicat ſeptem ejuſdem appellationes Synodos.

rum Conciliis legum, ſive de divinis rebus canonum collectio. Hæc hoc ordine confecta eſt.

Initio, ad capita quinquaginta ſub compendio, quibuſcumque Canonibus quæ lata ſunt, referuntur: nempe Apoſtolorũ Canones LXXXV. & Patrum; ſcilicet ex Synodo Nicæna, Ancyrana, Neocæſariana, Sardices, Gangræ, Antiochena, Laodicena Phrygiæ, Byzantina, Epheſina, Chalcedonenſi: Baſilii quoque. Hæc autem conſtant ex præmiſſis indicibus, tum conciliorum, tum titulorum.

Ad horum canonum normam, de divinis rebus, Codice, nec non Novellis Juſtiniani lata, ſub compendio, locis indicatis afferuntur. His deinde ſubjicitur ex eiſdem Novellis erata quædam Epitome de nonnullis Eccleſiaſticæ diœceſis capitibus.

Demum ſingillatim proponuntur ſuperiores habiti conventus, hoc tamen ordine, ſubque compendio. Bizantinum Concilium primum, deinde Nicænum, Carthaginenſe, Africanum; quæ ſubſequuntur Epitomæ Apoſtolicorum Canonum, Nicæni, Byzantini, Epheſini, Chalcedonenſis, Trulliani, Ancyrani, Neocæſariani, Sardices, Gangræ, Antiocheni, Laodiceni, Baſilii item.

Adtexuntur his Epiſtolæ quædam Baſilii, Gregorii, Theophili, Petri Martyris, Athanaſii: Reſponſa Canonica Timothei, nonnulla Cyrilli: item de ſeptem Synodis; Præterea Siſinii, Leonis Cæſaris de nuptiis. Item ex Proclo, Victore, Photio.

Item in Codice XL. ejuſdem Plutei, in fol. bombycino, Sec. XIV. hæc habentur:

Hoc Volumine continentur, Joannis Zonaræ monachi Collectio LV. Canonum Apoſtolorum, & VII. Conciliorum generalium, tum perquam multorum particularium, ſive provincialium; Sanctorum item Patrum; & horum omnium interpretationum: quibus inſeruntur nonnulla Cyrilli, Dionyſii, Petri, Gregorii Canonicæ, Athanaſii, Magni Baſilii, Gregorii Nyſſeni, Timothei, Cyrilli ad Domnum, Gregorii Theologi, Gennadii.

Συνοδικὴ διάγνωσις τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως κυροῦ Ἰωάννου περὶ μοναστηρίων &c. Illic de præcipuis Eccleſiaſticis Capitulis, περὶ ἑνώσεως τῆς ἐκκλησίας. Item de Nuptiis, & Epiſtola quædam Theodori τοῦ Βαλσαμῶν. Præterea nonnulla τοῦ βασιλέως κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Δούκα. Item κυροῦ Γερμανοῦ, Λέοντος. Quibus conjungitur quidam tractatus Siſinii maxime de his quæ pertinent πρὸς τὸν γάμον valde diffuſus, cum tabella graduum cognationis.

Michaelis Anthypathi Judicis Ἀτταλειώτου compendium ad hexabiblon, cujus capita præmonſtrat index. Subſcribuntur ad hæc quædam Novellæ Leonis, Romani Presbyti, Porphyrogennetæ, Alexii Comneni, Michaelis Patriarchæ de vetitis nuptiis, &c. Juſtiniani περὶ ἐκκλήτων.

Dictionarium, quo latina juris verba Græcis explicantur.

In Codice VIII. Plut. IX. Sec. XI. in fol. membranaceo, hæc habentur:

Hoc volumine continentur, Theodori Patriarchæ Theopolis νομοκάνονον, ideſt conſtitutarum Conciliis legum liber, quo, quid ſpeciatim tractetur, explicant indices duo, volumini præfixi. Itaque Conciliorum acta illorum ſeptem maxime, diligenter perſcribuntur.

Conſtantinopolitanæ * conventus Canones numerantur CII. e quibus Cæſaris Juſtiniani Eccleſiaſticarum rerum Novellas permultas emanaſſe video.

* Sic.

Obiter leguntur locis nonnullis inſertæ quædam de rebus divinis Epiſtolæ atque ſententiæ ſanctorum Patrum.

Illic item, Epiphanii Cypri compendium de falſis religionis Chriſtianæ dogmatibus, ideſt multarum gentium, ac nationum hæreſibus.

Præterea philoſophorum quædam diſſidentes a Theologis definitiones.

Item conſtitutiones de rebus Eccleſiaſticis latæ, ex Codice Divinarum Novellarum Juſtiniani Cæſaris.

Quædam Capita legum ex ſacris bibliis ſumpts.

Epitome legum ſub compendio, ex Leonte & Conſtantino CC. collecta vero ex Inſtitutionibus, Digeſtis, Codice, nec non Novellis Juſtiniani. Rerum Capita LV.

Poſtremo legitur Zenonis illa Conſtitutio de privatis ædificiis; quæ penultima deſideratur Codice Juſtinianeo: nam deeſſe notatur quidem, ſed non adſcribitur.

De

De iis qui Proconſulibus, & Proprætoribus, & Proquæſtoribus dicebantur.

NOta res eſt magiſtratuum nomina fuiſſe Conſulum, Prætorum, & Quæſtorum: aliqui intra Urbem, aliqui extra magiſtratus gerebant: cumque tempus magiſtratuum annuum eſſet, poſt annum deſinebat nomen id magiſtratus habere: quoad inventa eſt hæc appellatio, ut qui fungerentur munere magiſtratuum, poſt illud annuum tempus Proconſulibus, vel Proprætoribus provincias obtinere, aut exercitum, aut imperium, aut poteſtatem dicerentur. Initium hujus rei cœpit, cum Q. Publilius Philo poſt conſulatum provinciam obtinuit prorogata ei poteſtate ſive imperio: itaque is primus *Proconſule*, ſive *Proconſul* appellatus eſt, anno V. C. CDXXVII. eodem exemplo poſtea quoties poſt annum aut Conſules, aut Prætores provincias obtinebant, Proconſulibus, aut Proprætoribus eas obtinere dicebantur. Poſt hæc paulatim factum eſt, ut ii qui ex urbe diſcederent in provincias, cum magiſtratus tempus jam exactum eſſet, Proconſulibus Conſulares viri, & Proprætoribus Prætorii mitti dicerentur: item illud, ut quædam provinciæ Conſulares, quædam Prætoriæ dicerentur: in quas Conſulatu, aut Prætura functa, aut etiam qui tum fungerentur mittebantur. Sic Cicero in Ciliciam profectus eſt, ſic Cæſar in Gallias, ſic alii pleriqne. Extraordinaria quoque imperia his nominibus ornabantur: ut cum L. Marcio in Hiſpania ab exercitu poteſtas data eſt poſt occiſos P. & CN. Scipiones novo exemplo, quod a Senatu eſt reprehenſum, ut L. Marcius Proprætore res gerere diceretur, ſine ulla Senatus, aut Populi Romani auctoritate: ſic etiam adverſus M. Antonium cum exercitum Veteranorum coegiſſet C. Cæſar Octavianus privato conſilio, ei rei Senatus auctoritatem conceſſit, & auctore M. Cicerone, adoleſcens, qui nullum tunc gerere magiſtratum poterat, Proprætore ex auctoritate Senatus exercitum obtinuit. Extat ea de re Ciceronis oratio, quæ inſcribitur *Philippica V.* Eadem ratione extra ordinem P. Scipio in Hiſpaniam miſſus eſt. Item CN. Pompejus cum ea ſententia L. Philippi diceretur non Proconſule, ſed Proconſulibus fuiſſe miſſus; in eandem ſententiam afferri poteſt quod Cicero lib. II. *de Divinatione* ſcribit, *periiſſe auſpicia magiſtratuum*, *cum omnia fere bella gererentur non a magiſtratibus ipſis*, *ſed a Proconſulibus*, *&* *a Proprætoribus*. De Proquæſtoribus nunc dicendum eſt. Quæſtores aut Urbani, aut Provinciales fuerunt: Provinciales appello, quibus neceſſe erat ſequi magiſtratus, quibus provinciæ committebantur, & ut ſæpe Cicero ſcribit, more majorum. Quæſtor Prætori vel Proconſoli filii loco habebatur. Quæſtoribus pecunia, quæ magiſtratibus, aut legatis, aut exercitui erat attributa, committebatur. Si in Provincia Quæſtor ultra annum fuiſſet, Proquæſtore id officium obtinere dicebatur: ſed & ſi mortuo Quæſtore, aut de provincia decedente id officium alteri committeretur puta legato Proconſulis aut Prætoris Prove Prætore, is legatus Proquæſtore erat. Legatorum munus totum provinciale fuit: & ex mandata juriſdictione pendebat, non ex jure magiſtratus: neque enim legati, ut cæteri magiſtratus intra Urbem in comitiis, aut in Senatu eligebantur: ſed erant comites eorum, qui provincias adminiſtrabant, ſæpe Prætorii viri, & nonnumquam Conſulares. His legatis mandabatur juriſdictio, cum in provinciam venerant Proconſules, aut Prætores Prove Prætoribus. Ad hanc rem probandam afferri poteſt, quod Cicero III. *in Verrem* ait de Verris Quæſtura & legatione: & ut mortuo Malleolo, Proquæſtore fuerit: & quod in epiſtolis de C. Cælio Caldo Quæſtore, quem in provincia reliquit cum Imperio. Ex his apparet, quid ſit, quod in plerique denariis, & titulo monumentorum adſcriptum eſt, *legatum pro Quæſtore* ſive *Quæſtorem pro Prætore eam pecuniam ſignaſſe*, aut *eam rem geſſiſſe*: ſic enim interpretor: cum enim dicitur, *Quæſtorem pro Prætore illum eſſe* ſignificat eum qui Quæſturam obtineret, pro Prætore magiſtratu fungi, & Prætoriam provinciam regere, & ſi adſcriptum eſt aliquem *legatum pro Prætore eſſe*, ſignificat eum qui venerit in Provinciam Prætoris legatus, decedente Prætore, ejus munere fungi. Quod ſi dicatur, *legatum pro Quæſtore eſſe*: ſignificatur eum legatum Quæſturam exercere pro aliquo Quæſtore, qui aut abſens eſſet, aut mortuus. Eſt autem frequens hoc in denariis, quia pecunia ſignabatur ſæpe in provinciis, ut exercitui ſtipendia ſolverentur. Et cum bellis civilibus multa extra ordinem, & novo exemplo fierent: cumque hodie extet pecunia ſignata, aut a percuſſoribus Cæſaris, aut ab iis qui ſequebantur partes Sexti Pompeii, aut a cæteris Cæſarianis, aut a Pompejanis: minus mirum eſt, pecuniam referre eorum nomina, qui non veros magiſtratus ſed extraordinarios obtinerent. Cæſaris vero percuſſoribus datas fuiſſe provincias extra ordinem, conſtat ex Cornelii Nepotis verbis in Attici vita. Ex his facile intelligimus quid ſit, quod in nummis M. Antonii adſcriptum ſit, M. SILANVS AVG. Q. PROCOS. ideſt, *M. Silanus*, *Augur*, *Quæſtor Proconſule*, & in denariis Metelli Scipionis, P. CRASSVS. IVNI. LEG. PROPR. ideſt, *P. Craſſus Junior legatus pro Prætore*, & in nummis Pompeii, MAGN. PRO COS. CN. PISO. PRO Q. hoc eſt, *Magnus Proconſule*, *Cn. Piſo pro Quæſtore*, & in denariis Auguſti: P. CARISIVS. LEG. PRO PR. MARIVS. C. F. PRO III. VIR. Eſt etiam in denariis Cæſaris Dictatoris, Q. DESIG.

hoc

hoc eſt, *Quæſtor Deſignatus Q. Voconius Vitulus.* vel TI. SEMPRONIVS. GRACCVS. item Q. P. quod interpretor *Quæſtor Publicus*: in nummis Antonii, M. BARBAT. Q. P. ET M. NERVA. PRO. Q. P. ideſt, PRO. QVÆSTORE. PVBLICO. Quæſtores argentum in provinciis ſignaſſe conſtat ex epiſt. Ciceronis ad Plancum lib. XIII. Fam.

De

De Sueſſa, Sueſſula, & Sinueſſa.

IN nummis aureis ſeriptum video Sueſano. Jo titulis marmoreis, qui Sueſſæ reperiuntur, Sueſſa, & Sueſſula. De Sinueſſa autem unum titulum legi mendoſum, Colonis Suenſanis. Stephanus: Σινόεσσα, πόλις Σικελίας: Σινόεσσα, πόλις Τυῤῥηνῶν. Græci, & Latini libri, quos vidi retinent SS, ut marmura. Credo varietatem oriri ex iis, quæ Feſtus, & alii tradunt, veteres olim litteras non duplicaſſe. Sic denarios vidi in quibus erat ſcriptum PILIPUS pro Philippus. Poſtea, ut Quintilianus teſtatur, Ciceronis, & Virgilii manum ſa vidiſſe relereus, ſæpe litteras duplicabant, obi vocales longæ præceſſerant. Hinc oritut varietas eorum, qui ſcripſerunt Cauſſa, & Cauſa, Paullus & Paulus, Popillius & Popilius. Cum quidam veterem conſuetudinem ſcribendi retinerent, alii novam a Cicerone præſertim, & Virgilio probatam. In nummis Sueſſanorum hæc babeo ſignata. Caput Martis in quibuſdam, & ax altera Gallus canentis ſpecie. Hoc idem in Calenorum eſt. Nota eſt fabula Ovidiana Gallum fuiſſe armorum cuſtodem Martis credo, propter militares vigilias, ei Deo dicatum. In aliis eſt Caput Mercurii, & ex altera parte Hercules ſuffocans Leonem, eadem ſpecie qua in Denariis C. Pobliei. In aliis eſt caput Apullinis, ex altera parte minotaurus, ut in nummis Neapolitanorum, Calenorum, & Cajatinorum. Hoc ſolum differunt, quod Neapolitani Græcis litteris utuntur ΝΕΑΠΟΛΙΤΩΝ. Cæteri Latinis: Sueſano, Caleno, Cajatino. Habeo etiam alios nummos in quibus litteræ ignotæ ſunt, cetera vero, eodem modo: litterarum figura hæc eſt ΧVANT. & hæc AVUNAT. Apud Patereulum legi, Athenienſes in Euboea Chalcida Eretbriam colonis occupaſſe. Chalcidenſes Hippocle, & Megaſthene Ducibus Cumas in Italia condidiſſe: „ Cumanos magno poſtea „ intervallo Neapolim. Utriuſque Urbis inquit, „ eximia ſemper in Romanos fides: ſed aliis di„ ligentior ritus patrii manſit cuſtodia “. Cumanos oſca mutavit vicinia. Ex his vero ſuſpicor, bas litteras oſcæ linguæ fuiſſe. Oſcam linguam ſeparatam fuiſſe a Latina & Græca, Ennii dictum oſtendit *apud Gell. lib. VI. cap. VI.* Se enim tria corda habere dicebat, quod noſſet Græce Latine, & Oſce. Maro in Sexto, & Euboicas Cumas appellat, & Chalcidicam artem, & illic Apollinis templum Dædalum conſtruxiſſe. Servius: „ Euboea, Inſula inquit eſt, in qua „ Chalcis Civitas eſt, de qua venerunt qui con„ diderunt Civitatem in Campania, quam Cu„ mas vocarunt & poſtea Dædalus primu Sardi„ niam, ut dicit Salluſtius, poſt delatus eſt Cu„ mas, & templo Apollini condito, in foribus „ hæc univerſa depinxit “. Videndus etiam Livius lib. 8. de Palæpolitanis. Ex his apparet cur Apollinis caput & minotaurus a Cumanis, & Neapolitania, aliiſve pupulis, qui ex eiſdem fortaſſe originem duxerunt, in nummis ſignaretur. Minotaurus quoque occiſus a Theſeo, Dædali induſtria, non male a Cumanis Atticorum Colonis notatur. Sed & Bos ab Athenienſibus in Dedrachmis ſignabatur ut Pollux lib. IX. refert, & Euboicorum drachmas habeo eadem nota, unde proverbium, Bos in lingua.

Ante cooptationem Oratio.

SI mihi veſtrum hoc ſilentium, Judices, tam animos ad dicendum adderet, quam eſt & attentionis, & benevolentiæ erga me veſtræ ſignum; non uſque adeo apud hunc doctiſſimum, nobiliſſimumque conſeſſum verba facere vererer. Sed cum huic timori ille etiam accedat, eſſe nonnullam mei concitatam expectationem, eſſeque mihi apud attentiſſimos auditores dicendum, quos nihil propter prudentiam fallere, propter aſſiduam his in ſtudiis diſputationem præterire ſine nota poſſit, vehementer me commotum, conturbatumque oportet. Quid, quod eſt id etiam non mediocriter metuendum, ne jam inde ab ipſo petitionis meæ initio impudens Vobis viſus ſim, ut qui ingenio parum poſſim, exercitationeque ſim dicendi diſputandive nulla umbratili tantum ratione diſcendi uſus, & in eum locum aditum mihi patere petam, unde tot Civitatum, Nationum, Provinciarum, Regnorum, Rerum denique publicarum extiterint, extiturique ſint Rectores, ac Principes? Sed ſi ut hæc non poſſunt non eſſe gravia, ſic ſi non veſtræ, Judices, æquitati conſiderem, quæ Vos ne omnia ſummo, ut ajunt, jure, perquiratis, ſuadet: ſi non veſtra prudentia fretus eſſem, qua quid ſit hoc in loco de Jure verba facere eum, qui ne apud Condiſcipulos quidem ſuos ſuæ domi ulla fecerit, conſiderabitis, aut petendi initium nunquam feciſſem, aut illud inconſiderate aggreſſus hoc dicendi certe munere fungi neutiquam potuiſſem. His etiam rebus veſtræ æquitati, ac prudentiæ, quibus confirmor, & recreor, addite, ſi placet, benevolentiam ſingularem, quam, quæ veſtra eſt humanitas, cum animo abſens intueor, ipſiſque nunc oculis in unoquoque Veſtrum cerno, nihil non audendum, nihil non veſtris ſuffragiis committendum puto. Sed ut qui navigant, quamvis optima utantur tempeſtate, iis quibus antea ſaluti ſunt ſignis, ſecundos, & perpetuos ſperent habere ventos, tamen cum navigare ſe videant, fallacem eorum opinionem ſæpe fuiſſe cum recordantur, non uſque eo ſuæ arti credunt, ut vel dormientes poſſint, ludibundique in portum pervenire; ſic me ut ne tranſverſum quidem unguem a clavo diſcedam, ut curſum hunc negligenter conficiam, ſigna illa quæ dixi, benevolentiæque aura efficere non poterit. Et ut illi abſoluto ea ſententia itinere, Diis immortalibus, qui eos in navigatione juvere, gratias agunt: ſic me, ſi a Vobis, Judices, qui proxime ad Deos benevolentia acceditis (ut ſpero) cooptatus fuero, gratiam relaturum poſſe vix credo, habiturum tamen, dum vivam polliceor. Quod ut re ipſa cognoſcatis, ſic nunc velim cauſtæ faveatis meæ, me, ut adhuc feciſtis, quam attentiſſime audiendo. Dicam enim digna veſtris fortaſſe auribus, ſi tamen prius a Vobis impetravero, ut ſi me his verbis utentem audietis, quæ apta ſint licet ad ea quibus de agitur, tamen ab illis forenſibus, quibus veteres Oratores utebantur, abſunt fortaſſe longius, quam neceſſe fuit; quando ita tulit uſus, bona cum venia audiatis.

Alterius Orationis Fragmentum.

NEminem Veſtrum, Patres Conſcripti, neſcire arbitror Socratis illius, qui Apollinis Oraculo ſapientiſſimus omnium judicatus eſt, ſententiam, perpetuumque vitæ inſtitutum: ut cum id ſolum ſibi perſuaſiſſe profiteretur quod nihil ſciret, ad omnes omnium opiniones refellendas ſemper paratus erat; nunquam.........
....

Digitized by Google

In Aldi Manutii P. F. Orthographiam Annotationes,

ACcerſo, item evoco) & advoco: item accerſio abactio.

Adiicio, non adicio) ſcribo, adiicio, & adicio, ſive adicio, ex veteribus libris.

Adoleſcens non aduleſcens) immo utrumque & ſæpius aduleſcens.

Adſpectus, non aſpectus). Hoc Aldi non eſt, nec veterum librorum: immo aſpectus ſcribitur.

Aërius, non aëreus) immo utrumque recte ſcribitur.

Afficio, non adficio) immo utrumque etiam dicitur, & ſæpius adficio in veteribus libris.

Affinis, non adfinis) immo adfinis, veterum eſt: affinis aliorum.

Aggredior, non adgredior] immo contra, aggredior, vulgo, adgredior, veteres libri.

Allectus, non adlectus] immo utrumque recte eſt.

Allium, non alium) diſtinguendæ ſunt ſignificationes, nam utrumque recte eſt.

Arceſſo, item accuſo) item arceo.

Atratinus, non atracinus] Recte. Sed Atracinus cognomen eſt cujoſdam Oratoris, ac Poetæ.

Attuli, non adtuli). Credo utrumque recte eſſe.

Aula non aulla). Mihi non diſplicet Aulla, ut Paullus.

CÆſtus, non ceſtus) immo utrumque, nam Ceſtus cingulum Veneris infra.

Cephallene, non Cephalene) magis placet Cephalene ex etymologia.

Celellius, non Cæſellius) Cæcellius magis placet, ut Cærellius, nam S. pro R. utebantur, ut in Fuſiis, & Valeſiis.

Cœlius, non Cælius) Hoc falſum eſt, eſt enim duplex gens, Cæliorum, & Cœliorum, ut C. Cœlius Caldus, & M. Cælius Rufus.

Collega, non Conlega] immo utrumque.

Conjux, non Conjunx) immo utrumque.

Connubium, non Conubium] immo utrumque, & ſæpius Conubium in veteribus.

DElectus, non Dilectus). Immo Feſtus, & veteres Dilectus. Diſtinguendæ ſunt etiam ſignificationes.

Diſſertus, non Diſertus] non placet.

EPiſtola, non Epiſtula). Immo contra Epiſtula, non Epiſtola, omnes Veteres.

GEnitrix, non Genetrix) Contra puto ex veteribus nummis.

HAdria, non Adria) Immo Adria, non Hadria ex Græcis libris.

Hludovicus). Barbare ſcriptum eſt.

ICcirco, non Idcirco). Inſcriptiones Idcirco.

Illuſtris, non Inluſtris]. Immo utrumque.

Juriſconſultus, non Jureconſultus). Utroque uſus eſt Cicero.

LApicidina, non Lapidicina]. Immo contra.

Leibertas, non Libertas). Immo utrumque recte ſcribitur, vetereſque quoque leibertas ſcribebant.

Litus, non littus). Credo utrumque in uſu fuiſſe præſertim Poetis.

Lucilius, non Lucillius] immo utrumque.

M. M̄.) Alterum horum Marcum ſignificat, alterum ignotum eſt.

Marcius, non Martius). Immo Marcius nomen proprium Civium Romanorum. Martius nomen menſis.

Minutius, non Minucius). Immo contra ex Faſtis Capitolinis, & nummis.

Miſtus, non mixtus). Immo mixtus in Pandectis Florentinis, & in aliis veteribus libris.

Murena, non Muræna). Credo utrumque recte ſcribi poſſe.

NEgligo, non neglego). Hoc eſt contra omnem antiquitatem.

Nuntius, non Nuncius). Itidem falſum eſt.

OBiicio, non obicio). Vide ſupra adiicio, & abiicio.

OpImus, non opimus). Immo Opeimus, & opImus, & opimus.

PErennis, non Peremnis). In antiquis libris eſt peremnis.

QUidquam, non quicquam). Mihi utrumque placet, & quicquam ſæpius in veteribus libris.

Quoties, non quotiens), adverſus omnes veteres libros.

Quotidie, non cotidie]. Immo contra, cotidie, & cottidie omnes veteres, & Quintilianus hoc docet.

REgium Lepidi, Rhegium Siciliæ). Immo Rhegium ad fretum Siciliæ, neque enim in Sicilia eſt, ſed in Calabria.

Religio, non Relligio]. Poetæ contra ſcribunt.

Retulit, non rettulit). Poetis quoque placet rettulit.

SCævola, non Scævula). Utrumque veteres ſcripſerunt.
Scena, non Scæna). Utrumque veterum eſt.
Sepulcrum, non Sepulchrum). Immo utrumque veteres ſcripſerunt.
Solemne, non Solenne). Immo Sollemne omnes veteres.
Sylla, non Sulla). Immo contra ex nummis,

TEmto, non Tempto). Contra omnem antiquitatem.
Theſaurus, non Tenſaurus). Hoc etiam eſt contra antiquarios.
Tibicen, non Tubicen). Puerile erratum Aldi. Scribendum Tibicen a tibia, Tubicen a tuba.
Tonſtrix, non Tonſtrix). Non placet.
Tyrannus). Scribe Tyrannos.

VErtex, non vortex]. Immo utrumque.

Viceſſimus, non vinceſſimus). Immo vicenſimus, ſive vicenſumus.
Villicus, non Vilicus). In Pandectis Florentinis Vilicos ſæpe, & in aliis veteribus libris.
Virgilius, non Vergilius). Utrumque veteres ſcripſerunt.
Volſinienſes, non Volſinienſes). Immo contra, ut Volcanus, & Volturnus.

ZMyrnæi non Zmyrnei). Scribo, Smyrnæi.

Menda in imprimendo, & aliter.

ÆNobarbus). Scribe Ahenobarbos.
Allife]. Scribe Alliſæ.
Aruſpex). Scribe Haruſpex.
Rufus, Rufinius]. Scribe Rofinus.

In-

Index Scriptorum Romanorum.

Comici.

— CÆcilius Statius.
M. Actius Plautus.
GN. Nævius
L. Licinius Imbrex.
M. Atilius.
— Turpilius.
— Trabea.
L. Lavinius Luſcius.
Q. Ennius.
— Ennius Lamia.
M. Afranius.
— Antonius Rufus.
— Calpurnius.
— Fundanius.
— Lucretius.
— Quintius Atta.
— Fabius.
— Robius Doſſenus.
GN. Meliſſus.
— Flaccus Tibullus.
— Succius.
— Titinius.
— Valerius.
Virginius Romanus.

Poetæ Tragici.

L. Actius.
— Ariſtius Tuſcus.
C. Aſinius Pollio.
M. Atilius.
C. Julius Cæſar Strabo.
C. Caſſius Parmenſis.
— Valerius Catullus.
— Criſpinus.
Q. Ennius.
— Tullius.
— Ilius.
— Gracchus.
L. Livius Andronicus.
M. Annæus Lucanus.
C. Icilius Mæcenas.
— Memor.
GN. Mævius.
P. Ovidius Naſo.
M. Pacuvius.
— Pomponius Secundus.
— Rutilius Geminus.
— Annæus Seneca.
— Statius Papinius.
— Titius.
L. Varius.
— Volumnius.

Bucolici.

APriſius, vel A. Priſcus.

Historici.

L. Accius.
— Albinus.
Q. Ennius.
GN. Nævius.

Epici.

JUlius Antonius.
P. Terentius Varro Atacinus.
— Germanicus Cæſar.
— Callimachus.
C. Licinius Calvus.
— Helvius Cinna.
— Cornelius Severus.
— Egnatius.
Q. Ennius.
Q. Fabius Lucullus.
— Furius Bibaculus.
GN. Cornelius Lentulus Getulicus.
L. Livius Andronicus.
M. Annæus Lucanus.
— Æmilius Macer.
C. Icilius Mæcenas.
GN. Matius.
P. Ovidius Naſo.
— Pedo Albinovanus.
— Sextilius Enna.
— Abronus Silo.
— Suevius.
Q. Valerius Soranus.
L. Varius. 24

Lyrici.

— BAſſus.
— Flaccus.
— Livius.
— Petronius Arbiter.
— Titius.

Elegiaci.

C. Cornelius Gallus.
C. Caſſius Parmenſis.
L. Varius.

Jambici.

— AVienus.
— Fulius Bibaculus.
GN. Marius.

26 ## Mimorum, et Atellanarum Scriptores.

D. Laberius.
— Margilius.

GN.

GN. Matius.
— Mummius.
GN. Nævius.
— Novius.
— Pomponius.
Publius Syrus.
— Verginius Romanus.
— Silo.

Poetæ variarum rerum Scriptores.

L. Accius.
— Alcinous.
— Alfius Avitus.
— Aſclepiades.
C. Aſinius Gallus.
— Aſmenius.
— Alticidas.
C. Julius Cæſar Auguſtus.
— Baſilius.
M. Junius Brutus.
— Brutianus.
C. Julius Cæſar.
L. Julius Calidius.
C. Licinius Calvus.
C. Caſſius Parmenſis.
Q. Lutatius Catulus.
— Valerius Catullus.
— Helvius Cinna.
— Cornificius.
— Cornutus.
— Dorcatius.
— Elephantis.
Q. Ennius.
— Euforbius.
— Euſthenius.
Q. Fabius Labeo.
— Furius Bibaculus.
GN. Cornelius Lentulus Getulicus.
— Herennius Modeſtinus.
Q. Hortenſius.
— Hylaſius.
— Julianus.
Julius Florus.
— Labienus.
— Lentulus.
— Porcius Licinius.
— Livius Andronicus.
— Annæus Lucanus.
C. Mæcenas.
P. Vergilius Maro.
Do. Marſus.
— Marcius.
— Maximus.
Q. Memius.
M. Valerius Meſſalla.
— Meſſalla Rufus.
— Cæcilius Metellus.
GN. Nævius.
— Coccejus Nerva.
Nero Claudius Cæſar.
P. Ovidius Naſo.
M. Pacuvius.
— Palladius.
— Panthadus.
— Paro.
— Pedo.
— Petronius Arbiter.
— Philiſtus.
M. Actius Plautus.
C. Plinius Secundus.
10. — Pomponius Saturninus.
— Popillius.
— Pompejanus.
— Pomponius.
— Porphyrius.
— Æmilius Probus.
— Rabirius.
— Sabellus.
— Mucius Scævola.
— Sentius Augurinus.
— Septimius.
Servius Sulpicius Rufus.
— Stella.
— Suevius.
— Sulpicia.
C. Sulpicius Cartaginien.
— Turdinus.
L. Cornelius Sylla.
— Ticida.
Tiberianus.
T. Flavius Veſpaſianus Aug.
— Torquati duo.
— Ælius Hadrianus Aug.
— Tucca.
— Valerius Ædituus.
— Valerius Cato.
— Valgius.
— Vagelius.
— Verginius Rufus.
M. Viplanius.
— Vitalis.
— Volcatius Sedigitus. 94.
— Vomanus.

Satyrici.

— Lucilius.
Petronius Arbiter.

Historici.

Poſtumius Albinus.
— Alfius.
— Valerius Antias.
— Antidamas.
Antonius Julianus.
— Aruntius.
Sempronius Aſellio.
C. Aſinius Pollio.
— Aufidius Baſſus.
L. Caſſius Hemina.
M. Porcius Cato.
L. Cincius Alimentus.
Q. Claudius Quadrigarius.
L. Cœlius Antipater.
— Domitius Corbulo.
Q. Fabius Pictor.

C.

C. Fannius.
— Feneſtella.
— Furius.
— Canius.
GN. Gellius.
C. Julius Hyginus.
T. . . . Labienus.
— Lanuvius.
T. Livius.
Q. Lutatius.
C. Licinius Macer.
P. Cornelius Nepos.
— Bruticlius Niger.
— Servilius Novianus.
L. Otacilius Pilitus.
C. Oppius.
— Peſcennius Feſtus.
L. Calpurnius Piſo Frugi.
C. Plinius Secundus uterque.
— Pompejus Saturninus.
T. Pomponius Atticus.
Æmilius Probus.
P. Rutilius Rufus.
C. Salluſtius Criſpus.
L. Siſenna.
— Simbrotus.
C. Suetonius Tranquillus uterque.
— Suetonius Paulinus.
L. Cornelius Sylla.
— Tanatius.
— Tarquitius.
M. Æmilius Scaurus.
Titus.
M. Ulpius Trajanus Aug.
— Pompejus Trogus
Q. Ælius Tubero.
— Sempronius Tuditanus.
— Vellejus Paterculus. 65.

EPISTULARUM SCRIPTORES.

AGrippina Claudii.
C. Aſinius Pollio.
C. Julius Cæſar Aug.
M. Junius Brutus.
C. Julius Cæſar Dict.
C. Caſſius.
M. Porcius Cato.
Cornelia Mater Gracchor.
T. Livius.
— Annæus Lucanus.
P. Vergilius Maro.
M. Valerius Meſſala Corvinus.
Q. Cæcilius Metellus Numid.
Ant. Perſius Flaccus.
Papinius Statius. 15.

ORATORES.

— ÆMilius Porcina.
Annius Luſcus.
M. Antonius Cenſorius.
C. Aſinius Pollio.
M. Junius Brutus.
Ap. Claudius Cæcus.
C. Julius Cæſar Strabo.
C. Julius Cæſar Dict.
— Calidius.
C. Licinius Calvus.
Caſſius Severus.
M. Porcius Cato Cenſorius.
M. Porcius Cato Nepos.
— Cincius.
M. Cœlius.
L. Licinius Craſſus.
C. Scribonius Curio Pater.
— Domitianus Aug.
— Domitius Afer.
— Favorinus.
— Fronto.
Junius Gallio Pater.
C. Sempronius Gracchus.
Q. Hortenſius.
Julius Africanus.
Julius Secundus.
C. Lælius.
C. Licinius Macer.
Q. Memmius.
M. Valerius Meſſala Corvinus.
Q. Cæcilius Metellus Numidicus.
Q. Cæcilius Metellus.
T. Munatius Plancus.
— Philiſtus.
C. Plinius Secundus.
Pomponius Saturninus.
C. Salluſtius Criſpus.
P. Cornelius Scipio Africanus minor.
Ser. Sulpicius Rufus.
Q. Servilius Cæpio.
M. Æmilius Scaurus.
C. Titius.
— Trachalus.
Ælius Hadrianus Aug.
Q. Ælius Tubero.
P. Vatinius.
Vivius Criſpus. 47.

DECLAMATORES.

— ÆLius Sabinus.
— Argentarius.
— Arellius Fuſcus.
— Albutius Silus.
— Aſprenates duo.
— Alfius Flavius.
— Antonius Atticus.
— Junius Baſſus.
— Blandus.
— Buteo.
— Clodius Turinus.
— Ceſtius Pius.
— Cremutius Cordus.
— Cornelius Hiſpanus.
— Fabius.
M. Fabius Quintilianus.
— Fabianus.
— Fulvius Sparſus.
— Junius Gallio.

Q.

Q. Haterius.
— Claudius Marcellus.
— Manlius.
— Menton.
— Moutanus.
— Mindius.
— Muſa.
— Murrhedius.
— Junius Otho.
— Oicus.
P. Ovidius Naſo.
— Paſtor.
— Pompejus Silo.
— Porcius Satro.
— Romanius Hiſpo.
C. Sabinus.
— Sarconius.
— Saturninus.
— Furius.
— Annæus Seneca.
— Senecio Grandio.
— Senianus.
— Vallius Syriacus.
— Statorius Victor.
— Triarius.
— Varius Geminus.
— Quintilius Varus.
— Vibius Gallus.
— Vibius Rufus.
P. Vinitius.
L. Vinitius. 50.

Rhetores.

— COrnelius Celſus.
— Cornificius.
— Lanas.
— Rutilius Lupus.
— Virginius.

Legislatores.

DEcemviri.
Romulus & Tatius Reges.
Numa Pompilius Rex.
Ser. Tullius Rex.
L. Papirius.

Jurisconsulti.

— ÆLius Gallus.
— Aitenus.
T. Ariſto.
— Atejus Capito.
M. Junius Brutus.
Sex. Cæcilius.
Cœlius Sabinus.
Cajus.
— Cincius.
— Herennius Modeſtinus.
— Javolenus Priſcus.
— Antiſtius Labeo.
— Lælius Felix.
— Maſſurius Sabinus.
Q. Mucius Scævola.
— Neratius.
— Paullus.
Ser. Sulpicius Rufus.
— Suetonius Tranquillus.
— Trebatius.
— Domitius Ulpianus.
— Velatius.
— Ceſſellius. 23.

Geographi.

M. Vipſanius Agrippa.
Ti. Claudius Cæſar Aug.
C. Julius Hyginus.
— Statius Seboſus.

Philosophi.

— ANtidamus.
Apollodorus Gr.
Appion Gr.
Appulejus.
M. Junius Brutus.
Ap. Claudius Pulcher.
A. . . . Coccius.
— Catius.
— Fabius Maximus.
— Papirius Fabianus.
— Fronto.
— Julius Canius.
— Lactantius Placiades.
— Tullius Marcellus.
— Muſonius Gr.
P. Nigidius Figulus.
— Oppius.
C. Plinius Secundus.
— Annæus Seneca.
— Setius.
— Sergius.
— Stertinius. 22.

Medici.

APpulejus.
— Julius Baſſus Gr.
— Domitius Marſus.
— Sextius Niger Gr.

Astrologi.

C. Julius Cæſar.
— Germanicus Cæſar.
P. Ovidius Naſo.
— Sulpicius Gallus.

De Re Militari.

M. Porcius Cato.
— Cornelius Celſus.
— Cincius.

Grammatici.

C. Ælius Stolo.

— Ar-

— Artorius.
— Aruntius Celſus.
— Ælius Gallus.
— Aſconius Pedianus.
— Sinnius Capito.
M. Antonius Gnifo.
— Æmilius Aſper.
— Atejus Philologus.
— Cælius Baſſus.
Ti. Claudius Cæſar Aug.
C. Julius Cæſar Dict.
— Flavius Caper.
— Carminius.
— Carbilius.
— Ceſelius Vindex.
— Cincius.
— Clostius Verus.
Q. Conſentius.
— Comminianus.
— Cornificius.
— Aurelius Cornutus.
L. Annæus Cornutus.
— Coſconius.
L. Craſſitius.
— Curiatius.
— Didymus.
— Elidis.
— Flavius.
— Fronto.
— Herennius.
— Helenius Acron.
C. Julius Hyginus.
— Julius Feſtus.
C. Julius Modeſtus.
— Junius Graccus.
Q. Lælius.
— Levius.
— Laviuius.
— Largius Luinius.
— Marcius Salutaris.
— Ælius Meliſſus.
P. Nigidius Figulus.
— Niles.
— Curtius Nitia.
Q. Octavius Avitus.
— Orbilius.
— Panſa.
— Pauſa.
— Parthenius.
— Paullus.
C. Plinius Secundus.
C. Julius Romanus.
— Sacer.
— Sanctra.
— Statius Tullianus.
— Statilius Maximus.
— Staverius.
— Sevius Nicanor.
— Sulpicius Apollinaris.
— Terentius Scaurus.
— Terentianus.
M. Tullius Tiro.
L. Ælius Hadrianus Aug.
— Valerius Cato.
M. Terentius Varro.
— Velius longus.
— Verrius Flaccus.
— Umbrius Primus. 69.

S c r i p t o r e s.

L. Appulejus.
L. Julius Aquila.
C. Aſinius Gallus.
— Atejus Philologus.
— Auguſtius Opilius.
C. Baſſus.
— Beatinius.
AP. Claudius Pulcher.
C. Julius Cæſar.
L. Julius Cæſar.
— Canutius.
— Carminius.
M. Porcius Cato.
— Cincius.
— Cornelius Balbus.
— Cornelius Alexander.
— Cornelius Labeo.
L. Aurelius Cotta.
C. Aurelius Cotta.
— Docilius.
— Ennius Poſterior.
— Epaphus.
L. Cornelius Epicadus.
— Fabius Pictor.
— Fabius Veſtalis.
— Feneſtella.
C. Flaccus.
— Fronto.
M. Fulvius Nobilor.
— Geminus.
— Granius.
— Hyllus.
— Julius Florus.
C. Julius Modeſtus.
— Antiſtius Labeo.
M. Lælius.
— Lacuinus.
— Licinius Mucianus.
— Licinius Nepos.
— Annæus Lucanus.
C. Licinius Macer.
— Mallius.
— Manilius.
— Bæbius Macer.
— Domitius Marſus.
— Maſurius Sabinus.
— Metius.
M. Valerius Meſſala.
— Cornelius Nepos.
— Mnaleas.
— Mintanor.
P. Nigidius Figulus.
— Brutidius Niger.
— Nicoſtratus.
— Numinius.
Numa Pompilius Rex.

— Octavius Herſenius.
— Pamphila.
— Paminatius.
— Parthenius.
— Peſtanus.
— Petronius Arbiter.
— Philochorus.
C. Plinius Secundus, uterque.
— Pompilius.
— Procilius.
— Priſcus.
— Rutilius.
— Sammonicus Serenus.
— Santra.
— Satrantius.
— Septimius.
— Silenna.
C. Suetonius Tranquillus.
— Sulpicius Gallus.
L. Tarquinius Priſcus Rex.
— Tages.
— Tertullianus.
— Tiberianus.
Ti. Julius Cæſar Aug.
M. Tullius Tiro.
— Titus.
T. Quintius.
— Titianus.
Pompejus Trogus.
Turanius Gracula.
Q. Valerius Soranus.
— Valerianus.
— Valerius Valentinus.
— Valerius Rufus.
M. Terentius Varro.
— Veranius.
— Viſelius.
— Umbro.
— Voconius Victor.
— Xenon. 96.

Comici.	24.
Tragici.	26.
Hiſtorici.	5.
Bucolici.	1.
Epici.	24.
Lyrici.	5.
Elegiaci.	3.
Jambici.	3.
Mimographi.	10.
Satyrici.	2.
Varii.	94.
Omnes Poetæ	197.

Hiſtorici.	55.
Epiſtolar. Scriptor.	15.
	70.

....	70.
Oratores.	47.
Declamatores.	50.
Rhetores.	5.
Legislatores.	5.
Juriſconſulti.	23.
Geographi.	4.
Philoſophi.	22.
Medici.	4.
Aſtrologi.	4.
Militares.	3.
Grammatici.	69.
Varii.	96.
Omnes Proſaici	402
Poëtæ	197.
Omnes	599.

Ragguaglio de i Negozj commeſſi a Monſignore Antonio Agostino.

M. Rufinus Sabinianus. 279. 2.
Rufus. 245. 1.
Ap. Cl. Rufus A. F. C. N. 259. 2.
Q. Rufus. 266. 2.
P. Rufus. 300. 1.
L. Rufus L. F. Q. N. Acilius. 245. 2: 257. 1.
M. Rufus Cluvius. 303. 1.
Q. Rufus Curtius. 270. 1.
L. Rufus Mamercinus. 275. 1: 300. 1.
Q. Rufus C. F. C. N. Minucius. 294. 2.
C. Rufus Octavius. 296. 2.
P. Rufus Pinarius. 276. 2.
Rufus Plautius ex iis unus, qui adverſus Auguſtum conjurarunt. 301. 1.
Q. Rufus Pompejus. 277. 1. Q. F. 302. 1.
C. Rufus Pomponius. 303. 1.
Q. Rufus, quem M. appellant. 294. 2.
M. Rufus, qui jus dixit peregrinis. Ibid.
Ti. Rufus Verginius. 303. 1.
Rufus Vettius. 268. 2.
Ser. Rufus Sulpicius. 258. 1: 283. 1.
Rugoſi dicti. 263. 2.
M. Rulla Marcius. 293. 1.
Q. Rullianus. 248. 1: 252. 2.
Q. Rullianus M. F. M. N. 271. 2.
Q. Rullianus Fabius. 271. 1: 292. 1: 298. 1. & 2.
Q. Rullianus Maximus. 271. 1.
Ruminalis ficus. 53. 2: 77. 2.
Ruſſati, & Praſini in Circenſibus. 43. 2: 64. 1.
Ruſtia familia. 327. 1.
Ruſticus Vettius Bolonus. 258. 1.
Q. Ruſticus. 282. 1.
T. Ruſtius Mummius. 293. 2.
Rutili Cornelia familia appellatur. 263. 1.
Rutilia. 253. 1. familia. 327. 2.
P. Rutilius. 253. 1. M. F. L. N. 263. 2: 287. 2.
C. Rutilius Marcius. 300. 1.
C. Rutilius Nautius. 270. 2.
Rutilius Proculus. 258. 1.
P. Rutilius Rufus. 291. 1.

T.

T. *Rutilius Verginius.* 270. 1.
Rutilus. 288. 1.
C. *Rutilus.* 291. 1: 296. 1.
Sp. *Rutilus.* 296. 1.
Sp. *Rutilus Sp. F. Sp. N.* Ibid.
C. *Rutilus Marcius.* 267. 2.
C. *Rutilus L. F. C. N. Marcius.* 292. 1.
C. *Rutilus Nautius.* 294. 1.

S *pro Semiſſi.* 8. 1.
S. C. Senatus-conſultum, plurimum in æreis nummis ſpectatur. 6. 1.
S. C. Claudianum, apud Tacitum, & alios. 229. 2.
S. T. T. L. ſit tibi terra levis. 203. 2.
Sabina Furia Tranquillina. 276. 1.
Sabina lingua quid in ipſa Nero ſignificet. 260. 2.
Sabina Origo. 257. 1: 259. 1.
Sabinarum raptus, in Titurii Sabini nummis. 205. 2.
Sabines. 258. 1: 291. 2: 308. 1. & 2.
M. *Sabinianus Rufinus.* 279. 2.
Sabinorum Reu. 291. 2.
Q. *Sabinus Aquillius.* 252. 1: 254. 1: 269. 1.
Sacculi & loculi pecuniæ. 7. 2.
Sacerdos. 254. 1. *C. Licinii cognomen.* 285. 1.
Sacra privata non admittenda. 234. 2: 235. 1. *quia profana potius quam ſacra ſunt.* 235. 1.
Sacrorum inſtrumenta in nummis. 52. 1.
Sacrorum Rex. 292. 2.
Sæculares ludi a Sabinis orti. 205. 2: 237. 2. Vide *Ludi.*
Sæculum Ciceronis, ac Cæſaris, eloquentiſſimum. 172. 1: 189. 2.
Sætabis Valentini regni oppidum, hodie Xativa. 146. 1.
Sagati & Togati qui. 235. 2.
Sagittæ manu contortæ cur in Vejovis nummis. 236. 1.
Saguntini nummi. 145. 2.
Saguntum, urbs Hiſp. 128. 1. *an Saguntus dicendum.* 145. 2. *Colonia ne an municipium.* Ibid.
Salii Martis ſacerdotes. 91. 2: 92. 1. *quid a Palatinis & Agonalibus differant.* 93. 2.
M. *Salinator.* 248. 1: 250. 1. *Livius.* 255. 1: 260. 2.
C. *Salinator M. F. M. N.* 286. 2.
Ti. *Salinator Claudius Fuſcus Ti. F.* 262. 1.
Salinator Liviorum cognomen. 286. 1.
Sallaſſes. 260. 1.
Sallentines. 248. 1: 252. 1: 273. 1: 281. 1.
Salluſtii laus, & Thucydidi comparatur. 189. 2.
C. *Salluſtius.* 266. 2: 270. 1: 284. 2: 305. 1: 306. 2.
Salluvies. 274. 2.
Salomonis templum. 313. 1.
Salon fl. Aragoniæ, ferrum temperat. 50. 1.
Salonitani. 285. 1.
Salonina. Ibid. *Pipa.* 286. 1.
Q. *Saloninus Julius.* 269. 1. *Gallienus.* 286. 1.
P. *Saloninus Licinius.* 269. 1: 278. 1.
M. *Salvius.* 301. 1.
M. *Salvius Julianus.* 258. 1.
L. *Salvius Othone.* 268. 2.
Salus, in nummis. 41. 2.
Salutis ſimulacrum. 311. 2.
Samnites. 248. 1: 152. 1: 261. 2: 263. 2: 265. 2: 266. 1. & 2: 271. 2: 274. 1: 288. 1. & 2: 293. 1: 303. 2: 306. 1.
Samniticum bellum. 306. 1.
Sanctorum reliquiæ honorandæ. 71. 2.
Saniena familia. 327. 2.
Sardei. 252. 2: 260. 1.
Sardinia. 250. 1: 253. 1: 264. 1: 296. 2: 300. 1: 320. 1.
Sarmatei. 285. 2.
Sarranæ tibiæ unde ſic dictæ. 117. 2: 202. 1: 252. 2.
Sarrani, & Sarani appellantur. 252. 2.
Sarranum Oſtrum. Ibid.
M. *Sarſinus Umber.* 301. 2.
L. *Saſerna Hoſtilius.* 321. 1.
Saſſinates. 267. 2: 273. 1: 281. 1.
Satellites. 302. 2.
Saturnales. 264. 1.
Saturnalium libri. 308. 2.
Saturni ſimulacrum. 315. 2.
Saturnini occiſio. 256. 1.
M. *Saturninus Lollius.* 279. 1.
Q. *Saturninus Voluſius.* 268. 2.
Satyra C. Lucilii. 302. 1.
Satyri ac Sileni, Baccho attributi. 102. 1.
Saufeia familia. 327. 2.
C. *Savinius Calviſius.* 268. 1.
Scæna, cum æ diphth. ſcrib. 201. 2.
Scæva, non Sæva. 280. 1.
D. *Scæva.* 281. 1.
P. *Scævola.* 245. 1. *P. F.* 295. 1.
D. *Scævola Junius Brutus.* 271. 2: 276. 1: 280. 1.
P. *Scævola Mucius.* 249. 1: 256. 1: 257. 1: 283. 2.
Q. *Scævola Mucius.* 255. 2: 256. 1: 265. 1.
Q. *Scævola P. F. Mucius.* 284. 1: 285. 1: 295. 1. & 2.
Scævola, ſive Scævula Mucia gens dicta. 280. 1: 294. 2.
P. *Scævula Mucius Q. F. P. N.* 295. 1.
P. *Scapula Scipio Cornelius.* 320. 2.
Scauri. 247. 1. *ex Aurelia familia.* 253. 1.
M. *Scaurus.* 245. 1: 250. 1: 256. 2. *Æmilius.* 255. 2: 267. 1: 269. 2: 287. 1: 296. 1: 302. 2.
M. *Scaurus M. F. Aimilius.* 256. 1.
Sceptrum aut virga, quid notet. 27. 2.
Schinilla Reu. 169. 2.
Scipio, ſeu ſceptrum, in nummis. 28. 1: 29. 2.
Cn. *Scipio.* 293. 1.
L. *Scipio.* 264. 1: 274. 1: 293. 1.
P. *Scipio P. F.* 248. 2: 268. 2.
L. *Scipio L. F. Cn. N.* 264. 1.
P. *Scipio Æmilianus P. F.* 264. 2: 286. 2.
L. *Scipio Africanus F.* 264. 2: 274. 2: 283. 2.
Scipio Africanus. 255. 1: 260. 1.
P. *Scipio Africani Pater.* 264. 1.

P.

P. Scipio Aſina. 264. 1: 294. 2.
P. Scipio Barbatus. 264. 1.
L. Scipio Cornelius. 251. 2: 262. 1.
Cn. Scipio Cornelius. 252. 2: 262. 1. L. F. Cn. N. 264. 1.
P. Scipio Cornelius Æmilianus. 299. 1.
P. Scipio Cornelius. 263. 2: 269. 2. Africanus. 264. 1.
P. Scipio Cornelius P. F. Aſiaticus. 268. 2.
Cn. Scipio Calvus Naſicæ pater. 264. 1.
P. Scipio Cornelius Naſica Serapionis cognomento. 280. 2: 292. 2.
Ser. Scipio Cornelius Orfitus. 268. 1. & 2.
P. Scipio Lentulus Cn. F. Ibid. 1.
Q. Scipio Metellus. 255. 2: 256. 1: 284. 1: 300. 2. Pius. 265. 1.
P. Scipio Naſica. 255. 2: 256. 1: 257. 2: 260. 1: 261. 1: 269. 1: 284. 1: 288. 1: 291. 1: 295. 1. & 2.
P. Scipio Scapula. 264. 1.
Scordiſcei. 257. 2: 287. 1: 294. 2.
Scribonia familia. 287. 1: 327. 2.
Scribonia L. Libonis filia 303. 1. Auguſta. 287. 1. Auguſti uxor. 303. 2.
M. Scribonianus Furius M. F. P. N. Camillus. 276. 1.
Scribonii nummus. 311. 2.
C. Scribonius Curius. 296. 2.
L. Scribonius Libo. 250. 2.
Scriptores Nomiſmatum & Iconum. 241. 1. & seq.
Scylla, & Carybdis. 95. 2. per Mythologiam ſcorta repræſentant. 96. 1.
Sebaſtiano Erizo, Venetus, de Nomiſm. Rom. 230. 1.
Fr. Sebaſtianus Plumbus. 165. 2.
Sebaſtianus Corradus. 304. 1.
Securitas, in nummis. 29. 2.
Sedere ſoliti Judices. 27. 2: 28. 1.
Seditioſi viri. 297. 2.
Segericus. 167. 2.
Segeſta dicta a Plinio. 240. 1.
Segetia Dea Cereris aſſecla. Ibid. Dea Segetum habita. Ibid.
Segobia, Caſtellæ oppidum. 153. 2. antiquitus Segovia. Ibid.
Segobrica, vulgo Segorve, juxta Valentiam. 140. 1: 145. 2.
L. Sejanus. 246. 2: 278. 2. Ælius. 282. 2: 287. 2.
L. Seius Strabo. 246. 2.
Sella. 298. 1.
Semiſſis uſura. 173. 2.
Sempronia familia. 327. 2.
Sempronia Lex. 297. 1.
Sempronia Tuditani filia. 260. 2: 266. 1.
A. Sempronius Atratinus. 250. 2: 252. 1: 253. 2.
C. Sempronius Atratinus. 270. 2.
C. Sempronius Blæſus. 290. 2.
Ti. Sempronius Gracchus. 260. 1: 261. 1: 272. 1: 281. 1.
Ti. Sempronius Longus. 264. 1. & 2: 294. 2.
C. Sempronius Tuditanus. 251. 2.
M. Sempronius Tuditanus. 260. 1: 272. 1.
P. Sempronius Tuditanus. 260. 2: 267. 1.
Senatores, initio centum. 176. 1.
-- Majorum, & Minorum gentium. 235. 2.
Senatus Principes qui Romæ. 134. 1: 135. 2. qui fierent. 206. 1: 214. 1.
Senatuſconſulta quæ. 176. 1.
Senatuſconſultum Romæ tantum in nummis, & Conſtantinopoli. 147. 2.
Senes loquaces. 227. 2.
Senones Galli. 255. 1: 267. 1: 275. 2: 276. 1.
Sentia familia. 327. 2.
Sentius Augurinus. 301. 1.
C. Sentius C. F. Saturninus. 246. 2: 288. 1.
Septemviri Epulonum qui. 219. 2.
Septimii. 262. 1.
Septimii Severi Pertinacis Inſcriptio. 158. 1. & 2.
L. Septiminus Fabius. 262. 2. M. F. Gal. Cilo. 273. 2.
P. Septimius Geta. 254. 1: 293. 1.
C. Septimius Marius. 267. 2.
Septimius Numerius. 270. 2.
L. Septimius Severus. 253. 1: 254. 1: 262. 1: 293. 1: 294. 1.
L. Septimius Valerianus. 282. 1.
Septiſolium Severi Imp. 67. 2.
Serapion quare ita dictus. 265. 1.
Sergia gens. 184. 1: 327. 2. a Sergeſto Æneæ comite. 306. 1.
Sergia tribus. 281. 2.
L. Sergius Fidenatis. 259. 2: 270. 2: 288. 1: 306. 1.
Sericum Romæ in uſu non fuit. 44. 1: 45. 2.
Serpens Lanuvii, apud Propertium. 41. 2: 42. 1. Æſculapio ac Saluti ſacer. 42. 1.
Serpentes alati, cur Cereris. 103. 2. e terra eruit cervus. 52. 1. & elephas. Ibid. & Ibis avis Ægypti. 56. 1.
-- in nummis. 93. 2.
Serrani ex Atilia familia. 252. 1.
C. Serranus. Ibid. 2.
Serranus a Silio Italico appellatur. Ibid. 1.
Sex. Serranus Atilius. 276. 1.
Q. Sertorius. 256. 1: 302. 2.
Servi manumiſſi dominorum induebant nomina. 199. 2.
Servilia gens. 306. 2: 327. 2.
Servilia P. Iſaurici filia. 279. 1: 281. 2: 289. 1. M. Catonis ſoror. 284. 2.
Servilii. 306. 2.
Servilii Cæpionis Inſcriptio. 217. 2: 218. 1. Viriathicum bellum finivit. 217. 2.
M. Servilianus. 274. 1.
Q. Servilianus Fabius. 255. 2: 272. 2.
C. Servilius. 255. 2: 290. 1.
M. Servilius M. F. 246. 2.
C. Servilius Ahala. 294. 1: 297. 2.
C. Servilius Axilla. 288. 1.
Q. Servilius Cæpio. 252. 2: 255. 2: 287. 1: 302. 2.
Cn. Servilius Cæpio. 258. 2: 272. 2: 292. 2: 302. 1. & 2.
Q. Servilius Q. F. Cæpio Brutus. 281. 2.

C. *Servilius Geminus.* 249. 1: 255. 1.
Cn. *Servilius Geminus.* 252. 1.
M. *Servilius Geminus.* 260. 2.
P. *Servilius Geminus.* 253. 1.
P. *Servilius Iſauricus.* 249. 1: 255. 2.
P. *Servilius Priſcus.* 259. 1.
Servilius Pudens. 268. 2.
C. *Servilius Servianus Urſus.* 273. 2: 279. 1.
C. *Servilius Structus.* 247. 1.
L. *Servilius Structus.* 250. 1: 288. 1.
P. *Servilius Vatia.* 250. 2: 260. 1: 277. 1.
Servius. 266. 1. *Juriſconſultus.* 278. 1.
Servius Tullius. 267. 2.
Servorum nomina, Eros, Hermes, &c. 118. 1.
Ser. Galba, pro Servius, *non* Sergius. 184. 1. *Juriſconſultus hoc nomine.* Ibid.
Seſtertii nota, H S. 7. 2.
Setia, ubi. 166. 1.
Severa Julia. 252. 1.
Severa Octacilia Philippi Imp. uxor. 294. 1.
Severi Imp. arcus. 72. 1: 73. 2.
Severi cognomentum. 253 1.
Severinus Boetius. 255. 1.
Severus. 245. 1. & 2: 247. 1. *Imp.* 268. 2: 270. 1: 273. 2: 275. 1.
Severus Acilius. 282. 2.
M. *Severus Auſonius.* 250. 1: 301. 2.
Severus Avidius. 258. 2.
M. *Severus Aurelius.* 254. 1. & 2: 282. 2.
A. *Severus Cæcina.* 285. 2.
L. *Severus Catilius.* 253. 2.
Cn. *Severus Claudius.* 254. 1: 262. 1.
Ti. *Severus Claudius* 262. 2.
C. *Severus Julius.* 279. 2.
Seviratus munus. 187. 2. *ejus ſumptus.* Ibid.
Sex. Serrani Inſcriptio. 218. 1.
Sextia gens. 297. 2: 328. 1.
Sextilis. 277 2.
C. *Sextius Calvinus.* 258. 2.
P. *Sextius P. F* 264. 1. & 2.
L. *Sextius Lateranus.* 283. 1: 322. 1.
L. *Sextius Plebeius.* 247. 2: 322. 1.
Sextius Annalis. 277. 2.
Sibulla. 266. 1.
Sibylla. Ibid.
Sibyllini libri. 251. 2: 266. 1.
Sicilia. 55. 2: 252. 1. & 2: 255. 1: 256. 2: 260 2: 285. 1: 291. 1: 292. 2: 295. 1: 296. 2: 302. 1: 303. 1. *Trinacria cur dicta.* 55. 2. *tria ejus promontoria in nummis repræſentata.* Ibid. & 239. 2. *Cereri cur ſacra.* 239. 2. *ejus fertilitas.* Ibid.
Siciliæ figura. 319. 1.
Sicinia familia. 328. 1.
C. *Sicinius Bellutus.* 280. 1: 302. 1.
T. *Sicinius Sabinus.* 251. 2
L. *Sicinius L. F. Velutus.* 280 1.
Siclus ſanctuarii Hebræorum. 9. 2: 17. 2.
Siculei. 253. 1.
T. *Siculus Clælius.* 252. 1.
Sidon, piſcem ſignificat, aliis venatum. 163. 2.
Sidonii cuderant nummos, cum rapta Europa a tauro. 49. 2.
Sidonii Apollinaris carmen. 264. 2.
Fl. *Sifidius.* 263. 1.
Signa militaria varii generis. 58. 1.
-- *cohortium, humeris lata.* 24. 1.
Signum proprie de Diis Cic. uſurpat. 195. 2: 196. 1.
Silani ex Julia familia. 279. 2.
Ap. *Silanus.* 282. 1.
C. *Silanus C. F. C. N.* Ibid.
D. *Silanus M. F.* 281. 1: 282. 1.
L. *Silanus Appius.* 282. 2.
Q. *Silanus Creticus Q. F. Q. N.* 256. 2.
Silanus Julius. 279. 2.
M. *Silanus Junius.* 256. 1: 278. 2: 282. 1.
D. *Silanus Junius.* 284. 2: 290. 2.
Q. *Silanus Junius.* 282. 1.
C. *Silanus Junius.* 268. 1: 281. 1.
Silanus Torquatus a Nerone mori coactus. 282. 1.
Sileni, Bacchi ſocii. 102. 1.
A. *Silianus Licinius Nerva.* 256. 2. *A. F* 285. 2.
Sillæ mors. 281. 2.
Sillius Meſſalla. 252. 1.
Silphium, quæ herba. 10. 1: 52. 1: 113. 2.
Silva, & Silvanus an per v Græcum. 196. 1.
Silvani ſancti Inſcriptio. 195. 2.
Silvanus. 300. 1: 303. 1.
M. *Silvanus.* 300. 1. & 2.
Silvia gens. 307. 1.
Silvius Æneas. Ibid.
Silvius Latinus Æneæ filius. Ibid.
P. *Silvius Nerva, quem Silianum appellarunt.* 279. 1.
P. *Silvius ab A. Nerva adoptatus.* 285. 2.
Silus Sergiorum cognomen. 281. 2.
Sinus in toga, qualis. 45. 2.
Sirenarum forma. 94. 1.
Siria. 245. 1.
Sirmium genus. 270. 1.
Siſebutus Rex. 168. 1.
Siſenandus Rex. 169 2.
Siſpita Juno quæ Soſpita. 238. 1. *Lanuvii culta.* Ibid.
Siſtrum, qua forma. 56. 1. *in ſacris Iſidis adhibitum.* Ibid.
C. *Socius Senetius.* 268. 2: 285. 2.
Socrates cicutam bibere coactus. 234. 2.
Sæmias Julia. 278. 1.
Q. *Soſius Falco.* 279. 2.
Solarium horologium. 298. 2.
Soles tres. 295. 1.
Solis effigies. 313. 1.
Solitaurilia Rom. quæ. 215. 2.
Solon neutros in bello civili deteſtabatur. 73. 2.
Sophocles. 317. 2.
Spania, pro Hiſpania, Græcis. 159. 2.
Spartianus. 246. 2.
Spes, in nummis qua forma. 26. 1: 27. 2.
Sphingis forma in nummis. 60. 1: 93. 2: 94. 1: 160. 1.
Sphinx. 316. 2.
Spica in nummis fertilitatem notat. 161. 2.
P. *Spinther Cornelius P. F. Lentulus.* 266. 1.

Spinther Lentulorum cognomen. 265. 1.
Sportulæ Rom. 40. 1.
Q. *Spurius Petillius.* 265. 1: 296. 1.
T. *Statilius Taurus.* 249. 2.
Q. *Statius Cæcilius poeta comicus.* 257. 1.
Statius Priſcus. 301. 2.
Statua & ſignum quod differant. 196. 1.
Statuarum ac pictuarum nimium ſtudium. 234. 1.
in *Statuis Magiſtratus enumerabantur.* 182. 1.
Stennius Statilius. 246. 2.
Stlites. 273. 2.
Stoenei. 293. 1.
Stoica diſciplina. 282. 2: 302. 1.
C. *Stolonus Calvus.* 271. 1.
C. *Strabo L. F. Cæſar.* 266. 2: 288. 2.
C. *Strabo Fannus C. F.* 269. 1.
Cn. *Strabo Pompeius.* 302. 1.
Suetonius. 269. 1. & 2: 276. 1: 286. 1. & 2: 287. 1.
Suidas. 282. 2.
Suinthila, Gothorum Rex: aliis Scinthila. 136. 1: 149. 2: 155. 2: 158. 1: 160. 1: 168. 1.
Sulla. 249. 1. *vel Sylla.* 265. 1.
P. *Sulla.* 268. 1: 290. 2: 291. 1.
L. *Sulla L. F. P. N. Cornelius.* 268. 1. & 2: 285. 2: 302. 1. & 2: 305. 1.
L. *Sulla Felix.* 250. 1: 255. 2: 256. 1: 260. 1: 265. 2: 266. 1. & 2: 267. 2: 271. 2: 277. 1: 288. 2: 289. 1.
L. *Sulla, cur Felix aut Fauſtus dictus.* 33. 2.
-- *Tribunitiam poteſtatem imminuit.* 78. 1.
Sulla Marius. 266. 2.
Sullæ ex Cornelia familia. 263. 1.
Sullæ opera. 305. 1.
Sullanæ armæ. 304. 2.
Sullani bellum. 266. 2.
Sulpicia, poetria ſub Domitiano Imp. 235. 2.
Sulpicia familia. 258. 1: 328. 1.
Sulpicia Servii filia. 246. 2.
Fl. Cl. *Sulpicianus.* 273. 2.
Sulpicii Lex. 266. 2.
P. *Sulpicius.* Ibid.
Ser. *Sulpicius Camerinus.* 272. 2: 288. 1: 289. 2.
Fl. *Sulpicius Claudius.* 262. 2.
P. *Sulpicius Galba.* 253. 1: 274. 1.
Ser. *Sulpicius Galba.* 253. 1. & 2: 268. 1: 287. 2: 292. 2.
C. *Sulpicius Gallus.* 261. 1.
C. *Sulpicius Longus.* 245. 2: 280. 2.
Q. *Sulpicius Paterculus.* 252. 2.
C. *Sulpicius Peticus.* 283. 1.
Ser. *Sulpicius Pompeius.* 256. 2.
Ser. *Sulpicius Prætextatus.* 271. 1.
P. *Sulpicius Quirinus.* 250. 2.
Ser. *Sulpicius Rufus.* 258. 2: 283. 1. *Juriſconſultus.* 261. 1.
C. *Sulpicius Servius Galba orator.* 283. 1.
Suovetaurilia quæ. 215. 2.
Superbus Rex. 297. 2.
Superbus Tarquinius. 251. 2. *Damarati filius.* 307. 2.
P. *Sura.* 265. 2. *Cornelius.* 281. 2.
L. *Sura.* 285. 2.
Sura Lentulorum cognomen. 265. 1.
Syagrius Poſtumius. 251. 2.
Sylla. 249. 2: 251. 1: 299. 2.
L. *Symmachus Aurelius.* 250. 2.
Q. *Symmachus Aurelius.* 254. 2: 255. 1.
F. *Symmachus Avianus orator inſignis.* 254. 2.
Sympoſiarcha, & Magiſter bibendi. 235. 2.
Simpulum, quid. 134. 1.
Syphaca Numidarum Rex. 261. 2.
Syracuſarum in nummis Pegaſus. 117. 2.
Syracuſi. 271. 1.
Syriæ Rex. 264. 2.
Syrtis major, vulgo Gelves *nominant.* 114. 1.

T. *aliquando* Tutelam *ſignificat.* 133. 2: 134. 1.
T. pro D. ſæpe in antiquis marmoribus poſitum. 180. 1: 184. 1.
Tabellaria Lex. 317. 1.
Taciti locus de Denario ſedecim aſſibus æſtimato. 7. 2: 8. 1.
Tacitus. 281. 2: 287. 1. & 2: 301. 1: 305. 2.
D. *Tacitus Cornelius.* 279. 1.
P. *Tacitus Cornelius.* 268. 2.
M. Cl. *Tacitus.* 262. 2: 268. 2. *Imp.* 275. 1.
Tædifera cur dicta Ceres. 239. 2.
Tamphilus non vero Tampilus. 315. 1.
M. *Tamphilus Bæbius.* 267. 1.
Tanaquil. 178. 1.
L. *Tantaſius.* 306. 2.
P. *Tappulus Villius.* 265. 2.
Tarentinei. 272. 1: 299. 1: 301. 2.
Tarentini delphinum in Nummis cudebant. 89. 2.
Tarentinum bellum. 248. 1. & 2: 255. 1.
Tarentum a Neptuno conditum. 89. 2.
Tarpeius collis. 316. 1.
Tarquinia. 287. 2. *Gens.* 307. 1.
Tarquinii leges. 297. 2.
Tarquinii. 255. 1: 287. 2: 307. 1. *Nomen odioſum.* 280. 1.
Sex. *Tarquinius.* Ibid. & 287. 2.
L. *Tarquinius.* 279. 2: 280. 1: 307. 2. *Collatinus.* 287. 2.
Tarquinius Priſcus. 308. 1.
Tarquinius Superbus. 251. 2. *Priſci F.* 307. 2. *Damarati filius.* Ibid.
Tarquitia familia. 328. 2.
Tarraco recte, non Tarracona. 136. 1: 187. 2. *Rom. colonia quando cœpit.* 132. 1. *an Scipionum opus.* Ibid. *cur Tyrrhenica dicta.* 133. 2. *ager ejus fertilis.* 101. 2. *an Auguſti edictum, primo ibi publicatum.* 11. 1.
Tarraconenſes nummi. 18. 1.
Tarteſſus, an eadem Carteja. 161. 2.
Tatia a Tatio dicta. 293. 2. *Regis Numæ uxor.* 291. 2.
Taurus, in Hiſpanicis nummis quid ſignet. 125. 2.
-- *Statiliæ gentis cognomen.* 96. 1.
-- *ſæpe pro adultero.* Ibid.
T. *Taurus Statilius.* 249. 2.

Tem-

Templum Concordiæ, Romæ. 25. 2.
Terentia familia. 328. 2.
Terentini. 306. 1.
M. *Terentius.* 284. 2: 317. 1.
Terracina, opidum Campaniæ, edito quondam loco ſitum. 236. 1.
Tertia, ſive Tertulla *Junia dicta.* 281. 2.
Tertia Mucia dicta. 256. 2.
Terrulla. 284. 1.
Q. *Tertullus Fabius.* 282. 2: 285. 2.
Teſſera Rom. qua forma. 39. 2.
Tauca Illiriorum Regina. 281. 1: 306. 1.
Thalaſſius. 302. 2.
Theatrum ab Amphitheatro, & Circo diſtat. 64. 1.
Themiſtoclis. 282. 1.
Theodoricus Rex. 255. 1.
Theodoſius. 251. 2: 254. 2. *Junior.* Ibid. & 245. 1. *Minor.* 282. 2.
Theophanes Pompeii Magni libertus. 268. 1. *Baldus dictus.* Ibid.
Thermeſtini, ſive Termantini. 302. 1.
in *Thermis ſumptus fiebant.* 185. 2.
M. *Thermius.* 294. 2.
Thermorum familia. Ibid. 1.
P. *Thermus Minucius.* 267. 1.
Thermus unus Conſularis invenitur. 294. 2.
Theſali. 258. 1.
Theſeus Minotaurum occidit. 96. 1.
Theuderedus Rex 167. 2.
Theudericus Rex. Ibid.
Theudis Rex, alias Theudius. Ibid.
Theudiſculus. 168. 1.
Thoria familia. 328. 2.
Thraces. 284. 2: 297. 1. *Mulieres.* 311. 1.
Thracia. 279. 2: 285. 1.
Thræcia. 287. 1.
L. *Thraſia.* 270. 1.
Thurini. 246. 1.
Q. *Thurinus Manlius.* 291. 2.
Thus in ſacris. 21. 2.
Thynnus in Oceano capitur. 160. 2: 162. 1.
Thyrſi quid. 102. 1.
Tiber. 288. 1.
C. *Tiberianus Junius.* 259. 1: 282. 2.
Tiberii & Claudii Impp. nomina in Evangelio. 12. 1.
Tiberinus. 307. 1.
Tiberis fl. Romæ. 59. 2.
A. *Tiberius Cæſar.* 278. 2: 281. 1: 282. 2: 286. 1: 301. 1: 303. 2.
Tiberius. 258. 2: 280. 1: 282. 1. *Claudius.* 261. 2: 301. 1. *ex Domitia familia in Claudiam adoptione translatus.* 262. 1.
Tiberius Druſi Filius. 278. 2: 279. 1.
Tiberius Gracchus. 288. 1.
Tiberius Minor. 297. 1.
Tiberius Nero. 278. 2: 287. 1.
Tibiæ pares & impares. 202. 1. *dextræ & ſiniſtræ.* Ibid.
Tibicines, & Tubicines differunt. 215. 2.
Tiburtes. 271. 1: 276 1.
Tiburtinus ager. 300. 1. & 2.
Tigranis. 284. 2: 302. 2.
Tigris & Euphrates fl. Meſopotamiæ. 61. 2.
Tiro Tullius de Notis antiquorum. 232. 1.
Titi Veſpaſiani arcus triumphalis qualis. 56. 1: 73. 2.
Titia familia. 328. 2.
Ti. *Titianus Fabius.* 274. 1.
Titienſis. 268. 1.
Titinia familia. 328. 2.
M. *Titius Marius Rufinus.* 262. 2.
Titius Rex. 308. 2.
Tituli Cardinalium, qui dicantur. 170. 1.
Tituria familia. 328. 2.
Titus. 253. 2: 270. 1: 280. 1.
M. *Titus.* 293. 2.
Titus Junius Montanus. 282. 2.
Titus Livius. 298. 2.
Titus Manlius. 290. 1.
Titus Tatius Sabinorum Rex. 291. 2.
Titus poſtea Torquatus dictus. 290. 1.
Titus Veſpaſianus. 294. 1. F. 301. 1.
Toga & Tunica quid diſtet. 45. 1.
.. *picta, & latus clavus, quid.* Ibid.
Togæ palmatæ. Ibid.
Togata, quarum urbium cognomentum. 133. 2.
Togatæ Comœdiæ. 201. 2.
Togati & Sagati qui. 235. 2.
Toletum, Caſtellæ caput. 146. 1: 147. 2. *Regum olim ſedes.* 147. 2: 152. 1. *Concilia varia ibi habita.* 150. 1: 152. 1. *varie nummis inſcriptum.* 148. 1. *Carpetaniæ caput Plinio.* 152. 1.
Tolumnius Rex. 263. 1.
Tonans Jupiter & fulminans, qua forma in nummis. 236. 1.
C. *Torianus.* 297. 1.
Torquata Junia dicta. 281. 1.
Torquati. Ibid. 2. *Gens Manlia dicta.* 6. 1: 289. 1.
L. *Torquatus.* 290. 2. *L. F.* 291. 1.
T. *Torquatus T. F. T. N.* 290. 2.
C. *Torquatus Bellicius.* 245. 1.
T. *Torquatus Manlius.* 252. 2: 274. 1. & 2. *Imperioſſus.* 263. 2.
T. *Torquatus Manlius II.* 292. 1: 296. 2: 300. 1. & 2.
A. *Torquatus Manlius.* 251. 2: 288. 2. *T. F. T. N. Atticus.* 290. 2.
L. *Torquatus Manlius.* 253. 1: 266. 1.
T. *Torquatus Manlius A. F. T. N.* 281. 1.
L. *Torquatus Nonius.* 250. 1.
M. *Torquatus Nonius.* 252. 1.
A. *Torquatus Quæſitor.* 291. 2.
Torquatus Silanus. 282. 1.
Torques collo appenſæ. 6. 1.
Toxotius. 282. 1.
TR. OB. pro Treviris obſignatum. 151. 2.
Trabea, eſt toga. 92. 1. *tria ejus genera Servius facit.* Ibid.
Traductio Equitum, Romæ. Ibid.
Tragici Græci qui. 201. 2.
Trajanus Cæſar Hiſpanus. 69. 2. *ejus columna.* Ibid. *de ejus animæ hiſtoria, quid ſentiendum.* Ibid. & 70. 1.

Trajanus Imp. 252. 2: 258. 1: 262. 1: 268. 2: 279. 1. & 2.
Tranquillitas in nummis. 29. 2.
Tranſalpina Gallia. 253. 2.
Tranſpadanæ coloniæ. 302. 1.
Traſimenus. 272. 1.
Trebellenus. 312. 1.
Trebellius Pollio. 262. 2: 275. 1: 286. 1.
Trebonia familia. 329. 1.
Ap. Trebonius Gallus. 252. 2: 267. 2.
Q. Tremulus Marius. 263. 1: 293. 1.
Treviri monetales. 6. 1: 7. 2: 41. 2.
Tria Rom. nomina. 177. 2.
Triarii qui. 179. 2.
Triarius Maternus. 252. 2.
Triballes eu Thracia. 294. 2.
de Tribubus qui ſcripſerint. 77. 2.
Tribuni militares. 194. 1.
-- plebis ſub Cæſaribus. 80. 1.
-- plebis inviolati. Ibid.
Tribunitia poteſtas Impp. 113. 2: 279. 1: 286. 1.
Tribunorum pleb. interceſſio qualis. 78. 1: 79. 2.
-- pleb. numeris anni Imperii Cæſarum denotantur. 80. 1.
Tribunus Celerum quandq. 212. 1: 213. 2.
A. Tribunus Manlius. 290. 1.
Tribus nomina ante cognomen collocabant. 177. 2.
Tributa Comitia. 77. 2.
Tribuum Rom. numerus. 177. 2.
Tricipitini cognomen. 287. 2.
Sp. Tricipitinus. 280. 1.
L. Tricipitinus T. F. T. N. 288. 1.
T. Tricoſtus Rutilius. 270. 1.
L. Tricoſtus Verginius. 258. 1: 276. 2.
Tridens in Neptuni nummis. 236. 2. cur. 22. 1.
Triens uſura quæ. 173. 2.
Trigemina porta. 294. 1.
P. Trigeminus Curiatius. 275. 2.
Trinacria a tribus promontoriis Sicilia dicta. 359. 1.
Trito marinum monſtrum quale. 90. 1. Concham inflat. Ibid.
Triumphalia ornamenta. 269. 2.
Triumphi Rom. minor, quam victorum in ludis Græc. gloria. 30. 1: 31. 2.
-- præfatio apud Plinium quæ. 228. 1: 229. 2.
Triumviratus Rei. Pub. Conſt. 132. 1.
Triumviri R. P. C. Romæ qui. Ibid.
Trochaici verſus. 199. 2.
Trojanæ familiæ. 296. 1.
Trojani ſeu ludicri ludi. 67. 2.
Troianus. 296. 1.
Trophæa Auguſti in nummis. 55. 2.
Trophæum quid. 30. 1.
P. Tubero. 246. 1.
L. Tubero. Ibid.
Q. Tubero Ælius Juriſconſultus. 245. 2: 248. 2: 258. 2: 272. 2.
Q. Tubero Stoicus. 246. 1. L. F. Ibid. 2.
A. Tubertus Poſtumius. 276. 2.
L. Tubulus. 295. 1.
Tubicines, & Tibicines differunt. 215. 2.
Tubiluſtrium unde. Ibid.
C. Tucca Servilius. 255. 1.
Tucci, ſeu Auguſta gemella in Bætica. 160. 1.
Cn. Tuditanus Sempronius. 260. 1. & 2: 272. 1: 320. 1.
C. Tuditanus Sempronius. 251. 2.
P. Tuditanus Sempronius. 260. 2: 267. 1.
Tulca Rex Gothor. 169. 2.
Tullia familia. 307. 2: 329. 1.
Tulliana oratio. 283. 2.
Tullianus carcer. 78. 1.
Tullii a Tullo Rege. 275. 1: 305. 2: 307. 2.
M. Tullius Cicero. 307. 2.
Ser. Tullius Rex. 288. 1: 296. 1: 297. 2.
Tullius Servius. 267. 2.
M. Tullus. 277. 2.
Tullus, an rectius a Tullis deducatur. 307. 2.
C. Tullus Calviſius. 268. 2.
Tullus Hoſtilius. 261. 2: 306. 2.
L. Tullus Volcatius. 250. 2.
Turdi. 297. 2.
Turiaſonis nummi, quæ hodie Tarrazona dicta. 138. 1.
Turini cognomen. 297. 1.
Turinus ager. Ibid.
Turiſmundus. 167. 2.
Turrita cur dicta Cybele. 241. 1. cur a Leonibus ejus currus tractus. Ibid.
Turtur fidei ſymbolum. 24. 1.
Tuſces. 292 1: 300. 1: 308. 2.
Tuſculana Ciceronis diſputatio. 307. 1.
Tuſculana Gens. 305. 2.
Tuſculani. Ibid.
Tuſculanus Manlius. 297. 2.
Tutulus, pilei genus. 92. 1.
Typographi pauci publico ſtudent commodo. 235. 2.
Tyrii. 252. 2.
Tyrrhenica Hiberus. 49. 2.
-- Tarraco. 133. 2.

V. S. L. M. Votum ſolvit libens merito. 196. 1.
Vacci prata. 300. 1.
Valentia, urbs Hiſp. 144. 1: 145. 2.
Valentinianus Placidius. 254. 2.
Valeria familia. 286. 1.
Valeria Gens Latinorum præcipua. 308. 1: 329. 1.
Valeria Meſſallæ filia. 266. 2.
Valerianus Imp. 245. 1: 254. 1.
P. Valerianus. 286. 1.
T. Valerianus Quinctius. 268. 1.
Valerianus Septimius. 284. 1.
Valerii. 264. 1: 275. 1: 299. 1.
P. Valerii Poblicolæ Inſcriptio. 205. 2.
Valeriorum familia, primo Valeſiorum dicta. Ibid.
Valerius Probus, & Magno Diaconus, de Notis veterum. 232. 1.
-- Vicentinus, artifex. 165. 2.
P. Valerius. 306. 1.
Q. Valerius. 288. 2: 305. 1.
C. Valerius Aurelius. 254. 2.
M. Valerius Corvus. 271. 2.

FL

Fl. *Valerius Delmaticus.* 254. 2.
L. *Valerius Flaccus.* 266. 2.
C. *Valerius Flaccus.* 329. 1.
C. *Valerius Galerius.* 254. 2.
M. *Valerius Meſſalla.* 249. 1: 258. 1: 269. 1: 286. 2.
L. *Valerius Meſſalla.* 268. 1: 270. 1.
M. *Valerius Meſſallinus.* 267. 2.
M. *Valerius Murena.* 284. 2.
M. *Valerius Potitus.* 245. 2: 261. 1.
P. *Valerius Potitus.* 271. 1: 292. 1.
L. *Valerius Potitus.* 245. 2: 248. 1: 289. 2.
P. *Valerius Publicola.* 280. 1: 288. 1.
P. *Valerius Valerianus.* 254. 1.
C. *Valerius Valuſus.* 247. 2.
C. *Valerius Verianus.* 245. 1.
Valetudo, Salutis ſocia. 42. 1.
Vallaris corona. 32. 1.
Varginteia. 329 1.
Varii a Varo dicti. 301. 2.
Q. *Varius.* 256. 2.
C. *Varro Terentius.* 248. 1.
M. *Varro Terentius.* 258. 2: 284. 2.
P. *Varus.* 285. 1.
C. *Varus P. F. P. N.* Ibid.
Sex. *Varus Quinctilius.* 275. 1.
Vaſconum lingua. 119. 2.
Vaſcus Lobera, Luſitanus, primus auctor Amadiſii. 23. 2.
P. *Vatia Servilius.* 250. 2: 260. 1: 277. 1.
P. *Vatinius.* 283. 1.
Vattius Aquilius. 275. 1.
Ubertas, in nomiſm. 36. 1.
Vejentes. 247. 2: 270. 2: 289. 2.
Veii capti. 264. 1.
Ve-Jupiter aut Vejovis cur dictus. 236. 1.
Velare caput in ſacris. 21. 2.
Velii Longi Orthographia. 178. 1.
Velini fontes. 306. 1.
Velitris. 296. 1.
Vellejus Paterculus. 305. 2: 307. 1. 311. 2.
M. *Velſeri V. C. Auguſtanæ Antiquitates.* 231. 1.
L. *Velutus L. F.* 280. 1.
Veneri cur columba, myrtus, & mala aſſignantur. 98. 1.
Veneti & Albati in Circenſibus. 43. 2: 64. 1.
L. *Venno.* 300. 1.
L. *Venno L. F. L. N.* Ibid. 2.
C. *Venno Plautius.* 290. 1.
Venno Plautiæ gentis cognomen. 300. 2.
C. *Venon.* Ibid. 2.
Venon Plautiæ gentis cognomen. 301. 2.
Venus myrtia. 98. 1.
-- *Paphia, forma pyramidis.* 107. 2.
-- *Victrix, in nummis.* 241. 1. *& Genetrix per e in ſecundo ſyllaba.* Ibid.
Venus Dea. 245. 1: 277. 1.
Q. *Veranius.* 303. 1.
Verginia familia. 329. 2.
T. *Verginius Tricoſtus.* 258. 1: 270. 1.
Veronenſes. 306. 2.
C. *Verres.* 245. 1: 257. 1.
Verrius Flaccus Capitolinos Faſtos digeſſit. 210. 1.
M. *Verrius.* 300. 1.
Q. *Verrucoſſus.* 272. 1: 274. 2. *Fabius.* 294. 2.
L. *Verus.* 253. 2: 254. 1: 268. 2.
M. *Verus Annius.* 301. 1.
C. *Verus Julius.* 279. 2.
Veſpaſianus. 268. 2: 270. 1. *Titus.* 294. 1: 301. 1.
Q. *Veſpillus Lucretius.* 288. 2.
Veſta Dea cum Palladio. 45. 2.
-- *quaſi vi ſtans.* 238. 2. *ignis æternus ipſi ſervabatur a Veſtalibus.* Ibid. *ejus templum in nummis quale.* Ibid. *Mater cur dicta.* 239. 1.
Veſtales Virgines. Ibid. *iis delinquentibus quid fiebat.* Ibid. *earum præſes Amata dicta.* 238. 2.
Veſtalis Virgo. 252. 1: 294. 2: 306. 2.
C. *Veſtinus Atticus.* 279. 1.
Veteres quomodo in foliis ſcribebant. 60. 1: 61. 2.
Vettia. 329. 2.
L. *Vettius Paulus.* 282. 2.
Vetulenus. 246. 2.
Veturia familia. 329. 2.
Veturii ex familia Valeſia. 308. 2.
L. *Veturius.* 285. 1: 293. 1.
Vetuſia Cn. Marci Mater. 292. 1.
Vetuſia gens Valeſia *dicta.* 308. 2.
Sp. *Vetuſius.* 288. 1.
Via Trajana in nummis. 63. 2.
Vibia. 329 2.
Vibona Italiæ, dicta Valentia. 145. 2.
Vibulani. 272. 2.
Q. *Vibulanus M. F.* 270. 2. *Fabius.* 276. 2.
M. *Vibulanus.* 270. 2. *Fabius.* 289. 2.
Vicentini in Italia quomodo dicti. 218. 1.
Viciſſitudo rerum humanarum in C. Maria. 236. 2.
Victoria. 329. 1.
Victoria cur invecta curru. 118. 1. *partim alata, partim alis carens.* 29. 2. *navalis.* 31. 2.
Victoriati nota V. 7. 2.
M. *Victorinus.* 254. 2.
Villa publica in nummis T. Didii. 82. 1. *locus in campo Martio eſt.* Ibid.
Vinicia familia. 330 1.
Violæ, & malvæ, an colore purpureo. 105. 2.
Virga, quid ſignificet in nummis. 27. 2.
Virgilii loca illuſtrata: Eclog. III. verſ. 71. *Aurea mala decem, &c.* 100. 1.
IV. v. 9. *Toto ſurget gens aurea, &c.* Ibid.
v. 17. *Pacatumque reget, &c.* 89. 2.
VI. & in Ciri de Scylla: v. 74. 92. 2.
VII. v. 61. *Populus Alcidæ, &c.* 99. 2.
X. v. 4. de Arethuſa. 158. 1.
Georg. I. verſ. 28. de myrto. 98. 1: 99. 2.
v. 212. de papavere. 39. 2.
v. 384. de Cayſtro fl. 62. 1.
III. v. 486. de infula victimæ. 155. 2.
IV. v. 131. de papavere velco. 39. 2.
v. 564. *Partenope ſtudiis, &c.* 94. 1.

I.

I. Æneid. v. 46. de avibus Diis ſacris. 85. 2.
v. 71. *Tyrrhenum navigat æquor.* 49. 2.
v. 149. de Neptuni tridente. 88. 1.
v. 296. *Cana fides.* 24. 1.
v. 298. de Jano clauſo. 89. 2.
v. 345. de Carthaginis origine. 114. 1: 115. 2.
v. 382. *Sum pius Æneas.* 22. 1.
v. 419. de avibus Diis ſacris. 84. 1.
v. 445. de Luco Diis ſacro. 115. 2.
II. Æneid. v. 39. *Scinditur incertum, &c.* 239. 2.
v. 135. de Sinone locus C. Mario aptatus. 236. 2.
v. 226. de Tritonide Minerva. 93. 2.
v. 239. de Concha. 90. 1.
v. 615. de Palladis arce. 91. 2.
III. Æneid. v. 286. *Ære clavo clypeum.* 30. 1.
v. 359. de Apolline. 102. 1.
v. 405. *Purpureo velare comas, &c.* 21. 2.
v. 694. *Alpheum fama eſt, &c.* 118. 1.
IV. Æneid. v. 41. *Et Numidæ infreni.* 52. 1.
v. 242. de Mercurii virga. 237. 1.
V. Æneid. v. 250. de Mæandro fl. 62. 1.
VI. Æneid. v. 164. *Tritonia Pallas.* 90. 1.
v. 193. de avibus Diis ſacris. 84. 1: 85. 2.
v. 846. *Unus qui nobis cunctando reſtituit rem.* 211. 2.
VII. Æneid. v. 187. *Ipſe Quirinali lituo.* 92. 1.
v. 607. & 610. de Jani portis. 89. 2.
v. 612. de Trabea. 92. 1.
v. 678. *Nec Præneſtinæ, &c.* 176. 1.
v. 799. de Jove Anxuro. 236. 1.
VIII Æneid. v. 116. *Paciferæque manu ramum.* 25. 2.
v. 150. *Accipe daque fidem.* 24. 1.
v. 429. de Cyclopibus. 85. 2.
v. 435. *Ægidaque horriferam, &c.* 91. 2.
v. 659. *Aurea cæſaries ollis, &c.* 51. 2.
v. 663. *Hinc exultantes Salios.* 92. 1.
v. 682. *Parte alta ventis, &c.* 31. 2.
v. 696. de Siſtro. 56. 1.
IX. Æneid. v. 619. de Berecynthia. 107. 2.
X. Æneid. v. 230. *Nos ſumus Idææ, &c.* 110. 1.
v. 543. *Inſtaurant acies.* 176. 1.
v. 545. de Jove Anxuro. 236. 1.
XI. Æneid. v. 4. *Vota Deum primo.* 30. 1.
v. 100. *Jamque Oratores aderant.* 239. 2.
v. 165. *Junximus hoſpitio dextras.* 24. 1.
v. 333. *Munera portantes.* 92. 1.
Viri in luctu pulla veſte uſi Romæ. 43. 2.
Viriathus Luſitanus, dux. 217. 2.
Virtus. 20. 1.
– *in actione conſiſtit.* 47. 2.
Virtutis & Honoris templa, juncta cur. 20. 1.
Virtus exercitus. Ibid. *Auguſtorum.* 21. 2.
L. *Viſellius Varro.* 268. 1.
C. *Viſolus.* 271. 1. *Petelius.* 298. 2.
Vitellia ſive Gellia. 280. 1.
Vitellius Imp. 282. 2.
Viterbii antiquitas. 223. 2.
Vitiza Gothorū Rex ultimus. 121. 2: 150. 1: 165. 2.
M. *Vitruvius Vaccus.* 300. 1.
Vitulus, cognomen Voconiæ gentis. 96. 1.
– *ab Iſraelitis adoratus.* 106. 1. *an Apis, Bos Ægypti fuerit.* Ibid.
C. *Vivius.* 279. 1.
Ulia, quinto a Corduba lapide. 158. 1.
Ulpia familia. 246. 2.
Ulpiani JC. in Fragmentis locus ex Tacito libro 3. Annal. illuſtratus. 108. 1.
Ulpius. 247. 1.
Volcatiorum cognomen. 307. 2.
L. *Volcatius Tullus.* 250. 2: 258. 2.
Volcontici. 258. 2.
Valkanus in nummis quibuſdam. 236. 2: 237. 1. *blandus cur a matre blandiendo dictus.* Ibid. *cur in majorum Gentium Diis.* Ibid. *Romulus ex manubiis quæ illi dedicarit.* Ibid.
Valſcorum exercitus. 292. 1.
Volſcorum Rex. 307. 2.
Volſones. 252. 1.
Vatt, & Davos cur ſcribebatur, geminata nimirum littera. 125. 2.
Volteja. 330. 2.
Volumnia Cn. Marci uxor. 292. 1.
Vomitoria in Amphitheatro. 66. 1.
Vopiſcus. 276. 2.
Urbes Diis ſacræ. 234. 1. & 2.
– *& Coloniæ arando deſignabantur.* 137. 2.
Urbs, quid ſignificet. 144. 1.
Urnæ inſcriptæ Romæ. 217. 2.
Urſinus Fulvius. 312. 1: 313. 1.
Urſo cogn. Gemina Urbanorum. 160. 1.
C. *Urſus Julius.* 273. 2.
Utilitas quinque e ſtudio Nomiſmatum. 10. 1. & ſeqq. 47. 2. *etiam plures.* Ibid.
Wamba Rex Gothor. vulgo Bamba. 150. 1: 157. 2: 169. 2.
Witericus Rex Gothor. 149. 2: 159. 2. al. *Witericus Liuvæ II. ſucceſſit.* 149. 2.
Witiza Rex. 150. 1: 165. 2. Vide *Vitiza.* 169. 2. *Egicæ fuit F.* Ibid.
de *Vulcano Inſcriptiones Romæ.* 237. 1. *quando poſitæ.* Ibid.
Vulcanus in nummis cum pileo & malleo. Ibid. *ab Alcamene factus.* Ibid.
L. *Vulſa.* 291. 1.
Co. *Vulſa Cn. F. L. N* Ibid.
A. *Vulſo Manlius.* 275. 1. *A. F. Cn. N.* 289. 2.
Cn. *Vulſa Manlius.* 274. 1.
Vulſones Manlia gens dicta. 289. 1.
Wolfgangus Lazius Medicus, de nummis, etiam Græciæ. 231. 2.
Uxama, hodie Oſma. 153. 2.

-X- *Denarii nota.* 7. 2.

Z*odiaci ſigna in Nilo notata.* 60. 1.

FINIS OCTAVI VOLUMINIS.

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

EPISTOLÆ ALIQUOT RECÉNS REPERTÆ.

Digitized by Google

JOSEPHUS ROCCHIUS

TYPOGRAPHUS LUCENSIS

LECTORIBUS

S. D.

HOC typis deſcripto Volumine, nondam tamen vulgato, editus eſt Romæ Liber, quo ἀνέκδοτα varia continentur; atque inter illa aliquot exſtant ANTONII AUGUSTINI *Epiſtolæ partim latino, partim hetruſco conſcriptæ ſermone, tum Latini Latinii duæ ad ipſum* AUGUSTINUM *miſſæ, omnes è Bibliotheca Vaticana a Petro Fogginio Theologo excerptæ, atque Chriſtophoro Amadutio & Ludovico Blanconio, qui ea ἀνέκδοτα in lucem emittunt, communicatæ. Itaque qui nihil antiquius habeam, quam ut omnia* ANTONII AUGUSTINI *ſcripta meis hiſce Voluminibus comprehendantur, ſtatim eas Epiſtolas huic Volumini adiiciendas cenſui, illud iterum tertiòque promittens, ſi aliud quippiam è tenebris in poſterum eruatur, me id omne typis illicò exſcripturum, ut meis adjungi Voluminibus poſſit. Valete.*

AN-

ANTONII AUGUSTINI
ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS
EPISTOLÆ ALIQUOT RECENS REPERTÆ.

A. A. LATINO LATINIO S. (*a*).

GRata mihi fuit & commemoratio officiorum tuorum, quorum mihi perpetua hæreat memoria neceſſe eſt, niſi ingratiſſimus eſſe velim, & excuſatio intermiſſionis tuarum litterarum, quæ me magis ad officium meum diligentius exſequendum adhortatæ fuiſſent, ut tanto, talique amico placerem, quam deterrerent, ullumve impedimentum afferrent. Quare ſi vivit apud te, ut ſcribis, noſtræ benevolentiæ recordatio, fac in hoc quoque appareat, ut ſæpius ad me ſcribas, vel quidquid in buccam venerit. Nec tibi poterit deeſſe argumentum litterarum, cum Romæ ſis otioſus, & noſcas, quam ſim curioſus earum rerum, quæ ad alicujus eruditionis genus attinent. Itaque, ſi quid novi, vel veterum tituli, vel libri, aut ſi quid recentes eruditi homines afferunt, aut excogitarunt, gratiſſimum mihi feceris, ſi me feceris certiorem. Id quoque erit gratius, ſi addideris tuum, & Octavii noſtri judicium, quo plurimum valetis: ſed hæc ita tibi committo, ſi modo commodo tuo facere poſſis. Nos vero valemus, & urbanum deſiderium hoc ſolatio conſolamur, quod tu, tuique ſimiles amici nondum me diligere deſieritis. Ego id ſolum præſtabo, ut non indigniſſimus judicer amicitia veſtra. Cura, ut valeas. Benavarri IV. Eidus Jun. MDLXVI.

A. A. LATINO LATINIO S. (*b*).

CUM ad manus meas veniſſent libri aliquot veteres, quos ex Italia attuleram, in quibus erant Criſpi Salluſtii Jugurthinum bellum, & pars Catilinæ conjurationis, conferre cœpi cum ſatis diligenti Aldina editione, ac delectatus varietate, non inutile eſſe putavi te hujus rei facere certiorem: ut cum omnia amicorum veteri proverbio communia eſſe oporteat, ne hac quidem parte ſive delectationis, ſive utilitatis priveris. Dices, tenui quadam, ac levi filo hæc munera fuiſſe contexta: at ea tu quaſi ſudaria Sætaba ex Hiberis aliquo in pretio habebis. De Gracchiana, & Sigoniana contentione ſilentium tuum indicat, aquam tibi adhuc hærere. Audio Sirletum Cardinalem noſtrum in orbem reverſum; id mihi una de cauſſa jucundiſſimum eſt. Si duo præterea tales Roma tuliſſet, non laboraremus. Tu nos ama, & vale. XI. Kalend. Quinctil. MDLXVII. Ilerda (*c*).

A. A. LATINO LATINIO S. (*d*).

CUM litteris tuis IV. Kal. Sextileis datis, quæ mihi gratiſſime fuerunt, titulum cujuſdam monumenti accepi, & teſtimonia περὶ τῆς συντάξεως, quæ libenter legi. Tituli quidem permulta exempla habui, ſed hoc mihi quam emendatiſſimum viſum eſt, & cogitationes meas de veteri ratione ſcribendi mirifice adjuvit; qua de re libet nonnihil tecum per litteras colloqui, ut, ſi quod erroris ſuſceperim, poſſim facile, te admonitore, reſipiſcere. Equidem, mi Latine, præclare nobiſcum actum eſſe exiſtimo, quod his temporibus nati ſimus, quibus omnes artes, & linguarum peritia reviviſcant, cumque noſtri majores maximis tenebris obruerentur, tum in aliis rebus, tum in hac ipſa dicendi, ſcribendique facultate, non poſſum non his temporibus gratulari, quibus perſpectum eſt, ac cognitum, non alios recte latina lingua uti, quam eos, qui Ciceronis tempore vixerunt, quique ad Ciceronis imitationem ſe totos compoſuerunt: quorum hodie licet in re præclara pauci principatum obtinent, tamen magna frequentia eſt eorum præſertim, qui hac ratione uſi bene latina lingua utantur: ſed illud unum mihi videtur nondum fuiſſe aſſecutos, quemadmodum ſingulæ litteræ, ac ſyllabæ proferri, ac ſcribi debeant: & de pronuntiatione alias; nunc paucis de ſcribendi ratione attingam. Non dubium eſt, quin eiſdem Tullianis temporibus, quibus latina lingua effloruit, optime omnia ſcriberentur: at ſi oſtendero hoc tempore eamdem ſcribendi rationem obſervare neminem, facile vincam, quod propoſui, certum eſt. Illius autem temporis monimenta aliquot exſtant, quæ aut tabulis legum, aliorumve inſtrumentorum publicorum, aut privatorum, aut titulis monimentorum, aut pecunia ſignata continentur: eorum omnium litteræ ab his, quibus utimur, longe differunt. Cumque omnia verba latina quinque litteris, quas vocales appellant, efferantur, in his ipſis monumentis animadverti ſæpe alia ratione has eaſdem vocales litteras conſcribi, ut in hoc eodem titulo, quem ad me miſiſti, in quo

 ver-

(*a*) *Cod. Vatic. 6201. pag. 11.* (*b*) *Cod. Vatic. 6201. pag. 3.*
(*c*) *Latinii reſponſum habetur inter ejus Opera edita Romæ Tom. II. pag. 126. & ex eo anni deſignationem, quæ in Auguſtini epiſtola deſiderabatur, excerpſimus.* (*d*) *Cod. Vatic. 6201. pag. 1.*

verbum feci non uno in loco eum *ei* diphthongo ſcriptum eſt; ſic etiam *ponteis*, *omneis*, *poſeivei*, *meillia*, *eidem*, *conqueſivei*, *rediæique*, *heic*. De hac ſcribendi ratione exſtant Lucilii verſus apud Quintilianum: *Jam pueri venere*, *e poſtremum facito*, atque *i*, ut *puerei* plures fiant &c. Exſtat etiam præceptum P. Nigidii, qui Tullianis temporibus doctiſſimus habitus eſt apud Gellium lib. XIII: *Si hujus amici*, *vel hujus magni ſcribas*, *unum* i *facito extremum*, *ſin vero hi magni*, *hi amici caſu multitudinis recto*, *tum ante* i *ſcribendum erit* e *&c.* Hac ratione ſcribendi pleriſque in locis Verrius Flaccus in Faſtis eſt uſus, quem nos imitati ſumus in editione Varronis libri de lingua latina, ſecutique ſumus in pleriſque locis exemplum libri veteris Achillis Maphæi. In nummis quoque ante Auguſtum Cæſarem ſignatis idem genus ſcribendi animadvertimus: in quibus eſt L. Opeimius, & Floralia preimus fecit, & EID. MART., & alia id genus, ut etiam in Kalendario veteri pro IDIB. ſemper ſcriptum eſt EID. Eadem ratione Plautus utitur in argumento Comœdiæ, quæ *Captivi* inſcribitur; nam ſi primas litteras ſingulorum verſuum conjunxeris, efficies non *Captivi*, ſed *Captivei*, quod etiam Politianus animadvertit. Non ignoro Auguſti tempore cœpiſſe pro hac diphthongo *i* litteram majorem ſcribi, quæ ordinem aliarum litterarum excederet; uti in nummis, & titulis Auguſti animadvertimus Auguſtum DIVI F. appellatum, eique civicam eſſe donatam ob cIvIs ſervatos. Id ipſum nonnumquam ſequitur Verrius in Faſtis, cum PAPIrIOS, & ATIlIOS enumerat, quos Græci cum *ει* diphthongo ſcribunt. Hic uſus aliquot annos obtinuit, & mox paullatim deſiit. Idem dicendum eſt de *ou* diphthongo, namque in titulo, quem ad me mittis, *Nouceriam* pro *Nuceriam* ſcriptum eſſe video, ut in multis veteribus monumentis *Oufentina* pro *Ufentina tribu*, & in nummis FOVRIVS CRASSIPES, & FOVRI PHILI, & alia; & in tabulis legum IOVDICES, IOVDICARE, & IOVS. Quæ poſterioribus temporibus, omiſſa o littera, uſurpata ſunt, nonnumquam vero apice appoſito ſupra v littera conſcripta, ut in nummis Q. POMPONII MVSAE. Vetuſtius eſt, ut Latini longas litteras vocales duplicarent, ut multi teſtantur, exſtantque monumenta Tullianis temporibus, vel eis vicinis conſcripta, in quibus AA pro A, & EE pro E, & OO pro O, & VV pro V agnoſcimus: ſic in nummis NVMONIVS VAALA, quem Horatius Valam appellat illo carmine: *Quæ ſit hiems Veliæ*, *quod Cælum Vala*, *Salerni*, & Fauſtus FEELIX, & in tabula Genuate Q. MVVCIO COS., & in alia IVVS. Ab hac ſcribendi ratione paullatim deſciverunt, cœperuntque apicibus uti, quod vel Quintiliano fecit negotium, qui mavult, ut apex tantum ambiguitatem tollat. Sunt alia in quibus a ſcriptura eorum temporum diſceſſum eſt, ut cum *intellego epiſtula*, *optinet*, *thenſaurus*, ſcripſerunt. In quibus colligendis non ſine laude operam poſuit, ut noſtri, Aldus Manutius Paulli filius; quamvis is monendus nonnumquam eſſe videatur, quod non diſtinxerit temporum rationem. Namque ſunt quædam nimis pervetuſta, ut in titulo Columnæ Roſtratæ C. Duilii IN. ALTOD. MARID. CLASEIS, & alia ſine ullius litteræ duplicatione, ut in denario quodam legi Q. PILIPVS, & apud Plautum MEDERGA, & alia ſexcenta. Alia ſunt poſterioribus tantum temporibus uſurpata, cum eloquentiæ arcem Romani amiſere; ut qui GAIVS ſcribunt, & ON., & EXCONSVLE, & COSS., atque AVGG. Accedit præterea punctorum mutatio, de qua video quoſdam nimis ſibi placere, atque gloriari, cum ea uſurpant, quæ nullo exemplo fiunt: mihi quidem ſatis eſt, ſi illis opponam Tulliana tempora, quæ ſe velle imitari jactant. Quod ſi quis obiiciat nullum exſtare exemplum veterum librorum Ciceronis, Cæſaris, Salluſtii, in quo hæc ſcribendi ratio conſervata ſit, ac ne illa quidem, quæ omnes laudant, exempla Terentii, & Vergilii Bembi, & ſi qua alia exſtant, & in pretio a doctiſſimis viris habentur; huic argumento facile reſpondemus, nulla exſtare optimis temporibus ſcripta volumina, ſed aut Juſtiniani, aut Theodoſii, aut, ut omnia illis concedamus, Conſtantini Maximi temporibus, quibus linguam latinam concidiſſe fatentur. Et quamvis in his veteribus libris multa melius ſcripta ſint, quam in iis, qui vulgo circumferuntur; tamen ab optima ratione ſcribendi longe abſunt. Sed hæc hactenus. Titulum, cujus exemplum ad me miſiſti, Cicerone vivo conſcriptum fuiſſe indicium eſt, quod de fugitivis in Sicilia comprehenſis adjectum eſt; nam & Manius Aquillius, & M. Craſſus eodem tempore fugitivos comprehenderunt. Quod vero REGIVM recte ſcriptum ſit, non dubito, ut REGIVM LEPIDI, & a Græcis video in nummis ſignatam pecuniam his litteris PHΓINΩN, nec Strabonem audio aliunde, quam a Rege, id nomen ducentem, aut ſi quem alium Aldus, & ceteri ſequantur. Salluſtianam emendationem tibi placere gaudeo; ſi per valetudinem licuiſſet, reliqua habuiſſes. Sirletio Cardinali plurimam ſalutem dices, & valebis. Poſtridie Kal. Sept. Ilerda.

LATINIUS A. A. EP. ILERD. S. P. D. (*a*).

Litteras tuas longiſſimas ſimul, & ſuaviſſimas Poſtridie Kal. Septembr. Ilerda datas ad VII. Kal. Novembr. accepi, in quibus mirifice me omnia delectarunt, præterquam quod erat adſcriptum in extremo, ut ſi per valetudinem licuiſſet, reliquas in Salluſtium varias lectiones fuiſſe miſſurum. Nam etſi ſpero, Dei benignitate, jam convaluiſſe, fuit mihi tamen permoleſtum, te vel leviſſima morbi tentatiuncula a neceſſaria gregis tui curatione, atque a ſtudiorum tuorum curſu honeſtiſſimo abduci, aut retardari. Quod autem ad me, quæ de recta latine ſcribendi ratione, multorum annorum diligentiſſima obſervatione collecta abs te erant, tam amanter miſeris, fuit mihi certe cum eo nomine gratiſſimum,

quod

(*a*) *Cod. Vatic. 6205. pag. 12.*

Digitized by Google

quod in re tam varia ſemper, & incerta, circumſcriptis quibuſdam quaſi finibus, certam rationem adinveneris, cui aſſentiri facile quivis poſſit; tum honoris quoque mei cauſſa. Cur enim non ingenue fatear, me tam liberali, prolixaque tua erga me humanitate, cum aliqua honeſtæ de me opinionis ſignificatione conjuncta, non permoveri ſolum, & affici, ſed gaudere plane, atque lætari? Sed quod ſcribis, te, ſi quid errore ſuſceperis, me monitore relicturum, non ſatis adhuc video, quid ſpectaris. Nam in tuam ſententiam ut mihi deſcendendum omnino ſtatuam, tam mihi æquum in ea re eſſe videtur, quam ut in jure dicendo ne latum quidem unguem a te quiſquam diſcedat. Verum quando jam multis ante ſæculis latinæ linguæ uſum ita amiſimus, ut ne litterarum quidem ullum ſonum retineamus, in quo certa nobis ratio conſtare poſſit, recte ne a nobis, an ſecus latina verba pronuntientur; atque ea inveſtigatio non multum ad erudiendos animos hominum conferre poſſit, conſultius facturos nos judico, ſi abjecta tam anxia, peneque inutili circa litteras, & veterem ſcribendi conſuetudinem cogitatione, & cura, in rerum honeſtarum, atque ad omnes vitæ rationes in primis utilium inveſtigatione operam omnem noſtram, induſtriamque ponamus. Erit id cum nobis ipſis omnino honeſtius multo, & laudabilius, tum poſteris quoque noſtris longe utilius. Sed hæc hactenus. Affero nunc ad te quæſtionem mihi, multiſque nuper propoſitam: quia digna viſa eſt, in quam animi tui vires, ingeniique acumen intenderes. Ea vero eſt hujuſmodi: Plutarchus in libello, cui titulus eſt περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων, cum finitam dæmonum quoque vitam ex Heſiodi verſibus oſtendiſſet, eamque ad novem millium ſeptingentorum viginti annorum ſpatium produxiſſet, eum numerum ita ortum habere ſcripſit, & perfici, ut ſi verbis ejus ſtare omnino volumus, nulla ratio iniri poſſe videatur, qua nos ad propoſitam ſummam pervenire valeamus. Erit igitur dignus acri ingenio tuo nodus: ad quem explicandum hic ab eruditis viris nihil adhuc allatum eſt, quod ſatisfaciat, fereque omnes in ea ſententia ſunt, ut vel manca Plutarchi verba, vel depravata omnino exiſtiment, cujus rei manifeſtum argumentum eſſe volunt, quod cum initio ſcriptum ſit σιωπήσει μὲν, nihil poſtea ſequatur, quod veluti neceſſaria quædam portio, orationem abſolvat. Præterea, πεντακόσιοντα γὰρ ἑκατέρως γίνεται verbum ἑκατέρως mendi ſuſpicione non vacare putant; & infra ταῦτα δὲ πεντάκις πεντηκοντάδα, ſi verborum communes, receptaſque hactenus notiones ſequamur, nullo modo tantum annorum numerum perficere poſſe arbitrantur. Conſiderabis ergo locum diligenter. Et ſi erit otium, videbis etiam, quanam ratione defendi poſſit Lucretius in VI., ubi Thucididis verba pene ſingula latine reddens τὴν καρδίαν *cor mæſtum* dixit: cum certum ſit καρδίαν, id eſſe Hippocrati, & fere omnibus, quod στόμαχος, id eſt *ventriculi os*. Hunc Lucretii lapſum nuper viri eruditiſſimi Petri Victorii cenſura animadverſum legimus; ſed non omnes facile aſſentiuntur Victorio. Ego vero contra ſentio, nihil in tota ea parte factum a Poeta venuſtius, nihil magis proprie, nihil in quo præſtantioris eruditionis, quæ vere Philoſophum virum deceret, expreſſa veſtigia appareant, quam in mœſti cordis appellatione. Sed expecto prius, quid ſentias, ne ſi aliquid occupem prior, excluſum te ab ejus poſſeſſionis aditu, veluti interdicto prætorio, aſtute videar ſubmoviſſe; cum facile fieri poſſit, ut te eadem via ad idem mecum ſentiendum perduxeris. Vale, cum ex me plurimum, tum ex Sirletio Cardinale, qui te peramanter etiam, atque etiam ſalutat. Romæ XVII. Kal. Septembr. MDLXVII.

A. A. LATINO LATINIO S. (a).

